















# Die Bauten der Hohenstaufen in Unteritalien

herausgegeben

vom

Preussischen  
Historischen Institut in Rom

---

Ergänzungsband III

Eduard Sthamer

Dokumente zur Geschichte der Kastellbauten  
Kaiser Friedrichs II. und Karls I. von Anjou

**II**

---

---

Leipzig

Verlag von Karl W. Hiersemann

1926



Dokumente zur  
**Geschichte der Kastellbauten**  
Kaiser Friedrichs II. und  
Karls I. von Anjou

bearbeitet

von

**Eduard Sthamer**

**Band II**

Apulien und Basilicata



Leipzig

Verlag von Karl W. Hiersemann

1926

Dokumente zur  
Geschichte der Kaiserthronen  
Kaiser Friedrich II. und  
Karl I. von Anjou

NA  
1113  
S74  
Bd. 2



## Vorwort.

Seit dem Erscheinen des I. Bandes der „Dokumente zur Geschichte der Kastellbauten Kaiser Friedrichs II. und Karls I. von Anjou“ sind fast vierzehn Jahre vergangen. Die Ursachen der Verzögerung sind vor allem in dem Kriege und seinen Folgeerscheinungen zu suchen, die auf Jahre hinaus die weitere Drucklegung unmöglich machten. Gleichwohl haben die Arbeiten an dem Werke nie ganz geruht. Wußte ich doch, daß besonders auch von italienischer Seite das Erscheinen der Fortsetzung dieser Urkundensammlung mit Ungeduld erwartet wurde, da der II. Band, der Apulien und die Basilicata umfaßt, von vornherein sehr wichtiges, in mancher Hinsicht vielleicht auch interessanteres Material zu bringen versprach als der I. Band, weil der Stoff vielseitiger ist. Die lebhaft persönliche Anteilnahme Karls von Anjou an den Bauten in Bari und Barletta, Brindisi und Melfi, und an den Neugründungen von Mola di Bari und Villanuova tritt an manchen Stellen mit großer Deutlichkeit hervor. Seine Mandate für diese Bauten tragen vielfach eine besonders starke persönliche Note, in noch weit höherem Maße, als bei den Bauten in Lucera und Manfredonia, wo das persönliche Wirken des Königs mehr zurücktritt hinter den mehr organisatorisch-technischen Fragen, wie der Beschaffung von Material, Arbeitskräften und Geld. Gerade die im II. Bande enthaltenen Dokumente geben uns ein recht deutliches Bild der Bautätigkeit in Unteritalien während des 13. Jahrhunderts und sind deshalb nicht nur für die Kunstgeschichte, sondern auch für die Kulturgeschichte von hoher Bedeutung.

Wenn es mir möglich ist, jetzt den II. Band dieses Werkes zu veröffentlichen, so verdanke ich dies nicht nur dem opferbereiten Mut des Verlegers, sondern vor allem auch der Preußischen Akademie der Wissenschaften in Berlin, die zu den beträchtlichen Herstellungskosten des Druckes einen namhaften Beitrag bewilligt hat. Der hohen Körperschaft sei auch an dieser Stelle mein aufrichtiger Dank ehrerbietigst ausgesprochen. Neben der Akademie hat auch die Notgemeinschaft der Deutschen Wissenschaft in Berlin den Druck des Werkes unterstützt, wofür ich ihr und ihrem Leiter, Herrn Staatsminister Dr. Schmidt-Ott, zu lebhaftem Danke verpflichtet bin.

In der Bearbeitung der Urkunden habe ich mich aufs engste an die beim I. Bande ausgebildete und erprobte Methode gehalten, die auch von italienischer Seite volle Anerkennung gefunden hat. Nur in der Aufnahme der Literaturnachweise bin ich etwas weiter gegangen als damals, indem ich auch die Auszüge in den mannigfachen Materialsammlungen von Camillo Minieri Riccio berücksichtigt habe, wiewohl deren wissenschaftliche Brauchbarkeit nur begrenzt ist. Wenn in den Texten an einigen wenigen Stellen, hier ein Wort, dort ein Name, nicht sicher entziffert ist, so muß ich hierfür die Nachsicht der Leser erbitten: denn es war unter den veränderten Verhältnissen leider nicht möglich, die Originalhandschriften in Neapel während der Drucklegung erneut zu vergleichen, wie dies beim I. Bande stets geschehen konnte und geschehen ist. Überall, wo die Lesung zweifelhaft ist, habe ich in einer Anmerkung besonders darauf aufmerksam gemacht, so daß der Benutzer in der Lage ist, das Sichere von dem Unsicheren sofort zu unterscheiden. Wirkliche Versehen in der handschriftlichen Überlieferung, insbesondere offenkundige Schreibfehler, habe ich im Text überall nach Möglichkeit verbessert; dabei bin ich bisweilen auch Anregungen meines früheren Kollegen Arthur Haseloff gefolgt, ohne im Einzelfalle besonders darauf hingewiesen zu haben. Ich sage ihm daher an dieser Stelle nochmals meinen Dank für seine langjährige, wertvolle Mitwirkung.

Endlich möchte ich erneut der Leitung und den Beamten des Staatsarchivs in Neapel, vor allem den Herren Eugenio Casanova (jetzt in Rom), Nicola Barone, Fausto Nicolini und Conte Riccardo Filangieri di Candida, meinen Dank aussprechen für die vielfache Forderung, die sie meinen mühevollen Arbeiten im Laufe so vieler Jahre haben zuteil werden lassen.

Berlin, den 23. Januar 1926.

Eduard Sthamer.

## Inhaltsverzeichnis.

	Seite
Vorwort . . . . .	V
Verzeichnis der abgekürzt zitierten Werke . . . . .	VII
<b>Terra Bari (Terra di Bari)</b> . . . . .	<b>I</b>
Castrum Bari (Bari di Puglia) . . . . .	3
Castrum Baroli (Barletta) . . . . .	39
Castrum Cannarum (Canne) . . . . .	57
Castrum Canusii (Canosa) . . . . .	57
Castrum s. Marie de Monte (Castel del Monte) . . . . .	62
Terra Mauli (Mola di Bari) . . . . .	64
Castrum Rubi (Ruvo di Puglia) . . . . .	77
Castrum Trani (Trani) . . . . .	77
<b>Terra Ydronti (Terra d'Otranto)</b> . . . . .	<b>79</b>
Brundisium mit Turris Lucaballu (Brindisi mit Torre Cavallo) . . . . .	81
Castrum Horie (Oria) . . . . .	137
Castrum Hostuni (Ostuni) . . . . .	138
Castrum Ogenti (Ugento) . . . . .	138
Castrum Tarenti (Taranto) . . . . .	139
Terra Ville nove (Villanuova) . . . . .	141
Castrum Ydronti (Otranto) . . . . .	155
<b>Basilicata</b> . . . . .	<b>157</b>
Castrum Acheroncie (Acerenza) . . . . .	159
Castrum s. Felicis (San Fele) . . . . .	162
Palacium s. Gervasii (Palazzo S. Gervasio) . . . . .	162
Castrum Lacuspensilis (Lagopesole) . . . . .	163
Castrum Lavelli (Lavello) . . . . .	168
Castrum Melfie (Melfi) . . . . .	168
Castrum Policorii (Policoro) . . . . .	209
Castrum Spinacchiole (Spinazzola) . . . . .	210

## Verzeichnis der abgekürzt zitierten Werke<sup>1)</sup>.

- BF** = J. F. Böhmer, Regesta imperii V. Die Regesten des Kaiserreichs unter Philipp, Otto IV., Friedrich II., Heinrich (VII.), Conrad IV., Heinrich Raspe, Wilhelm und Richard. 1198—1272. Neu bearb. von Julius Ficker, Bd. I, Innsbruck 1881—1882.
- Cerone, Francesco**, La sovranità Napoletana sulla Morea e sulle isole vicine, in Arch. stor. per le prov. Napoletane, Nuova serie, Anno II—III, Napoli 1916—17.
- Codice diplomatico Barese**, edito a cura della Commissione provinciale di archeologia e storia patria. Vol. VIII: Le pergamene di Barletta. Archivio Capitolare (897—1285) per Francesco Nitti di Vito. Bari 1914.
- Codice diplomatico Barlettano**, edito a cura della Associazione „Amici dell' arte e della storia Barlettana“ per il Can. Salvatore Santeramo. Vol. I. Barletta 1924.
- Cohn, Willy**, Die Geschichte der sizilischen Flotte unter der Regierung Konrads IV. und Manfreds (1250 bis 1266). Berlin 1920 (Abhdlg. zur Verkehrs- und Seegeschichte, hrsg. von Dietrich Schäfer, Bd. IX).
- Fortunato, Giustino**, Il castello di Lagopesole. Trani 1902.
- Fortunato, Giustino**, S. Maria di Vitalba. Trani 1898.
- Del Giudice, Giuseppe**, La famiglia di re Manfredi. Napoli 1880. 2. ed. Napoli 1896 (auch Arch. stor. per le prov. Napoletane, Anno III—V, Napoli 1878—1880).
- Merra, Emmanuele**, Castel del Monte presso Andria. Trani 1895.
- Minieri Riccio, Camillo**, Alcuni fatti riguardanti Carlo I. di Angiò dal 6 di Agosto 1252 al 30 di Dicembre 1270 tratti dall' Archivio Angioino di Napoli. Napoli 1874.
- Minieri, Regno 1271/1272** = Minieri Riccio, Camillo, Il regno di Carlo I. di Angiò negli anni 1271 e 1272. Napoli 1875.
- Minieri, Regno 1273 (usw. bis 1284)** = Minieri Riccio, Camillo, Il regno di Carlo I<sup>o</sup> d'Angiò dal 2 Gennaio 1273 al 31 Dicembre 1283,  
Anno 1273, in Archivio storico Italiano, Ser. III, tom. XXII, Anno 1875.  
Anno 1274, ebendort tom. XXIII, Anno 1876.  
Anno 1275, ebendort tom. XXIV, Anno 1876.  
Anno 1276, ebendort tom. XXV, Anno 1877.  
Anno 1277, ebendort tom. XXVI, Anno 1877.  
Anno 1278, ebendort, Ser. IV, tom. I, Anno 1878.  
Anno 1279, ebendort tom. II, Anno 1878.  
Anno 1280, ebendort tom. III, Anno 1879.  
Anno 1281—1282, ebendort tom. IV, Anno 1879.  
Anno 1283, ebendort tom. V, Anno 1880.  
Il regno di Carlo I<sup>o</sup> d'Angiò dal 4 Gennaio 1284 al 7 Gennaio 1285, ebendort tom. VII, Anno 1881.  
(Auch in Sonderausgaben: Firenze 1875—1881).
- Minieri Riccio, Camillo**, Studi storici su' fascicoli Angioini dell' Archivio della Regia Zecca di Napoli, Napoli 1863.
- Pepe, Ludovico**, I documenti per la storia di Villanova sul porto di Ostuni. Trani 1884.
- Pepe, Ludovico**, Il libro rosso della città di Ostuni. Codice diplomatico compilato nel MDCIX da Pietro Vincenti. Valle di Pompei 1888.
- De Santis, Giuseppe**, Ricordi storici di Mola di Bari. Napoli 1880.

<sup>1)</sup> Vgl. auch Bd. I, S. 2

- Sthamer, Eduard, Die Reste des Archivs Karls I. von Sizilien im Staatsarchive zu Neapel. Rom 1911 (auch in Quellen und Forschungen aus ital. Archiven und Bibliotheken, hrsg. vom Kgl. Preuß. Hist. Institut in Rom, Bd. XIV, 1911).
- Sthamer, Eduard, Die Verwaltung der Kastelle im Königreich Sizilien unter Kaiser Friedrich II. und Karl I. von Anjou. Leipzig 1914 (Die Bauten der Hohenstaufen in Unteritalien, hrsg. vom Kgl. Preuß. Hist. Institut in Rom, Ergänzungsband I).
- Trifone, Romualdo, La legislazione Angioina. Edizione critica. Napoli 1921 (Soc. Napol. di stor. patria Documenti per la storia dell' Italia meridionale, Vol. I).
-

# Terra Bari

(Terra di Bari)





## Castrum Bari.

(Bari di Puglia.)

570.

Foggia 1240 April 13.

I. RF f. 101<sup>a</sup>. — Carcani p. 394 sq. Schulz IV 13 n. 30. Huillard-Bréholles V, 2 pag. 895. BF n. 2980.

Apreli in Foggia<sup>1</sup>).

XIII. aprelis. Mandante domino imperatore per iudicem Taddeum ad Guidonem de Cuasto provisorum castrorum Terre Ydronti, Terre Bari et Basilicate scripsit notarius Rogerius de Salerno. Accedentes ad presenciam nostram Riccardus Comit(is) castellanus Bari et Robbertus de Iudice castellanus Trani fideles nostri, coram nobis exposuerunt, quod solidos pro se et personis statutis cum eis ad ipsorum castrorum custodiam et necessaria alia nondum habuerunt, prout per nostram curiam estitit ordinatum et in litteris nostris eisdem castellanis transmissis plenius continetur. proposuerunt etiam, quod in castris ipsis sale, domus, camere et edificia alia ac volte sunt, que nisi cohoperiantur, propter pluvias sustinere potest curia nostra non modicam lesionem, que evitari<sup>a</sup>) poterit sine magnis expensis. verum quia volumus, quod tam solidos pro castellanis ipsis et personis statutis cum eis in castris predictis, quam et necessaria alia sibi debeant exhiberi, necnon et quod sale, camere, domus<sup>b</sup>), volte et edificia alia, que necessario cohoperiri oportet, ne propter pluvias devastentur, debeant, sicut melius poterit, cohoperiri sine magnis expensis, ad evitandum curie nostre dampnum in eis, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus conferas te personaliter ad castrum ipsum et videas diligenter omnia edificia prenotata, et ea, que tam in salis, cameris, voltis et domibus, quam et in aliis edificiis videris necessario, quod propter pluvias debeant cohoperiri, prout melius videris, sine magnis expensis facias fieri. solidos etiam et necessaria alia tam castellanis, quam personis aliis statutis cum eis ad custodiam castrorum ipsorum, iuxta quod per curiam nostram ordinatum est, facias exhiberi per Alexandrum filium Henrici fidelem nostrum, cui damus per nostras litteras in mandatis<sup>2</sup>), ut ad requisicionem tuam castellanis ipsis solidos et necessaria alia pro se et personis statutis cum eis debeat exhibere, iuxta numerum personarum in litteris nostris eisdem castellanis transmissis contentum, et pecuniam etiam pro cohoperiendis ipsis edificiis debeat tibi dare.

a) vitari. b) domos.

II. RF f. 101<sup>a</sup>. — Carcani p. 395. Schulz IV 13 n. 31. Huillard-Bréholles V, 2 pag. 896. BF n. 2981.

Eodem die de superiori mandato ad Alexandrum filium Henrici scripsit idem notarius pro castellanis Bari et Trani per omnia similes litteras usque: fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus ad requisicionem dicti Guidonis de Cuasto des sibi de pecunia curie nostre, que est per manus tuas, pro cohoperiendis sine magnis expensis salis, domibus, voltis, cameris et edificiis aliis, que propter pluvias viderit idem Guido necessario cohoperienda. des etiam ad requisicionem ipsius castellanis castrorum ipsorum solidos et necessaria alia pro se et personis statutis cum eis ad custodiam eorundem castrorum secundum numerum personarum distinctum in litteris nostris eisdem castellanis transmissis, et iuxta quod per nostram curiam estitit ordinatum.

571.

Rom 1276 Juni 7.

RA 1275 B n. 23 f. 109<sup>a</sup>. Inscrit: RA 1270 C n. 9 f. 89<sup>b</sup> bis 90<sup>a</sup> (unten n. 572). — Auszug: Miniari, Regno 1276 p. 26.

Karolo primogenito principi Salernitano. Quia relacione mag. Petri de Angicuria. . . nuper nostra serenitas intellexit, quod murus castri nostri Bari, qui est ex parte maris, ruinam minari videtur, cui nisi ad presens reparacione necessaria succurratur, curia nostra posset inde dampnum maximum substinere, . . . mandamus, quatinus habito super hoc consilio cum Ioccolino de Marra etc. ac viso quaterno curie

1) So die Überschrift der Seite. 2) n. 11.

nostre de terris, que ad reparacionem castrorum nostrorum tenentur, dictum castrum Bari per terras illas, que inveniuntur ad reparacionem ipsius teneri, necessaria reparacione autoritate presencium mandes sub sigillo capitane expressius, quo poteris, per litteras speciales sine dilacione qualibet reparari, ita quod castrum ipsum, antequam ruinam minari possit, reparacione necessaria reparetur. Dat. Rome VII. iunii IIII. ind.

## 572.

Neapel 1276 Juni 22.

RA 1270 C n. 9 f. 89<sup>b</sup> bis 90<sup>a</sup>.

XXII. eiusdem (iunii) ibidem (Neapoli). Iusticiario Terre Bari<sup>1</sup>). A sacra regia maiestate suas recepimus litteras in hac forma: (*es folgt n. 571*). cumque velimus predictum mandatum domini patris nostri debitam executionem sortiri, devotioni vestre etc., quatinus requiratis universitates terrarum et locorum demanii et baronum, que tenentur ad reparacionem castri predicti, ut unum eorum ordinent pro parte omnium sive mittant syndicum, si magis voluerint, quem volumus interesse extimationi operis dicti castri, quod reparare tenentur. et super expensis exinde faciendis cum aliis infrascriptis convocatis quatuor probis viris eligendis de terris ipsis potius famosis, quas negotium ipsum tangit, presente etiam provisoro castrorum regionum ipsarum partium, insimul accedentibus ad castrum ipsum per eosdem inspicere faciatis, et vos etiam cum provisoro et aliis supradictis personaliter et oculata fide inspiciatis cum eisdem, in quibus partibus castrum predictum indiget reparari et que necessaria sunt in reparacione ipsius et pro quanta pecunie quantitate fieri valeat eadem reparatio singulis oportunis; et recepto sacramento ipsorum de fideliter extimando factaque sollempni fideli et diligenti extimatione per vos omnes cum duobus magistris carpentariis et aliis duobus magistris fabricatoribus, quos ad hoc volumus interesse, et compilata summa pecunie, ad quam ascendit reparatio dicti castri, incontinenti summam ipsius pecunie inter easdem terras et loca, que tenentur reparacioni predictae, secundum ratam presentis generalis subventionis, sicut accidit per unciam, particulariter distribui faciatis et recolligi per collectores eligendos ad hoc per terras et loca prefata; compulsuri universitates terrarum ipsarum et locorum ad solvendam eandem pecuniam, non simul et semel totam, set per temporum intervalla, sicut opus ipsius castri indigebit pecunia successive; quod similiter faciatis extimari, ut et fideles domini regis, qui ad reparacionem eiusdem castri tenentur, ante tempus reparacionis ipsius inutiliter non exolvant, et nichilominus eadem reparatio dicti castri celeriter compleatur. quam pecuniam recollectam mandetis et faciatis assignari duobus hominibus, uni eligendo per universitates terrarum et locorum baronum, que ad hoc tenentur, si voluerint, et alii eligendo per universitates terrarum et locorum demanii magis famosarum, similiter que ad hoc tenentur, ditiori et sufficientiori, ut eadem pecunia successive per ipsos homines expendatur in reparacione ipsa, sicut habebitur successive. si vero predictae universitates terrarum baronum noluerint vel negligentes extiterint ad eligendum celeriter vel mittendum expensorem predictum, quia nolumus opus ipsius castri propterea retardari, vos expensorem ipsum eligi faciatis per universitates terrarum magis famosarum eiusdem demanii, sicut superius est expressum, illa forma in huiusmodi taxatione servata, quam in generalibus collectis dominus pater noster fieri mandavit<sup>2</sup>); facturi fieri de extimatione reparacionis ipsius castri quinque publica consimilia instrumenta, continentia quantitatem pecunie extimationis reparacionis ipsius et loca, que indigent reparari, nomina extimatorum et etiam expensorum, quorum unum penes vos retineatis, aliud provisoro, tertium expensoribus assignabitur, quartum cameram et quintum magistris rationalibus etc. destinatis. et licet ad relevacionem fidelium huiusmodi ordinationem idem dominus pater noster mandaverit fieri, nichilominus volumus, quod ad recollectionem eiusdem pecunie faciatis intendi, prout fuerit opportunum; ita quod ob defectum pecunie dicti castri reparatio nullatenus retardetur. nomina vero terrarum, que tenentur reparare castrum ipsum, sunt hec: videlicet Rutilianum, Noha, Polinianum et Barum. Dat. ut supra<sup>3</sup>).

## 573.

Venosa 1277 Juni 8.

RA 1276 A n. 25 f. 96<sup>ab</sup>.

Leoni Acconzaioco magistro salis curie in Apulia. Cum pro infrascriptis operibus nostris<sup>3</sup>), que de novo mandavimus fieri, videlicet palacio uno cum cameris<sup>b</sup>) castri Bari, cappella eiusdem castri, turri una facienda in Mola, palacio uno in castro Brundusii, turri, que dicitur Lucaballus, et sala una

<sup>a</sup>) Oder curie.<sup>b</sup>) Im Reg. fast unlesbar; doch wohl sicher so zu ergänzen nach Analogie von n. 574 § 1.<sup>1</sup>) Aussteller ist Karolus primogenitus als Generalvikar. nostro, bei Trifone p. CXXXIX, not. I.<sup>2</sup>) Gemeint ist der Erlaß Karls I. Porrecta culmini  
<sup>3</sup>) Dieses Mandat ist ein typisches Musterbeispiel für die forma de reparacione castrorum, die mit unwesentlichen Abweichungen immer wiederkehrt. Vgl. oben n. 544, 545, 550. Auch künftig wird kurzer Hand darauf zu verweisen sein. Vgl. n. 222.

in Petrolla, lignaminum quantitas subscripta necessaria reputetur et lignamina ipsa de Sclavonia, ubi lignaminum huiusmodi habetur copia, pro maiori utilitate et comoditate curie nostre providerimus deferenda, . . . precipimus, quatinus de sale nostro, quod est per manus tuas, quantitatem sufficientem et necessariam ad vendendum pro precio emptiois dictorum lignaminum cum una ex navibus curie nostre in Brundusio existentibus, quam requiras et recipias paratam et munitam ad navigandum aphis corredis et aliis necessariis guarnimentis ab Henrico Cavalerio magistro tarsianatum curie nostre in Apulia . . . , cui de assignanda tibi navi predicta mandatum nostrum dirigimus [ . . . ]<sup>e</sup>), sine mora transmittas et vendi facias in eisdem partibus, ubi melius pro curia nostra vendi poterit, precio quo poteris cariore, . . . de pecunia facias[ . . . ligna-] mina<sup>d</sup>) ipsa, prout inferius distinguntur, meliori quo poteris precio, cum dicta navi apud Barum et Brundusium, ubi pro ipsis operibus commodius exonerari poterunt, deferenda, prepositis vendicioni dicti salis ac delacioni et exoneracioni ipsorum lignaminum viris fidelibus ydoneis et sufficientibus loco tui, cum de hiis tibi totaliter incumbamus, per quos hec omnia diligenter fideliter et sollicitè compleantur, ita quod in hiis circumveniri curiam nostram aliquatenus non contingat; exhibiturus de pecunia curie nostre officii dicti salis, que est vel erit per manus tuas, naucleris marenariis ac personis aliis dicte navis pro ipso viagio in eundo morando et redeundo solidos et alia quelibet oportuna; facturus de eadem pecunia omnes et singulas expensas pro ipsius negocii complemento necessario et utiliter faciendas. de quorum omnium exhibicione recipias ad cautelam tuam ydoneas apodixas. de particulari vero vendicione dicti salis et emptioe ipsorum lignaminum ac expensis omnibus in hiis necessario et utiliter faciendis fieri facias per dictos prepositos quaternos duos consimiles sub sigillis eorum, distincte seriatim et particulariter continentes: totam quantitatem dicti salis vendendam et totam quantitatem ipsorum lignaminum emendam per eos, cum precio vendicionis et empcionis locis et personis, in quibus et a quibus vendetur et emetur, et quibus diebus et operibus singillatim; quorum unum magistris racionalibus magne curie nostre mittas, penes te altero remanente, ut in tuo racionio producat. et nichilominus ad habundaciorem cautelam curie nostre de modo et forma vendicionis et empcionis huiusmodi ac etiam diebus et locis litteras testimoniales capitaneorum vel rectorum seu potestatum aut dominorum illorum locorum, in quibus vendetur dictum sal et ementur dicta lignamina, sub sigillis eorum recipias et habeas in tuo racionio producendas. quod si inveneris mercatores aliquos in Apulia volentes emere dictum sal in ea quantitate, quod precium percipiendum ex vendicione ipsius pro empcione et delacione ipsorum lignaminum sufficiat, et velint lignamina ipsa sub eorum periculo deferre et assignare tibi in predictis terris Bari et Brundusii, cum per modum huiusmodi negocium ipsum videatur celerius comodus et tucius posse fieri et compleri, vendas eis sal predictum iuxta statutum curie nostre ad racionem de unc. aur. 6 pro singulis salmis 100; quod statutum penitus non excedas. et emas ab eis in eisdem terris lignamina supradicta; ordinaturus et firmaturus cum eis, quod lignamina ipsa bona et utilia secundum distinctionem subscriptam deferant et assignent tibi sub eorum periculo, ut dictum est, in terris eisdem, in quorum empcione procures utilitatem nostre curie, quantum potes, diligenter fideliter et prudenter, ita quod super hoc curia nostra non possit modo aliquo decipi vel fraudari, set lignamina ipsa bono et competenti foro, prout melius pro curia nostra fieri poterit, habeantur. quicquid autem inde feceris, prout dicta lignamina deferri contigerit, successive predictis magistris racionalibus per litteras tuas distincte significes, ut, qualiter quibus et ubi et pro quibus operibus assignari debeant, tibi per nostram excellentiam iniungatur. quantitas vero et qualitas ipsorum lignaminum emendorum et deferendorum hec est: videlicet [I] in primis pro palacio castri Bari: [1] trabes de abiete, que dicuntur catene, 27 longitudinis quelibet cannarum  $5\frac{1}{2}$ , crossitudinis ana palmis 2 ex una facie et palmo  $1\frac{1}{2}$ , ex altera. [2] item pro faciendis forficibus trabes de abiete 54 quelibet longitudinis cannarum 4 crossitudinis palmi 1 de canna ex una facie et palmi 1 manualis ex altera. [3] item pro faciendis currentibus alie trabes de abiete 230 quelibet longitudinis cannarum 4 et crossitudinis palmi 1 de canna. [4] item trabes de abiete 100 pro faciendis clavibus infra currentes ipsos quelibet longitudinis palmorum 20 et crossitudinis palmi  $\frac{3}{4}$ . [5] item pro faciendis festis 5 supra catenas trabes alie de abiete 45 quelibet longitudinis palmorum 26 et amplitudinis palmi 1. [6] item pro faciendis catulis alie trabes de abiete 60 quelibet longitudinis cannarum 2 et crossitudinis de ana palmo 1 manuali. [7] item pro faciendo celo dicti palatii tabularum de symia 2000. [8] item pro faciendis portis tabule de ulmo salicone et frassino 200. [9] item pro ponendo subtus tabulas trabes de abiete 18 de ana palmis 26. [III] item pro cappella dicti castri Bari: [1] trabes de abiete 24 longitudinis de ana cannis  $3\frac{3}{4}$  et crossitudinis de ana palmo 1. [2] item pro tabulamentis dicte capelle tabule serraticas 100. [3] item pro faciendis catenis trabes de abiete 4 de ana palmis 30. [4] item pro faciendis forficibus

<sup>d</sup>) Lücke durch Verletzung des Blattes.

<sup>e</sup>) Etwa eine viertel Zeile ist fast unleserlich durch Abschabung des Blattes.

trabes de abiete 8 longitudinis de ana palmis 22. [5] item pro faciendis currentibus trabes 50 eiusdem qualitatis. [6] item pro faciendo festo<sup>e</sup>) dicte cappelle trabes 2 de ana cannis 3<sup>1</sup>/<sub>2</sub>. [7] item profaciendis clavibus infra currentes ipsos trabes de abiete 200 longitudinis de ana palmis 22. [8] item pro faciendis catulis trabes de abiete 200 longitudinis de ana cannis 2. [9] item pro faciendo celo dicte cappelle tabule de symia 250. [III] item pro turri facienda in Mola: [1] trabes de abiete 6 longitudinis de ana palmis 26 et amplitudinis palmi 1 de canna ex una facie et palmi 1 manualis ex altera pro faciendis solaris tribus. [2] item pro faciendis someriis plancones de abiete 4, duo videlicet in tabulamento superiori et in quolibet aliorum tabulamentorum planconus unus, quorum quilibet sit longitudinis palmorum 26 et crossitudinis palmi 1<sup>1</sup>/<sub>2</sub>. [3] item pro faciendis predictis 3 tabulamentis tabule serraticie de abiete 100. [4] item pro faciendis portis tabule de frassino 20. [5] item pro scalis duabus trabes 6 et pro gradonibus ipsorum lignamina oportuna. [IV] item pro palacio castris Brundisii: [1] pro faciendis someriis plancones de abiete 14 longitudinis quilibet palmorum 30. [2] et pro faciendis sarcinalibus supra somerios ipsos trabes de abiete 14 longitudinis de ana palmis 26 crossitudinis de ana palmo 1 per faciem. [3] item pro faciendis tabulamentis trabes alie de abiete 90 longitudinis de ana palmis 30 et crossitudinis de ana palmo 1. [4] item pro faciendis tabulamentis tabule serraticie 264. [5] item pro faciendis catenis in tecto dicti palacii plancones de abiete 14 longitudinis de ana palmis 30 et crossitudinis ana palmo 1. [6] item pro faciendis forficibus supra catenas ipsas trabes de abiete 28 longitudinis de ana palmis 19 et crossitudinis palmi 1. [7] item pro faciendo festo dicti palacii trabes de abiete 7 longitudinis de ana palmis 26. [8] item pro faciendis currentibus trabes de abiete 180 longitudinis de ana palmis 20 et crossitudinis de ana palmo 1<sup>1</sup>/<sub>2</sub>. [9] item pro faciendis clavibus trabes de abiete 45 longitudinis de ana palmis 22 et crossitudinis de ana 1<sup>1</sup>/<sub>2</sub> pede. [10] item pro faciendo celo tabule de symia 800. [11] item pro faciendis catulis<sup>f</sup>) trabes de robore 13. [12] item pro faciendis portis omnibus fenestris et balconibus dicti castris lignamina oportuna. [13] item pro faciendis portis magnis quatuor tabule serraticie de abiete 4. [14] item pro faciendis portis omnibus balconibus et fenestris dicti palacii tabule de frassino 62. [15] item pro tabulamentis turris de portu<sup>g</sup>) computatis trabibus tabulis et sarcinalibus lignamina oportuna. [V] item pro turri, que dicitur Lucaballus: [1] pro faciendis someriis plancones de abiete 2 de ana cannis 4 et palmis 3. [2] item pro utroque solario trabes de abiete 56 longitudinis de ana cannis 2 et palmis 2. [3] item pro utroque tabulamento tabule serraticie 80. [4] item pro faciendis scalis tribus et pro regendis eisdem scalis trabes de abiete 9. [5] item pro faciendis gradonibus ipsarum scalarum lignamina oportuna. [6] et pro portis et fenestris tabule de frassino 9. [VI] item pro sala Petrolle: [1] trabes de abiete 36 pro faciendis tabulamentis longitudinis de ana cannis 3<sup>1</sup>/<sub>2</sub> et crossitudinis de ana palmo 1. [2] item pro faciendis someriis trabes de abiete 5 longitudinis de ana cannis 3<sup>1</sup>/<sub>2</sub> crossitudinis de ana palmo 1<sup>1</sup>/<sub>2</sub> ex una facie et ex altera facie palmo 1. [3] item trabes alie 4 de ana palmis 22 pro sarcinalibus supra somerios ipsos. [4] item pro tabulamentis ipsius sale tabule serraticie 110. [5] item pro faciendis catenis trabes de abiete 6 longitudinis de ana cannis 3<sup>1</sup>/<sub>2</sub> et crossitudinis de ana palmo 1. [6] item pro ponendis supra catenas, ubi statuatur catuli, trabes de abiete 8 longitudinis de ana palmis 22. [7] item pro faciendis forficibus<sup>h</sup>) trabes de abiete 12 longitudinis de ana cannis 2<sup>1</sup>/<sub>2</sub> et latitudinis de ana palmo 1. [8] item pro faciendis currentibus trabes de abiete 70 longitudinis de ana palmis 22. [9] item pro faciendis festis<sup>i</sup>) tribus trabes de abiete 3 longitudinis de ana cannis 3<sup>1</sup>/<sub>2</sub>. [10] item pro faciendo celo ipsius sale tabule de symia 400. [11] item pro scalis duabus trabes 4; pro gradonibus ipsarum scalarum lignamina oportuna. [12] item pro faciendis portis tabule de frassino 30. [13] et pro faciendis catulis trabes de abiete 10 de ana cannis 3. [VII] item pro omnibus predictis operibus: [1] laccones 500, de quibus erunt lacconcelli 100 de robore, pro faciendis predictis<sup>k</sup>) fenestris et portis, quilibet longitudinis cannarum 2 et crossitudinis 1<sup>1</sup>/<sub>2</sub> pedis. [2] item in omnibus predictis operibus pro faciendis sedilibus trabes de flumine<sup>l</sup>) 50. [3] item in omnibus predictis operibus pro faciendis sedilibus tabule serraticie crosse de abiete 100, et quia nolumus in celeri emptione et delatione predictorum lignaminum aliquem prorsus intervenire defectum, expresse precipimus, ut a predictis mercatoribus, quibus predictum sal venderis et a quibus lignamina prescripta emeris, fideiussores ydoneos et sufficientes sub certa pena recipias, quod lignamina ipsa bona et utilia, ut dictum est, secundum declarationem prescriptam et sub eorum periculo in brevi et competenti termino, prout inter te et eos steterit, deferant et assignent in terris eisdem; per quam fideiussionem sit de conventionne huiusmodi cum eis habenda plene curie nostre cautum, cum tibi exinde curia nostra totaliter innitatur. de qua quidem fideiussione fieri facias tria publica consimilia instrumenta, continencia: formam presencium, nomina et cognomina fideiussorum, formam fide-

<sup>e</sup>) fresto. <sup>f</sup>) catalis.

<sup>g</sup>) porta.

<sup>h</sup>) *Im Reg. ganz entstellt, etwa fersialibus.*

<sup>i</sup>) frestis. <sup>k</sup>) pedibus.

<sup>l</sup>) *So R'g. Zweifillos verderbt.*

iussionis ipsius et totius convencionis, quam cum eis de empcone et delacione ipsorum lignaminum habueris, seriatim; quorum unum predictis magistris racionalibus statim mittas, aliud penes fideiussores ipsos remaneat et tertium tibi debeas retinere. Dat. Venusii VIII. iunii V. ind.

574.

Venosa 1277 Juni 11.

RA 1276/77 A n. 27 f. 120<sup>a</sup> bis 121<sup>a</sup>. Kollationiert mit dem fast wörtlich gleichlautenden Schreiben n. 616. — De Santis, Doc. n. 1 (mit falschem Datum und falscher Signatur).

Eidem (iusticiario Terre Bari). [1]<sup>a</sup>) Cum locum, qui dicitur Maulus, pro habilitate singulorum transeuntium per stratam maritime ipsarum partium, ut ibi<sup>b</sup>) etiam pirate receptaculum habere non possent ad offensionem nostrorum fidelium, providerimus habitari et, priusquam homines ad habitationem ipsius loci se conferant, terram vel locum ipsum circumcirca muris claudi et muniri expediat, ne possit a piratis offendi, et providerimus etiam in castro nostro Bari fieri salam unam cum cameris duabus neonon et ecclesiam unam construendam ibidem cum portis fenestris et ciminedis in eisdem sala cameris et ecclesia oportunis, mag. Petrum de Angicurt et mag. Iohannem de Tollo<sup>b</sup>) familiares et fideles nostros ad predictum locum Mauli et castrum Bari misimus, ut ipsi una cum aliis magistris terrarum circumadiacentium, qui haberi poterant, ad loca ipsa accederent et diligenter considerarent et providerent quantitatem et qualitatem murorum, quos fieri oporteret tam in dicto loco Mauli quam in dicta sala cameris et ecclesia construenda in predicto castro Bari, et diligenter et fideliter extimarent, pro quanta quantitate pecunie fieri possent. [2] verum quia dictus mag. Petrus de Angicurt nuper ad curiam nostram accedens exposuit, quod ipse et predictus mag. Iohannes ad loca ipsa accesserant et vocatis ibidem magistris fabricatoribus de fabrica murorum expertis de Baro in testimonio publico omnes insimul providerunt, quod necessarie erant pro terra ipsa Mauli muris circumcirca claudenda in longitudine canne 250 et totus ipse murus debet esse altitudinis cannarum 2 usque ad auditum ipsius muri, amplitudinis  $\frac{1}{2}$  canne, et ab ipso auditu inter pectoralem et mergulos unius alterius canne, amplitudinis palmi  $1\frac{1}{2}$ ; et de omnibus ipsis mergulis unus erit cum archeria et alius sine archeria; et sic totus predictus murus, qui erit longitudinis cannarum 250, computata altitudine ipsius muri usque ad summitatem mergulorem, erunt per totum operis murorum canne 750; que extimate sunt posse fieri, expensis omnibus computatis, inmittendis tamen in fabrica ipsius muri in intrinseca videlicet et extrinseca linea ipsius muri duabus partibus de calce et una de terra et in çaburratura ipsius una parte de calce et tantundem de terra, ad rationem de tar. aur. 6 pro qualibet canna, pro unc. aur. 150, preter fundamentum, quod erit profunditatis usque ad firmam petram vel terram, et erit murus amplitudinis palmorum 5; reservato tamen, quod, si muri, qui fieri debent circumcirca terram eandem, ascenderit ad maiorem vel minorem quantitatem predictarum cannarum 750, que extimate sunt necessarie esse pro toto ipso opere murorum preter fundamentum predictum, addetur vel minuatur in predicta summa predictarum unc. aur. 150, pro quibus extimati sunt dicti muri posse fieri, sicut pro rata acciderit, ad rationem de tar. aur. 6 pro qualibet canna murorum, qui minuuntur vel addentur in predicta quantitate murorum ipsorum. [3] et dictus etiam mag. Petrus exposuit, quod ipse cum predicto mag. Iohanne et aliis predictis magistris providerunt, quod quelibet canna operis unius parietis construende in<sup>c</sup>) intrinseca parte predicti castri Bari longitudinis cannarum 27 amplitudinis palmorum de canna 4 et altitudinis cannarum 3, que sunt canne 81, et alterius parietis ipsius sale pro frontibus ex parte orientis longitudinis cannarum 4 et palmi 1 amplitudinis palmorum 4 et altitudinis cannarum 4, que sunt computato picciolo dicte sale usque ad summitatem tecti canne  $16\frac{1}{2}$  et alterius parietis pro adequando picciolo dicte sale ex parte maris supra murum castri ipsius eiusdem amplitudinis, in quo extimaverunt cannas de opere 4 — que tote predictae canne dicti operis sunt canne 101 et palmi 4 — fieri et compleri potest omnibus computatis ad rationem de tar. 8 et gr. 15, et sic predictae canne  $101\frac{1}{2}$  dicti operis extimate sunt fieri et compleri posse ad dictam rationem, inmittendis tamen in fabrica ipsa in intrinseca videlicet et extrinseca linea ipsarum parietum duabus partibus calcis et tertia parte arene et in çaburratura una parte de calce et tantundem de arena, pro unc. aur. 29 tar. 18 et gr.  $2\frac{1}{2}$ . [4] et quod providerunt parietes duos laborandos et construendos in capite dicte sale ex parte maris pro faciendis mensanilibus<sup>d</sup>) inter dictam salam et duas cameras, quemlibet amplitudinis palmorum 2, qui sunt computatis longitudine et altitudine ipsorum usque ad summitatem tecti dicte sale canne 33, posse fieri et compleri, computatis omnibus et singulis rebus et operibus magistrorum fabricatorum et manipulorum necessariis

<sup>a</sup>) Stat ut ibi im Reg. irrig et ubi. <sup>b</sup>) Collo. <sup>c</sup>) in fehlt Reg.; ergänzt nach n. 616 § 3. <sup>d</sup>) n. 616 § 4: mezanilibus.

<sup>1</sup>) § 1 und 2 kollationiert mit n. 951 bis einschließlich § 11.

et immittendis in eis ad rationem de tar. aur. 6 et gr. 5 pro qualibet canna dicti operis, pro eo quia paries ipse non est tante amplitudinis, sicut est paries dicte sale, nec tanta quantitas rerum magistrorum et manipulorum immittetur in eis, pro unc. aur. 6 tar. 26 et gr. 5. [5] item providerunt ciminedas tres, unam videlicet construendam in dicta sala et unam in qualibet de dictis cameris, posse fieri et compleri, computatis omnibus et singulis rebus et operibus magistrorum et manipulorum necessariis et immittendis in eis, pro unc. aur. 12. [6] item providerunt fenestras quatuor, quamlibet videlicet ad columpnam unam de petra, duas videlicet construendas in dicta sala et duas alias in dictis duabus cameris, una videlicet in unaquaque ipsarum ex intrinseca parte dicti castri, construi et fieri posse, computatis omnibus et singulis rebus et operibus magistrorum et manipulorum necessariis et immittendis in eis faciendis arcibus cantonibus et liminibus ipsarum de petra, pro unc. aur. 12. [7] item providerunt fenestram unam sine columpna aperiendam et construendam de novo in turri existente iuxta ipsam salam et pro aptandis reparandis descendendis<sup>5)</sup> et reducendis in inferiorem partem fenestris quatuor, duabus videlicet existentibus in parte meridiei sine columpnis et aliis duabus ex parte maris cum columpnis existentibus in eisdem, fieri et compleri posse, computatis omnibus et singulis rebus et operibus magistrorum et manipulorum necessariis et immittendis in eis, pro unc. aur. 10. [8] item providerunt portas quatuor pro ingressu dictarum sale et camerarum et supradicte ecclesie, faciendis arcibus cantonibus et liminibus earum interiorum et exterius ad petras, computatis omnibus<sup>1)</sup> et singulis rebus et operibus<sup>2)</sup> magistrorum et manipulorum necessariis et immittendis in eis, pro unc. aur. 4. [9] item providerunt, quod in qualibet canna parietis unius predicte ecclesie erigende de fundamentis ex parte septentrionis longitudinis cannarum 5 amplitudinis palmorum de canna 4 et altitudinis cannarum 8, que sunt canne 40, et alterius parietis ex parte castri laborandi supra fabricam veterem, que ibi est, longitudinis cannarum 3 et palmorum 7 amplitudinis palmorum 4 et altitudinis cannarum 7, que sunt canne 27 et palmus 1, et alterius parietis laborandi vel construendi pro adequando muro ipsius ecclesie existentis inter dictam salam et dictas cameras sunt canne de pariete  $16\frac{1}{2}$  ac etiam pro cannis de parietibus 8 pro erigendis duobus picciolis in dicta ecclesia; que omnes canne dictorum parietum dicte ecclesie sunt in summa canne  $91\frac{1}{2}$ <sup>3)</sup>, necessarias esse tot res et operas magistrorum fabricatorum et manipulorum, quot et quante per eosdem magistros extimate et provise fuerunt in primo pariete dicte sale, cum sint dicti parietes tante amplitudinis. et propter hoc providerunt predictas  $91\frac{1}{2}$  cannas operis dicte ecclesie construi et fieri posse, ad rationem predictam videlicet de tar. 8 et gr. 15 pro qualibet canna, pro unc. aur. 26 tar. 21 gr.  $14^2$ ). [10] item providerunt portam unam amplitudinis palmorum 4 faciendam in inferiori parte ipsius ecclesie et fenestras duas construendas in superiori parte ipsius ecclesie, in predictis videlicet duabus parietibus faciendis arcibus cantonibus interiorum et exterius et liminibus ipsarum de petra, computatis omnibus et singulis rebus et operibus magistrorum fabricatorum et manipulorum, fieri et compleri posse pro unc. aur. 4 et tar. 15. [11] que predicta pecunia extimata predicto modo pro parietibus dictarum sale et camerarum et dicte ecclesie est in summa ad generale pondus unc. aur. 105 tar. 21 et gr.  $1\frac{1}{2}$ <sup>3)</sup>. et tam ipsa pecunia extimata pro opere predicti castri Bari quam pecunia extimata pro opere murorum dicte terre Maui est in summa pro totum unc. aur. 255 tar. 21 et gr.  $1\frac{1}{2}$ .

quocirca fidelitati tue mandamus, quatinus<sup>4)</sup> receptis presentibus, facta diligenti et sollempni extimatione per magistros fabricatores et alios viros ydoneos expertos circa murorum fabricas faciendas iuratos de extimatione ipsa fideliter facienda, pro quanta quantitate fundamentum predictorum murorum dicte terre Maui et omnium predictorum murorum sale camerarum et ecclesie castri Bari fodi fabricari fieri et compleri poterit omnibus oportunitis, ac facta subastacione de muris ipsis omnibus predictorum operum ad extalium concedendis in Monopolo Baro et aliis terris famosis vicinis ipsarum partium, ut in concedendis ipsis muris omnibus et fundamentis eorum ad extalium illis, qui pro minori quantitate pecunie, quam predicta, omnia opera facere obtulerint, possit utilitas nostre curie procurari, si fuerint aliqui, qui pro minori<sup>1)</sup> quantitate pecunie, quam supradicta, pro qua omnes predicti muri extimati sunt posse fieri, et illa etiam, pro qua fundamentum ipsorum murorum omnium posse fieri extimabitur, huiusmodi fabricas murorum et fundamenti hiis, qui muros ipsos omnes et fundamentum eorum tam videlicet operis dicte terre Maui quam operis castri predicti pro minori quantitate facere obtulerint vel non componentibus aliquibus, qui pro minori quantitate omnia supradicta opera facere offerant, pro predictis unc. aur. 255 tar. 21 et gr.  $1\frac{1}{2}$

<sup>1)</sup> Reg. deffendendis. Berichtigt nach n. 616 § 6.

<sup>2)</sup> fhlt Reg.

<sup>3)</sup> rebus et operibus fhlt Reg.

<sup>4)</sup> maiori,

<sup>1)</sup> Genau: canne 91 palmi 5.

<sup>2)</sup> In n. 616 II § 9 irrig: novem. Dieser Berechnung ist die genaue Zahl von 91 canne 5 palmi zugrunde gelegt.

<sup>3)</sup> Summe der §§ 3 bis 10.

<sup>4)</sup> Von hier ab kollationiert mit n. 951 bis mencionem.

usque per totum mensem aprilis proximo venture VII. ind. ad extalium pro parte curie nostre concedas. et incontinenti ordines in ipsis operibus aliquem vel aliquos viros ydoneos sufficientes divites et expertos in talibus in ipsis operibus superstantes, qui continue intersint in eisdem operibus et videant procurent et instent apud extallerios ipsorum operum, quod predicta omnia opera fiant bene studiose et diligenter de bonis quatrellis bona calce arena et per bonos magistros, secundum quod dicta opera extimata sunt superius fieri debere et secundum quod fundamentum ipsorum bene studiose et diligenter similiter extimabitur fieri debere pro salubri conservacione murorum ipsorum, ita quod nullo umquam tempore occasione defectus eiusdem fundamenti et defectus etiam committendi in fabrica murorum ipsorum de operibus ipsis aliquod possit intervenire sinistrum. super quo eisdem superstantibus commissiones per litteras tuas cum inserta forma presencium pro parte curie nostre facias, predicens eisdem, quod sic sollicite et diligenter ac super hoc oculis apertis intendant, quod fabrica tota murorum ipsorum et fundamentum eorum diligenter fideliter et bene fiant et compleantur et nullus in eis omnino defectus interveniat, quia dolum fraudem sive defectum totum, si quis occasione negligentie predictorum intervenerit, de eorum proprio suppleri mandabimus preter penam aliam, cui eos alte et basse iuxta nostrum beneplacitum volumus subiacere; nichilominus tibi, qui eosdem superstantes elegeris et qui debes sufficientes et legales eligere, de toto defectu culpa fraude et dolo committendo per eos tuis humeris et tue substancie inherentes; recepturus ab extalleriis ipsis super hoc sufficientes et ydoneos fideiussores in ea videlicet quantitate, de qua fideiussores dare poterunt, approbandos per ydoneos et sufficientes approbatores. et exhibeas extalleriis ipsis pecuniam eis debitam pro extalio ipso, in ea videlicet quantitate vice qualibet, de qua sufficientes et ydoneos fideiussores tibi pro parte curie nostre dederint, postquam tibi constiterit per superstantes predictos, quod pecunia, quam eisdem extalleriis successive dederis, per eos in eisdem operibus sit expensa, ita quod occasione pecunie opus ipsum differri aliquatenus non contingat. et sic instes apud ipsos extallerios et suprastantes, quod super faciendis et complendis omnibus operibus ipsis sic sollicite et diligenter procedant et procedi faciant, quod omnia opera ipsa bene studiose et diligenter usque ad predictum terminum compleantur, et sicut desideras nostre celsitudini complacere, quia multum residet cordi nostro, quod eadem omnia opera celeriter et legaliter compleantur. si forte fundamentum ipsorum murorum aliquibus ad extalium concedi non poterit, quod, nisi primo fundamentum ipsum fiat, in opere murorum ipsorum procedi non poterit, et nolumus, quod opus ipsum ultra dictum terminum propterea differatur, fidelitati tue firmiter et expresse precipimus, quatinus, facta extimacione de omnibus expensis pro ipso fundamento omnium murorum ipsorum necessario faciendis, sicut superius dictum est, factisque de extimacione ipsa duobus scriptis publicis consimilibus secundum formam, que servatur in talibus, quorum unum predictis magistris racionalibus incontinenti transmittas et reliquam tibi retineas in tuo raciocinio producendum, fundamentum ipsum cum expensis curie nostre, que non excedant summam extimacionis predictae, bene et diligenter fieri facias sine aliqua tarditate, ita quod in eo faciendo nullus defectus interveniat et occasione ipsius fundamenti in muris ipsis nullum sinistrum emergat, ut, fundamento ipso facto, statim per eosdem extallerios procedi possit in predictis muris faciendis, ut superius dictum est. et caveas, quod fundamentum huiusmodi fundetur supra firmam petram. et si firma petra in toto vel in parte inveniri non poterit, set invenitur terra, fundamentum huiusmodi in tantum cavetur, quousque invenitur firma terra, et fundamentum ipsum fundetur supra ipsam firmam terram, ita quod de fortitudine seu firmitate ipsius terre, ubi ipsum fundamentum fundabitur, de muris ipsis occasione ipsius fundamenti non sit aliquatenus dubitandum. et ut ex defectu pecunie tam in operibus ipsis quam in operibus castri Baroli nullus defectus intersit nullaque dilacio committatur, ad te per infrascriptos iusticiarios subscriptas quantitates pecunie mandavimus assignari: videlicet per iusticiarium Aprucii unc. aur. 219 tar. 3 et gr. 8<sup>1</sup>/<sub>2</sub>, per iusticiarium Terre Laboris unc. 269 tar. 20 et gr. 12<sup>1</sup>/<sub>2</sub>, per iusticiarium Principatus unc. aur. 185 tar. 19 et gr. 1 et per iusticiarium Capitinate unc. aur. 109 tar. 28 et gr. 3<sup>1</sup>/<sub>2</sub>. tu autem pecuniam ipsam recipias et pro predictis operibus exhibeas, sicut datur tibi per nostras litteras in mandatis, et de ea pro aliquibus aliis serviciis, nisi tantum pro expensis operum predictorum, nichil penitus exhibeas sine speciali mandato nostro pendenti, quod de huiusmodi inhibitione nostra tibi facta, quod pecunia ipsa in aliis serviciis converti non debeat, expressam fecerit mencionem. addicimus insuper, ut extalerii ipsius operis murorum dicte terre Mauli teneantur facere portas et posterulas pro ingressu et egressu ipsius terre, sicut predictus mag. Petrus de Angicurt, qui est exinde informatus, duxerit providendum; ita tamen quod pro<sup>1)</sup> portis et posterulis ipsis nichil ultra summam pecunie, que conveniatur extalleriis ipsis pro muris ipsis, addatur. de extaleo vero ipso fieri volumus tria

<sup>1)</sup> fehlt Reg.

scripta publica consimilia, continencia: formam presencium, nomina<sup>1)</sup> et cognomina illorum, quibus extaleum ipsum concesseris, quantitatem pecunie, pro qua fundamentum predictorum murorum omnium extimabitur posse fieri, et per quos, et quantitatem pecunie, que convenietur pro extaleo ipso illis, qui muros ipsos et fundamentum pro minori quantitate fieri et compleri facere obtulerint, nomina et cognomina fideiussorum, quos ab extalleriis ipsis receperis, et de quanta pecunie quantitate, nomina et cognomina illorum, per quos fuerint approbati, et nomina et cognomina superastantis vel superastancium predictorum; quorum unum predictis magistris racionalibus incontinenti transmittas, aliud tibi retineas et terium aput extallerios ipsos dimittas. nichilominus totum processum tuum, quem in hiis habendum duxeris, celsitudini nostre nec minus predictis magistris racionalibus distincte et particulariter sine mora qualibet per litteras tuas studeas intimare. et quia dictus mag. Petrus de Angicurt exposuit, quod infrascripti protomagistri fabricatores et petraroli de Baro, qui fuerunt cum predicto mag. Petro et mag. Iohanne ad extimandum omnes predictos muros predictae terre Mauli necnon sale camerarum et ecclesie, que facienda sunt in predicto castro Bari, promiserunt muros ipsos omnes fieri et compleri facere pro predictis unc. aur. 255 tar. 21 et gr. 1<sup>1</sup>/<sub>2</sub>, pro quibus extimata sunt posse fieri, sicut constitit etiam curie nostre per instrumentum publicum factum de extimacione predicta, quod idem mag. Petrus nostre curie assignavit, videlicet Petrus Rapocius, Petrus Mefecit, Bartholomeus Rapocius, Franziscus Rapocius, Iohannes de Bella, Adam magistri Martini et Angelus Bartholomei Torti de Baro, volumus et fidelitati tue precipimus, quatinus omnes predictos protomagistros et magistros incontinenti coram te facias accersiri et, si non apparuerint aliqui, qui muros ipsos omnes velint fieri facere et compleri pro minori pecunie quantitate, muros ipsos omnes pro ipsa pecunie quantitate, pro qua extimati sunt posse fieri, necnon et fundamentum omnium murorum ipsorum pro illa quantitate, pro qua extimabitur fieri posse, si ipsos recipere voluerint et non apparuerint alii, qui fundamentum ipsum pro minori quantitate velint fieri facere et compleri, eisdem magistris et protomagistris ad extalium pro parte curie nostre concedas et recipias ab eis ydoneos et sufficientes fideiussores, de illa quantitate videlicet, de qua fideiussores dare poterunt, qui approbentur per ydoneos et sufficientes approbatores, quibus pecuniam debitam eis pro extalio ipso secundum supradictam formam et modum, in tanta quantitate videlicet vice qualibet, de quanta fideiussores dederint, ut totum opus ipsum murorum cum portis et posterulis necnon fundamentum murorum ipsorum secundum extimacionem factam de muris ipsis et secundum extimacionem faciendam de fundamento predicto usque ad predictum terminum fieri faciant et compleri, sine defectu quolibet debeas exhibere; factis de extalio ipso tribus scriptis publicis consimilibus, secundum quod superius est expressum, quorum altero tibi retento alio eisdem magistris et protomagistris dimisso reliquum dictis magistris racionalibus sine mora transmittas. Dat. Venusii etc. mense iunii XI. eiusdem V. ind.

575.

S. Gervasio 1277 Juni 20.

RA 1276 A n. 25 f. 103<sup>b</sup>.

Extalleriis seu credeceriis operis castri Bari etc. Cum omnia opera, que in castro nostro Bari de novo fieri providimus, compleri velimus in termino per excellenciam nostram statuto, . . . precipimus, quatinus sic in operibus ipsis continue diligenter et sollicitate procedatis et procedi etiam faciatis, quod omnia opera ipsa, secundum quod extimata sunt fieri debere, studiose et bene fiant et usque ad predictum terminum iuxta nostrum beneplacitum infallibiliter compleantur. et ut complementum ipsorum defectu pecunie retardari non possit, iusticiario Terre Bari . . . nostris damus litteras in mandatis, ut vobis pro expensis ipsorum operum pecuniam successive, sicut expediens fuerit, sine defectu quolibet largiatur. et quantum in opere ipso processum est, statim et deinde inantea, sicut in opere ipso procedi contingerit, sepe sepius celsitudini nostre et magistris racionalibus magne nostre curie per litteras vestras significare curetis particulariter et distincte. Dat. apud s. Gervasium die XX. iunii V. ind.

576.

Lagopesole 1277 Juli 11.

RA 1276/77 A. n. 27 f. 124<sup>ab</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1277 p. 31.

Eidem (iusticiario Terre Bari) etc. Sciat fidelitas tua, quod lator presentium nuntius tuus assignavit pro parte tua die mercurii VII. presentis mensis iulii apud Lacumpensilem magistris racionalibus etc. tuas litteras. . .

<sup>1)</sup> Von hier ab kollationiert mit n. 951 bis intimare.



item assignavit alias litteras tuas continentes, quod iuxta mandatum nostrum tibi missum fecisti in terris famosis iurisdictionis tue publice subastari, si quis vellet recipere ad faciendum ad extalium maccias extra castrum nostrum Baroli, cappellam et alia opera eiusdem castri per totum mensem aprilis VI. ind. primo venture pro quantitate unc. aur. 447 et tar. 9, ad quam expense ipsorum operum extimate sunt posse ascendere, vel pro minori etiam quantitate, et ad subastationem ipsam nullus comparuit volens pro quantitate ipsa vel minori facere opus ipsum: super quibus presentes tibi mittimus nostras litteras responsales, studium tuum in premissis habitum commendantes, si in ipsis iuxta tenorem mandatorum nostrorum seu dicti principis<sup>1)</sup> sub sigillo capitaneie tibi missorum cum diligentia processisti, forma eorum in omnibus et per omnia observata.

et sciat etiam fidelitas tua, quod idem lator presentium nuncius tuus eodem die apud Lacumpensilem assignavit pro parte tua magistris racionalibus etc. scriptum unum puplicum factum Bari XXVIII. mensis iunii proximo preteriti huius V. ind. continens de<sup>2)</sup> mandato nostri culminis per litteras continentes, quod<sup>2)</sup> facta . . . extimatione, pro quanta quantitate pecunie fundamenta murorum circuitus terre Mauli et omnes muri sale camerarum et ecclesie construendarum in castro nostro Bari fodi fabricari et compleri possent omnibus oportunis, et facta subastatione . . . in Monopulo Baro et aliis terris famosis vicinis ipsarum partium . . . tu . . . dicta opera facienda usque per totum mensem aprilis proximo venture VII. ind. ad extalium pro parte curie nostre concederes . . . et si forte fundamentum ipsum aliquibus ad extalium concedi non posset, quia, nisi prius fundamentum ipsum fieret, in opere murorum ipsorum procedi non posset, . . . mandavimus, ut . . . fundamentum ipsum cum expensis curie nostre . . . fieri faceres . . . et quia predictus mag. Petrus de Angicurt exposuerat, quod subscripti prothomagistri et magistri fabricatores et petraroli de Baro, usw. wie n. 574.

quo predicto mandato nostro recepto, deinde facta diligenti extimatione . . . , pro quanta quantitate pecunie fundamenta predicta murorum predictae terre Mauli, que sunt in summa canne 250, fodi fabricari fieri et compleri poterunt omnibus oportunis, que extimatio ascendit omnibus computatis ad summam unc. aur. 57 et tar. 26 . . . , prout continetur particulariter et distincte in alio scripto puplico particularis extimationis ipsius per te facto et misso, quod similiter dictus tuus nuntius magistris etc. assignavit, et facta subastatione de muris ipsis omnibus predictorum operum castri Bari et terre Mauli et fundamenti murorum eiusdem terre ad extalium concedendis iuxta ipsarum nostrarum continenciam litterarum in Monopulo Baro Poliniano Cupersano Rutiliano Botonto et Iuvenatio vicinis partibus ipsis, et non comparentibus aliquibus, qui pro minori nec etiam pro predicta quantitate pecunie predicta omnia opera offerent se facere ad extalium usque per totum predictum mensem aprilis primo venturum VII. ind., sicut in predicto scripto puplico continetur, supradictos mag. Petrum Rappotium, Petrum Mefecit, Bartholomeum Rappotium, Franciscum Rappotium, Iohannem de Bella, Adam magistri Martini et Angelum Bartholomei Torti de Baro prothomagistros magistros fabricatores et petrarolos, qui fuerunt cum predicto mag. Petro et mag. Iohanne ad extimandos omnes predictos muros predictae terre Mauli necnon sale camerarum et ecclesie predictorum, qui etiam muros ipsos fieri et compleri facere promiserant usque ad predictum terminum pro predicta quantitate pecunie, ut supra distinguitur, fecisti ad te accersiri et, exposita eis coram te tota serie predictorum regalium litterarum et requisicione premissa, si omnes ipsos muros pro predictis unc. aur. 255 tar. 21 et gr. 1<sup>1</sup>/<sub>2</sub>, pro quibus extimati sunt posse fieri, necnon et predictum fundamentum murorum omnium terre Mauli pro predictis unc. aur. 57 tar. 26, pro quibus extimatum est posse fieri, recipere velent ad extalium, sicut superius distinctius continetur, concessisti pro parte regie curie eisdem prothomagistris magistris fabricatoribus et petrarolis de Baro volentibus ad extalium predictos omnes muros et fundamentum ipsorum cum portis et posterulis faciendis pro ingressu et egressu ipsius terre Mauli, sicut predictus mag. Petrus de Angicurt, qui est exinde informatus, duxerit providendum, pro subscripta pecunie quantitate, sicut superius est distinctum, et dum requisiveris ab eis ydoneos et sufficientes fideiussores, de illa videlicet quantitate pecunie de summa predicta, quam pro ipsis operibus faciendis velent ad presens recipere a te pro parte curie, de qua fideiussores dare possent approbandos per ydoneos et sufficientes approbatores, dicti prothomagistri et magistri fabricatores et petraroli de Baro dederunt tibi recipienti pro parte curie nostre de unc. aur. 50 . . . , quas de predicta summa pecunie pro predicto extalio eis conventa a te pro parte curie receperunt, expendendas et convertendas per eos in operibus supradictis, fideiussores . . . approbatos tam per iudicem et testes in predicto instrumento subscriptos tam per Iohannem Promptum de Baro militem

<sup>1)</sup> te.

1) d. i. des Kronprinzen Karl.

2) Weiter ähnlich wie n. 574.

filium quondam Constantini pro ydoneis et sufficientibus ad hoc. . . ; reservato tamen curie nostre, quod, si muri predicti, qui fieri debent circumcirca eandem terram Maui ascenderint ad maiorem vel minorem quantitatem dictarum cannarum 750, que extimate sunt necessarie esse pro toto ipso opere murorum preter fundamentum, addetur vel minuatur in predicta summa unc. aur. 150, pro quibus extimati sunt predicti muri posse fieri, sicut pro rata acciderit, ad rationem de tar. aur. 6 pro qualibet canna murorum, qui minuentur vel addentur in predicta quantitate murorum ipsorum. qui predicti magistri obligaverunt se per eandem stipulationem sollempnem tibi recipienti pro parte curie coram te, quod totum opus ipsum murorum cum portis et posterulis necnon et fundamentum murorum ipsorum secundum extimacionem factam de muris ipsis in predicto fundamento et iuxta provisionem dicti mag. Petri de portis et posterulis supradictis ac etiam predictam salam cameras et ecclesias construendas in predicto nostro castro Bari usque ad predictum terminum fieri faciant et compleri, sicut distincte de singulis predictum continet instrumentum.

quo extalio sic faciendo ordinasti, sicut in predicto scripto puplico continetur, Mathiam Bisantii de Ruga et Thomasium Caloiohannis de Taginaro de Baro viros utique ydoneos et sufficientes divites et expertos in talibus, sicut scribis et ipsum similiter continet instrumentum, in ipsis operibus superastantes, quibus expresse mandasti ex parte regia, ut continue intersint in eisdem operibus et videant procurent et instent per predictos extallerios ipsorum operum, quod predicta omnia opera fiant bene studiose et diligenter de bonis quatrellis bona calce et arena et per bonos magistros, secundum quod dicta opera extimata sunt superius fieri debere et secundum quod fundamentum murorum dicte terre Maui fuit bene diligenter et studiose extimatum fieri debere pro salubri conservatione murorum ipsorum, ita quod nulla unquam tempore occasione defectus eiusdem fundamenti et defectus etiam committendi<sup>b)</sup> in fabrica murorum ipsorum de operibus ipsis aliquid possit intervenire sinistrum; factis eisdem extalleriis litteris tuis et scriptis puplicis de premissis omnibus exequendis in forma prescripta.

de quorum scriptorum receptione presentes tibi mittimus responsales; de sufficientia et ydoneitate dictorum fideiussorum per te receptorum et inantea recipiendorum et predictorum superastantium tuis humeris incumbentes et tue fidelitati mandantes, quod tenorem mandatorum nostrorum tibi super premissis negotio directorum in omnibus et per omnia diligenter efficaciter observando sic diligenter sollicite ac fideliter procedi facias in predicto opere, sicut tibi per nostras litteras iniunximus; faciendo quod bene diligenter, ut expedit, opera ipsa omnia iuxta beneplacitum nostrum fiant et nichil prorsus de contingentibus obmitatur; sciturus, quod in nullo ad presens poteris tantum placere nostro culmini, quantum ut opus ipsum acceleres et in ipso opere continue facias laborari. rescribas nichilominus curie nostre sepe sepius, sicut successive in eodem opere contigerit laborari. Dat. apud Lacumpensilem XI. iulii V. ind.

<sup>b)</sup> committendus.

## 577.

Lagopesele 1277 Juli 23.

RA 1276/77 A n. 27 f. 125<sup>a</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Bari). Intellecto nuper, quod in operibus murorum terre Maui, in operibus eciam castri Bari et castri Baroli, que de novo fieri mandavimus, nichil adhuc inceptum et laboratum est, et causam defectus huiusmodi ignorantem, precipue cum frequenter et sepe tibi per litteras nostras<sup>1)</sup> sub certa pena et satis expresse dederimus in mandatis, ut extalleriis seu credenceriis ipsorum operum<sup>a)</sup> successive pecuniam exhiberes, ut procederetur continue in operibus ipsis, et quod occasione pecunie nullus defectus intervenire posset in operibus ipsis, tibi per certos iusticiarios regni nostri certam mandavimus summam pecunie exhibere, id satis egre et molestum ferentes. . . precipimus, quatinus incontinenti celsitudini nostre et magistris racionalibus etc. . . significare procure, ob quam causam inceptum<sup>b)</sup> non est ad laborandum in operibus supradictis, et per quem defectus huiusmodi intervenit, et in operibus ipsis instanter et continue procedi facias et pro expensis ipsorum operum<sup>c)</sup> successive . . . exhibeas<sup>d)</sup> pecuniam opportunam, ac instes sollicite et ardentem apud extallerios seu credencieros ipsorum operum<sup>e)</sup>, quod in eisdem operibus bene et sine intermissione qualibet laborari et procedi faciant. . . quia, si defectus in hiis emerserit, contra te et alios, per quos huiusmodi defectus acciderit, ad penam . . . procedemus; precipue, cum ad hoc, quod occasione pecunie in operibus ipsis nullus defectus emergeret, tibi . . . mandaverimus, ut, si predicti iusticiarii . . . tibi pecuniam ipsam non exhibuerint, debeas de pecunia presentis generalis sub-

<sup>a)</sup> operium. <sup>b)</sup> incertum. <sup>c)</sup> operium. <sup>d)</sup> exhibeat. <sup>e)</sup> operium.

<sup>1)</sup> n. 575 und 576.

vencionis vel de quacumque alia curie nostre pecunia... pecuniam oportunam... exhibere...; ordinaturus, quod magistri muratores et fabricatores ac manipuli in ipsis operibus in tanto numero deputentur, quod defectus in operibus ipsis hactenus habitus suppleatur... Dat. ibidem (apud Lacumpensilem) XXIII. iulii.

## 578.

Lagopesole 1277 Iuli 25.

RA 1276 A n. 25 f. 135<sup>a</sup>.

Philippo de s. Cruce etc. Cum beneplaciti nostri sit et satis resideat cordi nostro, quod in operibus castri Baroli, castri Bari, terre Mauli et Villenove, castri Brundusii et turris, que dicitur Lucaballu, sollicite continue et efficaciter procedatur, ut citum<sup>a</sup>) et debitum recipiant complementum, super quo totum contrarium nuper nostra excellentia intellexit, . . . mandamus, quatinus statim receptis presentibus ad predicta opera nostra te personaliter conferens scias inspicias et videas diligenter, quid operatum et factum est in macia et aliis operibus, que de novo in eodem castro Baroli fieri providimus, et quid et quantum laboratum et processum est in singulis aliorum operum predictorum, et sollicites ex parte nostra iusticiarium Terre Bari et viceiusticiarium Terre Ydronti, quos de efficaci et continuo processu eorundem operum, que fiunt in iurisdictionibus eorum, frequenter et sepius per litteras nostras recolimus stimulasse, licet super hoc, prout patet per effectum operis, fuerit usque modo in eorum pectore cura minor, quod diligenter intendi faciant in omnibus operibus supradictis, que fiunt in iurisdictione cuiuslibet eorundem, ita quod continue et bene in eisdem operibus sine defectu et intermissione aliqua laboretur; sollicitaturus etiam extallerios seu credencios et magistros fabricatores et laboratores alios operum predictorum, quod continue et bene in ipsis operibus laboretur et procedatur, sicut predicti iusticiarius Terre Bari, viceiusticiarius Terre Ydronti et extallerii seu credenciosi et laboratores ipsorum operum votis et beneplacitis nostris desiderant complacere, quia, si defectus in eis affuerit, contra eos, per quos defectus emerit, ad penam acriter procedemus, tamquam contra mandatorum et servitorum nostrorum temerarios contemptores. et pro redimenda nota negligentie, quam circa prosecutionem ipsorum operum commisisse noscuntur, tot magistri et alii laboratores in eisdem operibus deputentur, quod per eos defectus commissus hactenus in eisdem operibus suppleatur. et qualiter in eisdem operibus procedatur et quantum in eis laborabitur, successive dictus iusticiarius Terre Bari et viceiusticiarius Terre Ydronti ac extallerii seu credenciosi ipsorum operum, singuli eorum videlicet de operibus ad eos spectantibus, frequenter et sepe sepius maiestati nostre et<sup>b</sup>) magistris rationalibus magne curie nostre particulariter et distincte significare procurent, ut, si bene vel minus bene in eisdem operibus processum sit et per quos, nostra possit ad plenum cognoscere celsitudo. et quia scire volumus, usque modo et ad quid in quolibet ipsorum operum laboratum et processum est, diligenter et perspicue inspicias et ad oculum videas totum id, quod laboratum est in quolibet operum eorundem. scias etiam et videas, si in operibus ipsis et quibus defectus affuit, usque modo et per quos et quare, et hec omnia in singulis ipsorum operum distincte lucide et per seriem celsitudini nostre et predictis magistris rationalibus studeas intimare, ut iusta in hoc nulla possit excusationis causa pretendi, pro eo precipue, quod ad hoc, ut nullus possit in operibus ipsis intervenire defectus, predictis iusticiario Terre Bari et viceiusticiario Terre Ydronti pro expensis ipsorum operum per iusticiarios regni nostri certam mandavimus summam pecunie exhiberi; iniuncto eis nichilominus, quod de quacumque fiscali pecunia et etiam de pecunia presentis generalis subvencionis impositae in decretis eis provinciis, ut continue laboretur in eisdem operibus, nomine mutui successive oportunam pecuniam exhiberent, restituendam postmodum sibi ipsis de pecunia, quam recipere a iusticiariis supradictis; propter quod mirabile nobis videtur, quod, ex quo habetur sufficiens pecunia, a qua dependet totaliter celeris perfectio ipsorum operum, per quem et quare potuit huiusmodi defectus accidere, nisi ex manifesta negligentia eorundem, quos negotium ipsum tangit. ergo restat scire, per quos defectus huiusmodi et quare non sine mandatorum nostrorum contemptu et gravi ipsorum operum incomodo intervenit. Dat. apud Lacumpensilem XXV. iulii V. ind.

<sup>a</sup>) totum. Berichtigt nach n. 839. <sup>b</sup>) fehlt Reg.

## 579.

Lagopesole 1277 August 4.

RA 1276 A n. 25 f. 144<sup>a</sup>.

Castellano castri Bari etc. Quia mag. Petrus de Angicurt in curia nostra presens exposuit, quod magistri extallerii operum, que de novo fiunt de mandato nostro in castro Bari, debent habere lapides muri veteris, qui erat in eodem castro et dirui debet, pro saburris murorum operum ipsorum, que fieri debent ad extalium

per eosdem, . . . mandamus, quatinus huiusmodi lapides muri veteris diruendi eosdem extalleris pro saburris murorum operum predictorum accipere sine molestia paciaris, dummodo in saburris ipsorum novorum operum totaliter convertantur. Dat. apud Lacumpensulem VIII. augusti V. ind.

**580.***Lagopesele 1277 September 11.**RA 1278 D n. 31 f. 13<sup>b</sup>.*

Eidem (iusticiario Terre Bari) etc. . . . precipimus, quatinus dirui facias murum appendiciarium palaci castrum Bari, ut supra ipsum murum palacii predicti laborari et elevari possit palatium. des etiam tar. 12 magistris extalleris operis castrum Bari predicti pro adaequatione muri capelle et pro facienda una fenestra supra altare eiusdem cappelle. mandes insuper statutis super opere castrum Baroli, quod macciam, que fiet in eodem castro ex parte orientis, distare faciant a muro ipsius castrum in pede mensura candarum<sup>a)</sup> 2 et palmorum 3, que prius distare debebat per candas<sup>b)</sup> 2 1/2, et quod ascendat cannis 4 et palmis 6, que prius ascendere debebat cannis 5 secundum provisionem curie nostre factam; item quod distet a fenestris inferius usque ad locum muri, ubi finiet dicta maczia, mensura palmorum 10. volumus insuper et mandamus, quod tam predicta opera castrum Baroli castrum Bari quam Mauli diligenter et studiose acceleres et accelerari facias, credenceriis<sup>c)</sup> et extalleriis sub certa pena iniungas, qui opera ipsa fieri facere et complere debent ad credenciam seu ad extaleum, quod circa perfectionem ipsorum operum sic sint solliciti et attentii, quod opera ipsa omnia in statutis terminis bene et studiose iuxta provisionem et ordinationem nostram de singulis ipsorum operum habitam totaliter sint completa. Dat. apud Lacumpensilem die XI. septembris VI. ind.

<sup>a)</sup> *So im Reg. statt cannarum.*<sup>b)</sup> *So statt cannas.*<sup>c)</sup> *creditoribus.***581.***Foggia 1277 November 2.**RA 1278 D n. 31 f. 20<sup>a</sup>.*

Eidem (iusticiario Terre Bari). Quia exposuisti . . . , quod a mag. Petro Rapocio et alio mag. Petro Mefecit<sup>a)</sup> et sociis de Baro magistris muratoribus et extalleriis operum murorum terre Mauli et operum castrum nostri Bari, a quibus de mandato nostro debes recipere . . . fideiussores . . . de tanta pecunie quantitate vice qualibet, quantum in eisdem operibus necessarium duxeris exolvendam, fideiussores ipsos . . . recipere non potes, quia ipsi extallerii fideiussores eosdem tibi nequeunt vice qualibet exhibere propter paupertatem ipsorum, ob quorum paupertatem fideiussores timore perterriti pro eis vice qualibet fideiubere recusant, et humiliter supplicasti, dari tibi per excellencie nostre litteras in mandatis, ut pecuniam opportunam pro predictis operibus faciendis, quam predictis extalleriis ob defectum fideiussorum te asseris non posse commode exhibere, debeas assignare . . . Thomasio de Caloiohanne et Mathie Bisancii de Ruga de Baro statutis per te superstantibus in operibus supradictis, viris utique sufficientibus et divitibus, sicut dicis, de illa videlicet specie pecunie, quam extalleriis ipsis pro eisdem operibus dare teneris de mandato nostro et fuit et est pro eisdem operibus deputata, ut per eosdem superstantes pecunia ipsa . . . particulariter debeat erogari eisdem, et propterea erit cautius nostrae curie et dampnum aliquod non poterit exinde . . . imminere . . . , mandamus, quatinus . . . pecuniam . . . predictis superstantibus . . . assignes . . . Dat. Foggie II. novembris.

<sup>a)</sup> *Im Reg. ganz entstellt; etwa Exfeot.***582.***Neapel 1277 November 24.**RA 1278 D n. 31 f. 20<sup>b</sup>.*

Eidem iusticiario (Terre Bari). Mandavimus pridem tibi per litteras nostras<sup>1)</sup> tibi directas super nova ordinatione habita per curiam nostram de tota pecunia curie nostre mittenda ad castrum nostrum Salvatoris ad mare, quod vulgariter dicitur castrum Ovi, ut pecuniam necessariam pro operibus curie nostre, que de novo de mandato nostro fiunt in iurisdictione tua, pro quibus pecuniam per te dudum mandavimus exhiberi per totum presentem mensem novembris, retinere debeas et incontinenti nobis et magistris racionalibus . . . significare deberes, quantum pro quolibet ipsorum operum solutum est, et quantum necessarium esset, et retineres pro operibus ipsis per totum presentem mensem novembris, et quantum abinde inantea mense quolibet pro quolibet ipsorum operum fuerit opportunum, donec ipsa opera totaliter possint perfici et compleri, et usque ad quod tempus opera ipsa perfici et compleri poterunt . . . set cum predictam significacionem neglexeris . . . in predictorum servitorum nostrorum preiudicium manifestum, mirantes inde non modicum et moti etiam graviter non indigne . . . : precipimus, quatinus pecuniam necessariam pro operibus

<sup>1)</sup> *Runderlaß vom 25. Oktober 1277. Auszug bei Minieri, Regno 1277 p. 50.*

supradictis per totum mensem decembris proximo venturum . . . exhibere procures, ut ante tempus, ne in operibus ipsis defectus emergat, tibi rescribamus . . . exinde velle nostrum . . .<sup>1)</sup> volumus insuper . . ., ut extallerios credencieros et superstantes ipsorum operum sollicites . . ., quod in operibus ipsis . . . sollicitate procedant . . . Dat. Neapoli XXIII. novembris VI. ind.

**583.***Neapel, 1277 Dezember 17.**RA 1278 D n. 31 f. 42<sup>b</sup>.*

Similes<sup>2)</sup> facte sunt iusticiario Terre Bari pro operibus, que fiunt in Terra Bari. Dat. ut supra (Neapoli XVII. decembris VI. ind.).

**584.***Neapel 1278 Januar 8.**RA 1278 D n. 31 f. 16<sup>b</sup>.*

Eidem (iusticiario Terre Bari) etc. Quia significasti per litteras tuas, quod ante receptionem mandati nostri<sup>3)</sup> directi tibi super nova ordinatione nostra de mittenda fiscali pecunia ad castrum nostrum Salvatoris ad mare de Neapoli, quod vulgariter dicitur castrum Ovi, stipendiariis nostris tecum per nostram curiam deputatis satisfecisti de gagiis eorum usque per totum proximo preteritum mensem octubris presentis VI. ind. . . . placet nobis . . . mandamus etiam tibi, quod de pecunia, quam ante ordinationem ipsam per diversos iusticiarios regni nostri tibi exhiberi mandavimus pro subscriptis operibus nostris, que fiunt in iurisdictione tua, tribuas mense quolibet, a kalendis silicet mensis decembris usque per totum mensem augusti prefate indictionis, infra quem terminum scripsisti opera ipsa posse perfici<sup>a)</sup> et compleri, Philippo de Terreno et Pascali de Umfrido de Barolo superstantibus expensoribus et credencieris operis castri nostri Baroli pro eodem opere unc. aur. 29 et tar. 21 necnon Thomasio de Calo Iohanne et Mathie Bisancii de Ruga de Baro superstantibus operum murorum et fundamentorum terre Mauli sale camerarum duarum et ecclesie construende de novo in castro nostro Bari pro eisdem operibus unc. aur. 20 tar. 11 et gr. 18 . . ., quas quidem quantitates pecunie fore necessarias singulis mensibus predicti temporis tue littere continebant, ita quod defectu pecunie predictis operibus impedimentum aliquod non prestetur; recepturus de his omnibus, que proinde dederis, ad tui cautelam ydoneas apodixas. et nichilominus significes nobis per litteras tuas particulariter et distincte, quantum in eisdem partibus usque nunc tam in longitudine et latitudine murorum ipsorum quam etiam in omnibus aliis est<sup>b)</sup> processum. Dat. Neapoli die VIII. ianuarii.

\*) perfrui.

b) ex.

**585.***bei Capua 1278 März 4.**Siehe n. 232.***586.***bei Capua 1278 März 8.**I. RA 1268 A n. 1 f. 172<sup>ab</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1278 p. 11.*

Symoni de Bellovidere olim iusticiario Terre Bari. Cum, te ammoto ab officio iusticiariatus Terre Bari, . . . Fulconem de Roccafolia militem familiarem et fidelem nostrum iusticiarium eiusdem provincie . . . duxerimus statuendum, . . . mandamus, quatinus . . . assignare debeas eidem Fulconi mandata celsitudinis nostre directa tibi pro omnibus operibus, que fiunt de mandato nostro in castro nostro Baroli, castro Bari et terra Mauli, et eundem ad plenum debeas informare de nominibus et cognominibus illorum, qui opera ipsa ad extalium vel ad credenciam fieri et compleri facere tenentur de mandato nostro, et de summa pecunie, que pro singulis operibus ipsis solvi debuit iuxta predictorum nostrorum continenciam mandatorum, et de quantitate pecunie solute per te singulis extalleriis seu credencieris ipsorum operum, et usque ad quod tempus, et de quantitate pecunie, que solvenda restat in universali summa, que pro singulis ipsorum operum solvi debuit, ut est dictum, et quantum de pecunia ipsa restante mense quolibet necessarium fuerit pro singulis ipsorum, et usque ad quod tempus opera ipsa totaliter perfici et compleri debent secundum convenciones et pacta habita inter curiam nostram et extallerios ipsorum operum<sup>4)</sup>, vel sicut de beneplacito nostro processit, ut per te de predictis omnibus plenarie informatus in exhibenda pecunia pro operibus ipsis temporibus oportunis, et quod instet assidue<sup>a)</sup>, quod opera ipsa . . . bene fiant et compleantur in sta-

\*) assidue.

1) *Geschah am 17. Dezember. Unten n. 583.*2) *Wie n. 850.*3) *Der oben S. 14 Anm. 1 erwähnte Erlaß vom*

25. Oktober 1277.

4) *n. 576.*

tutis terminis vel antea . . . , procedat, sicut datur ei per nostras litteras in mandatis<sup>1)</sup> . . . Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam per mag. Guilielmum de Farumvilla etc. anno domini 1278, mense marcii, VIII. eiusdem, VI. ind.

II. RA 1268 A n. 1 f. 172<sup>b</sup> bis 173<sup>a</sup>. RA 1276 B n. 26 f. 218<sup>ab</sup>.

Fulconi de Roccafolia militi, familiari et fideli suo. *Mandat gemäß n. I.* Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam . . . 1278, mense marcii, VIII. eiusdem, VI. ind.

### 587.

bei Capua 1278 März 8.

RA 1268 A n. 1 f. 173<sup>a</sup>. RA 1276 B n. 26 f. 218<sup>b</sup> (getilgt mit dem Vermerk: lacerate fuerunt). — Auszug: Minieri, Regno 1278 p. 11.

Iusticiario Terre Bari etc. Quia mittimus mag. Banzelinum fidelem<sup>a)</sup> nostrum provisurum, quod in opere murorum terre Villenove et terre etiam Maule et in opere etiam, quod fit de mandato nostro in castro Bari, bene diligenter et sollicite procedatur, tam de calce quam lapidibus aliis omnibus, ita, quod in operibus ipsis nullus omnino defectus intersit: . . . mandamus, quatinus in opere murorum terre Maule et in opere etiam, quod fit de mandato nostro in predicto castro<sup>b)</sup> Bari, procedi mandes et facias, iuxta quod idem mag. Banzelinus duxerit providendum; ita, quod muri ipsi bene studiose et sine aliquo defectu fiant et compleantur iuxta nostre beneplacitum voluntatis. cui mag. Benzelinus pro tempore, quo in eundo morando et redeundo morari contingerit in requirendis videndis et visitandis predictis operibus nostris, gagia per curiam nostram statuta de quacumque fiscali pecunia, que est vel erit per manus tuas, sibi debeas exhibere ad rationem videlicet de tar. aur. 1 . . . per diem; recepturus de hiis, que propterea dederis, ydoneam apodixam; provisurus attente, quod opera ipsa fiant secundum continenciam et pacta habita inter curiam nostram et illos, qui ea facere tenentur et debent. quem mag. Benzelinum de huiusmodi pactis debeas informare. Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam per mag. G. de Farumvilla etc. anno domini 1278, mense marcii, VIII. eiusdem, VI. ind.

<sup>a)</sup> fidem.      <sup>b)</sup> castri.

### 588.

bei Capua 1278 März 9.

RA 1268 A n. 1 f. 173<sup>a</sup>. RA 1276 B n. 26 f. 219<sup>a</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1278 p. 11.

Iusticiario Terre Bari [1] Cum in opere carpenterie seu lignaminum, quod fit de mandato nostro in palacio et cappella castri Bari et in castro Melfie, iuxta provisionem et ordinacionem mag. Riccardi de Berberia procedi velimus: . . . mandamus, quatinus super expensis faciendis in eodem opere carpentarie in dicto castro Bari aliquem virum sufficientem ydoneum et fidelem de iurisdictione tua debeas ordinare. cui pro expensis eiusdem operis ad requisicionem predicti mag. Riccardi . . . oportunam et necessariam tantum pecuniam debeas exhibere. et mandes eidem, quod in opere ipso iuxta provisionem et ordinacionem ipsius mag. Riccardi procedat, et quod omnes expensas, quas pro opere ipso fecerit, faciat et solvat presente et sciente predicto mag. Riccardo et castellano eiusdem castri Bari, et sine presencia et noticia ipsorum nichil penitus inde solvat. et de expensis ipsis omnibus, sicut fient de die in diem, fiat quaternus unus continens quantitatem pecunie, que pro opere ipso solvetur singulis, nomina recipiendum, et ob quam causam soluta fuerit, et diem et locum solucionis particulariter et distincte. qui quaternus sigilletur sigillis predictorum castellani et illius, quem ad hoc duxeris ordinandum. [2] et quia nolumus in eodem opere carpentarie, quod fit in castro Bari aliquem intervenire defectum: . . . mandamus, ut magistros sex carpenterios, qui in eodem opere iuxta provisionem dicti mag. Riccardi debeant laborare, ordines<sup>a)</sup>, quibus expensas ad rationem de gr. aur. 15 per diem . . . facias exhiberi et recipi ab eis exinde apodixam ydoneam ad cautelam. [3] insuper cum expensas per curiam nostram statutas eidem mag. Riccardo per iusticiarium Basillate pro illo videlicet tempore, quo in eundo morando et redeundo pro predictis operibus moram trahet, exhiberi mandemus, volumus, ut de tempore, quo idem mag. Riccardus in opere carpenterie dicti castri Bari morabitur, predictum iusticiarium Basillate per tuas litteras debeas informare. et tu eidem mag. Riccardo pro expensis suis aliquid non exolvas. nichilominus recipi facias per predictum ordinatum tuum de omnibus, que pro expensis ipsius operis solverit, ydoneam apodixam. Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam anno domini 1278, mense marcii, VIII. eiusdem, VI. ind.

<sup>a)</sup> fehlt Reg.

<sup>1)</sup> n. II.

589.

Siehe n. 1071.

bei Capua 1278 März 10.

590.

Siehe n. 592.

[bei Capua 1278 März 14.]

591.

RA 1278 D n. 32 f. 181<sup>a</sup>; inseriert ebendort f. 236<sup>a</sup> (unten n. 860 I) und ebendort f. 237<sup>b</sup> (unten n. 860 II). — Auszug: Miniери, Regno 1278 p. 14.

bei Capua 1278 März 16.

Leoni Acunçaioco de Ravello etc. . . . precipimus, quatinus de lignaminibus, que dudum per te de partibus Slavonie pro operibus curie nostre deferri mandavimus, que te parata habere dixisti pro singulis operibus nostris, que fiunt in Terra Ydronti et Terra Bari, . . . magistris portulanis et procuratoribus Apulie . . . lignamina singula oportuna pro singulis operibus ipsis, ipsius videlicet longitudinis altitudinis crossiciei et qualitatis, quibus ea esse debere providerit mag. Iohannes de Tullo . . . , assignes vel facias assignari, ut ipsi magistris portulani secundum informationem, que fiet inde eis per eundem mag. Iohannem de Tullo, lignamina ipsa ad singula predicta opera sine mora transmittant, ut in eisdem operibus parata sine defectu quolibet habeantur, sicut datur eis per nostras litteras<sup>1)</sup> in mandatis. . . . Dat. apud turrim die XVI. marcii.

592.

I. RA 1278 D n. 32 f. 181<sup>a</sup>; ebendort f. 180<sup>b</sup> (mit Dat. apud turrim XIII. marcii). Das richtige Datum scheint der 17. März zu sein, da das Dokument n. 591 vom 16. März bereits als vorliegend (iniungimus) erwähnt wird. Auch das entsprechende Schreiben n. II trägt in allen vier Überlieferungen das Datum des 17. März.

bei Capua 1278 März 17.

Mag. Iohanni de Tullo etc. Quia mandavimus per litteras nostras<sup>2)</sup> Leoni Acconzaioco de Ravello . . . , ut deferre faceret de partibus Slavonie lignamina oportuna pro omnibus operibus nostris, qui fiunt in Terra Bari et Terra Ydronti, et ad presens eidem Leoni per litteras nostras iniungimus<sup>3)</sup>, ut huiusmodi lignamina . . . magistris portulanis et procuratoribus Apulie . . . assignet vel faciat assignari . . . : precipimus, quatinus receptis presentibus diligentem provisionem habeas de lignaminibus omnibus, que necessaria sunt pro turri, que dicitur Lucaballu, opere castri Brundusii, opere castri Bari et opere castri Baroli, et cuius qualitatis longitudinis amplitudinis altitudinis et grossiciei lignamina ipsa esse debeant, et exinde ad plenum per litteras tuas predictos magistris portulanos studeas informare, ut secundum informationem tuam lignamina ipsa a predicto Leone Acconzaioco recipiant, et ea per singula opera ipsa sine mora transmittant, ut in operibus ipsis de hiis, que spectant ad opus carpentarie, celeriter et efficaciter iuxta nostrum beneplacitum procedatur et ob defectum lignaminum perfectio ipsorum operum nullatenus differatur. scribimus etiam eisdem<sup>4)</sup>, quod in singulis locis, in quibus opera ipsa fiunt, statuatur ydoneos et sufficientes viros, qui ibidem lignamina ipsa recipiant et conservent et ea convertant et exhibeant in operibus ipsis secundum provisionem et ordinacionem tuam in opere carpentarie, sicut fuerit opportunum. tu autem diligenter consideres et provideas, sicut lignamina ipsa pro operibus ipsis oportuna fuerint, et huiusmodi statuendos per eosdem portulanos super ipsis lignaminibus conservandis requiras de ipsis lignaminibus pro ipsis operibus, sicut expediens fuerit, exhibendis. et si aliquid dubium tibi emerit, celsitudinem nostram consultare debeas, et tibi inde rescribetur nostre beneplacitum voluntatis. processum vero tuum totum, quem in predictis habendum duxeris, celsitudini nostre et magistris racionalibus magne curie per tuas litteras studeas intimare. Dat. apud turrim XVII. marcii.

II. RA 1268 A n. 1 f. 134<sup>a</sup>. RA 1277 F n. 28 f. 73<sup>a</sup>; inseriert ebendort f. 93<sup>a</sup> (unten n. 860 III) und in RA 1278 D n. 32 f. 236<sup>a</sup> (unten n. 860 I).

Magistris portulanis et procuratoribus Apulie et Aprutii etc. Befehl gemäß n. 591 und n. 592 I. Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam anno domini 1278 die XVII. marcii VI. ind.

593.

RA 1276 B n. 26 f. 223<sup>a</sup>.

bei Capua 1278 April 24.

Eidem (iusticiario Terre Bari) etc. . . . precipimus, quatinus . . . precipias . . . expensoribus superstantibus seu extalleriis operum castrorum nostrorum Baroli et Bari . . . , quod sic in operibus ipsis

<sup>1)</sup> n. 592 II.    <sup>2)</sup> n. 573.    <sup>3)</sup> n. 591.    <sup>4)</sup> n. II.

ardenter et efficaciter procedant et procedi faciant, quod palacium sale camere et domus omnes, que de novo in eisdem castris fieri debent, tam de muris quam de lignaminibus coperturis et omnibus aliis oportunis ad tardius per totam presentem estatem sint facte totaliter et complete, ut possimus in eis commode et habiliter hospitari. et statim quod complete fuerint, faciant fieri ignem in eis, ut ex igne ipso ex predicto palacio salis domibus cameris odoratus calcis totaliter auferatur, quia, si contrarium inde fecerint, ad capcionem bonorum eorum et alias contra eos acriter procedemus. processum vero tuum totum, et qualiter in hiis predicti expensores processerint, nobis et magistris racionalibus . . . scribas. Dat. apud turrim die XXIII. aprilis.

**594.***bei Capua 1278 April 26.**RA 1278 D n. 32 f. 208<sup>a</sup>.*

Mag. Bançolino. [1] Quia exposuit nobis mag. Petrus de Baro extallerius murorum terre Mauli et operis castri Bari . . . , quod tu . . . precipis ei . . . , quod fieri faciat canalia seu aqueductus in domo una, quam fieri fecit de novo in predicto castro Bari ad extalium, contra pactum habitum de extalio ipso inter curiam nostram et eum, precipue cum secundum pactum ipsum huiusmodi canalia et aqueductus in domo ipso facere minime teneatur, . . . mandamus, quatinus eundem mag. Petrum de ipsis canalibus et aqueductibus faciendis non debeas molestare, cum quesitis et visis pacto et conventionibus habitis inter curiam nostram et eum de predicto extaleo<sup>1)</sup> que in registris nostre curie continentur, non inveniatur in eis, quod ipse mag. Petrus ipsa canalia et aqueductus facere teneatur. ad maiorem quoque cautelam te inde certificari volumus per iusticiarium Terre Bari, quem per . . . suum in officio precessorem . . . mandavimus informari<sup>2)</sup> . . . [2] volumus preterea . . . , quod in operibus murorum curie nostre, que fiunt per eundem mag. Petrum, poni et immitti facias tantam calcem, quanta ponitur et immittitur in aliis operibus nostris. . . , ut boni et fortes sint . . . . Dat. apud turrim die XXVI. aprilis.

**595.***bei Capua 1278 April 26.**RA 1277 F n. 28 f. 87<sup>a</sup>.*

Magistris portulanis et procuratoribus Apulie et Aprucii. Quia significastis . . . magistris racionalibus . . . , quod informati per mag. Iohannem de Tullo . . . de lignaminibus necessariis pro operibus nostris, que . . . fiunt in Terra Ydronti et Terra Bari — videlicet cuius qualitatis longitudinis amplitudinis altitudinis et grosiciei lignamina ipsa debent esse, que per Leonem Acconzaiocum de Ravello vobis assignari mandavimus<sup>3)</sup>, — idem Leo . . . rescripsit vobis, se paratum assignari facere lignamina, que non sunt secundum provisionem et informationem predicti mag. Iohannis, set prorsus inutilia pro operibus supradictis, que ab eo recipere dubitastis absque nostri culminis consciencia et mandato: vobis super hiis taliter respondemus, quod ecce predicto Leoni . . . precipimus, quod . . . incontinenti . . . lignamina ipsa iuxta provisionem . . . mag. Iohannis . . . vobis pro singulis predictis operibus nostris assignet. . . . Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam, mense aprilis, XXVI. eiusdem, VI. ind.

**596.***bei Capua 1278 April 26.**Siehe n. 764.***597.***bei Capua 1278 April 26.**Siehe n. 1082 I und II.***598.***bei Capua 1278 April 27.**Siehe n. 1083.***599.***[bei Capua 1278 April 28.]**Siehe n. 1082 I.***600.***Rom 1278 Mai 27.**Siehe n. 860 I und II.***601.***Rom 1278 Mai 27.**Siehe n. 860 III.*<sup>1)</sup> n. 576.<sup>2)</sup> n. 586 II.<sup>3)</sup> n. 591.



602.

RA 1268 A n. 1 f. 176<sup>b</sup>. RA 1276 B n. 26 f. 225<sup>b</sup>.

Melfi 1278 Juli 10.

Iusticiario Terre Bari etc. Dudum tibi mandavimus<sup>1)</sup>, ut ad requisicionem mag. Ricardi de Barberia<sup>a)</sup> prothomagistri operis carpentarie lignaminum castri Bari et castri Melfie magistros carpenterios 6 de terris iurisdicionis tue pro opere carpentarie dicti castri Bari exhibere deberes. verum quia in opere ipso procedi volumus efficaciter, ut celeriter compleatur: . . . precipimus, quatinus eidem prothomagistro magistros carpenterios 20 bonos de terris iurisdicionis tue preter alios 6 carpenterios . . . debeas exhibere. quibus mercedem eorum pro tempore, quo laboraverunt in opere carpentarie dicti castri et capelle, . . . facias exhiberi . . . nichilominus, quidquid dictis 20 magistris solverit, pro quo tempore, et ad quam rationem, . . . volumus contineri in quaterno, quem de expensis ipsius carpentarie sigillandum sigillis predictorum prothomagistri et castellani Bari fieri mandavimus, sicut continetur in predictis litteris nostris exinde tibi missis. . . . Dat. Melfie die X. iulii VI. ind.

<sup>a)</sup> Barberi.

603.

Sicte n. 246.

Melfi 1278 Juli 10.

604.

I. RA 1278 D n. 31 f. 22<sup>a</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1278 p. 45.

Lagopesele 1278 Juli 30.

Eidem iusticiario (Terre Bari) etc. Cum providerimus, quod muri palatii, quod fit de mandato nostro in castro Bari, computata altitudine, cuius secundum primam provisionem nostram<sup>2)</sup> esse debebant, in tantum erigantur in altum circumcirca, quod supra muros ipsos fiat terracia, que adequetur cum andito ipsius castri, et ad hoc, quod terracia ipsa cohopta sit, fiat supra ipsam terraciam logia cum pilieris de tufis, que cohoperiatur imbricibus appositis lignaminibus necessariis pro tecto ipsius logie iuxta provisionem et ordinationem mag. Iohannis de Tullo ingenierii familiaris et fidelis nostri, quem ad hoc ad partes ipsas specialiter destinamus: . . . precipimus, quatinus statim receptis presentibus muros predictos ipsius palatii usque ad predictam altitudinem, computata altitudine, cuius esse debebant secundum primam provisionem nostram, fieri facias ad extalium per illos, qui muros ipsius palatii ad extaleum fieri facere convenerunt, ad rationem de tar. 8 et gr. 15 pro qualibet canna quarrata murorum ipsorum, ad quam rationem alios muros ipsius palatii facere debuerunt, et pecuniam, quam pro addito<sup>a)</sup> <sup>3)</sup> faciendo in muris ipsis predicto modo pro predicta terracia facienda ultra altitudinem, cuius esse debuerunt secundum primam provisionem nostram, habere debuerint, ad predictam rationem de tar. 8 et gr. 15 pro qualibet canna quarrata murorum ipsius additi, de pecunia presentis generalis subventionis in tua iurisdicione imposita vel de quacumque fiscali pecunia, que est vel erit per manus tuas, sine defectu quolibet eis debeas exhibere, in tanta videlicet quantitate simul, de quanta tibi vice qualibet sufficientes et ydoneos fideiussores dederint, quod pecuniam ipsam, quam eis sic successive dederis, totaliter in opere ipso convertant et nichil de ea sibi retineant vel propriis negociis suis expendant. et instes<sup>b)</sup> apud eos continue, quod opus ipsum studiose bene et diligenter et celeriter fieri faciant et compleri. predictam vero terraciam faciendam super muros dicti palatii, que, ut dictum est, adequetur cum andito dicti castri, et predictam logiam faciendam supra ipsam terraciam cum pilieris de tufis et copertura imbricum, ut superius dictum est, diligenter et fideliter per magistros fabricatores et alios peritos et expertos in talibus, presente etiam dicto mag. Iohanne de Tullo, facias extimari, preter lignamina pro ipsa terracia et logia oportuna, que habentur in castro ipso Bari, sicut accepimus per eundem mag. Iohannem de Tullo, de lignaminibus, que illuc per officiales nostros de mandato nostri culminis sunt delata. et facta extimacione ipsa, que legalis sit et fidelis, predictam terraciam, que fieri debet supra muros ipsius palatii, que adequetur cum<sup>c)</sup> andito dicti castri, et predictam logiam, que fieri debet supra terraciam ipsam pro cohoptura ipsius, fieri facias et compleri iuxta provisionem et ordinationem dicti mag. Iohannis de Tullo ad credenciam per superastantes et credencios operum dicti castri, si superastantes et credencii ibi sunt, vel, si ibi non sunt, quos ad hoc statuas, sufficientes ydoneos et fideles, cum tibi exinde incumbamus, de pecunia supradicta eis per te propterea exhibenda. et sic instes<sup>d)</sup> continue apud eos, quod huiusmodi terracia et logia studiose et bene fiant et celeriter compleantur. et ut terracia ipsa bene et studiose fiat, secundum quod, quod fit in partibus Terre Laboris, Roberto de Altercia iusticiario Terre Laboris sub certa pena per litteras nostras satis expresse iniungimus<sup>4)</sup>, ut 4 bonos magistros expertos et doctos ad terracias faciendas ad te

<sup>a)</sup> aditu. Mit Sicherheit zu verbessern in addito.<sup>b)</sup> istes.<sup>c)</sup> fehlt Reg.<sup>d)</sup> istes.

1) n. 588.

2) n. 574 § 3 und 4.

3) Gemeint ist die Mehrleistung infolge des erweiterten Auftrages.

4) n. 11.

incontinentibus: nomina et cognomina magistrorum ipsorum, et unde fuerint, et quantitatem pecunie, quam pro expensis eorum in veniendo nomine mutui eis dederit<sup>6)</sup>; quorum cuiilibet agustalem 1 per eundem iusticiarium nomine mutui mandavimus exhiberi, computandum eis in mercede eorum, quam recepturi erunt pro tempore, quo laboraverint in predicta terracia facienda; iniuncturus predictis credenceriis et superstantibus, per quorum manus fient expense pro facienda predicta terracia et logia, quod terraciam ipsam per predictos magistros, qui de partibus Terre Laboris venturi sunt, diligenter bene et studiose fieri faciant et compleri et ipsis expensas pro tempore, quo servicium ipsum fecerint, ad rationem<sup>7)</sup> de gr. aur. 15 pro quolibet ipsorum per diem, computatis eis in mercede ipsa quantitate pecunie, quam cuiilibet eorum predictus iusticiarius Terre Laboris nomine mutui dederit, ut est dictum, debeant exhibere; recepturus de hiis, que pro predictis omnibus dederis, ad tui cautelam ydoneas apodixas. et quantitatem pecunie, ad quam ascenderit additus ditorum murorum ultra illam altitudinem, cuius esse debuerunt secundum primam provisionem nostram, ad predictam rationem de tar. 8 et gr. 15 pro qualibet canna quarrata murorum ipsorum, ad quam quantitatem pecunie ascenderit extimacio dicte logie et terracie, et quid et quantum solveris dictis credenceriis pro dicta logia et terracia facienda, ac totum processum tuum, quem in premissis habueris, nobis et magistris racionalibus etc. distinte per litteras tuas scribas; curaturus attente, quod totum opus ipsum cum copertura et omnibus predictis necessariis per totum mensem septembris primo futuri sine defectu quolibet sit completum totaliter. Dat. apud Lacumpensulem penultimo iulii.

II. RA 1268 A n. 1 f. 88<sup>ab</sup>, RA 1276 B n. 26 f. 146<sup>ab</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1278 p. 45.

Eidem iusticiario (Terre Laboris) etc. Fidelitati tue sub pena 20 unc. aur. . . . precipimus, quatinus. . . mittas de Neapoli Capua et Aversa magistros 8, qui sciant bene facere terracias seu astracos . . . , 4 ipsorum videlicet ad iusticiarium Terre Bari pro faciendo astraco seu terracia in palacio, quod fit de mandato nostro in castro Bari, et 4 alios ad iusticiarium Terre Ydronti pro facienda terracia seu astraco in palacio, quod fit de mandato nostro in castro Brundusii. . . quibus. . . , illis videlicet 4, quos miseris ad iusticiarium Terre Bari, ana augustale 1, et aliis 4, quos miseris ad iusticiarium Terre Ydronti, ana augustale 1½ pro quolibet ipsorum, pro expensis eorum in via nomine mutui debeas exhibere. . . . Dat. apud Lacumpensulem penultimo iulii.

<sup>6)</sup> dederis. <sup>7)</sup> ad rationem fehlt im Reg.

605.

Lagopesele 1278 August 2.

RA 1278 D n. 31 f. 23<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Bari). [1] . . . mandamus, quatinus. . . simul cum mag. Iohanne de Tullo ingeniero familiari et fideli nostro . . . extimetis omnia lignamina assignata per Leonem Acconzaicum de Ravello olim magistrum salis curie in Apulia . . . pro operibus castrorum Bari et Baroli, et extimacione ipsa . . . facta, attenta qualitate numero et mensuris ipsorum lignaminum, . . . qualitatem et quantitatem omnium ipsorum lignaminum et extimacionem valoris ipsorum. . . tu simul cum predicto Iohanne de Tullo in scriptis redactum . . . nobis . . . mittere procureris. [2] preterea, quia eidem Leoni . . . dudum mandavimus<sup>1)</sup> . . . , ut omnia lignamina necessaria tum pro operibus predictorum castrorum Baroli et Bari, quam etiam pro opere castri Brundusii et turris, que dicitur Lucaballus, emeret et usque ad certum terminum ad opera ipsa transmitteret, que in termino ipso non misit, . . . volentes super hoc agere micus cum eodem, . . . penam eidem Leoni remisimus. . . : quocirca volumus . . . , ut eundem Leonem . . . non molestes. . . . Dat. ut supra (apud Lacumpensilem II. augusti VI. ind.).

606.

Lagopesele 1278 August 15.

RA 1268 A n. 1 f. 157<sup>a</sup>; inseriert in RA 1277 F n. 28 f. 208<sup>b</sup> bis 209<sup>a</sup> und RA 1278 B n. 30 f. 73<sup>b</sup> (uten n. 619 II.) — Schulz IV 67 n. 176.

Iudici Bisancio de Vigilii magistro salis curie in Apulia. . . mandamus, quatinus necessariam quantitatem ferri pro fenestris faciendis et aliis operibus de ferro necessariis pro palacio nostro, quod fit in castro Bari, de pecunia curie nostre officii tui. . . emere debeas et opera necessaria pro ipso palacio de ferro ipso fieri facias iuxta provisionem mag. Petri de Angicuria. . . et opera ipsa de ferro in eodem palacio apponi facias, sicut predictus mag. Petrus providerit oportunum; recepturus de hiis, que propterea dederis, ad tui cautelam idoneam apodixam. et quid et quantum pro predictis operibus solveris, nobis et magistris racionalibus magne curie nostre per litteras tuas scribas. Dat. apud Lacumpensilem die XV. augusti VI. ind.

<sup>1)</sup> n. 591.

607.

Lagopsole 1278 August 19.

RA 1276 B n. 26 f. 149<sup>b</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Laboris) etc. Dudum tibi per alias nostras litteras . . . mandavimus<sup>1)</sup>, ut incontinenti de terris Neapolis Capue et Averse mitteres ad subscripta opera nostra subscriptum numerum magistrorum, qui scirent bene facere terracias seu astraca: videlicet ad castrum Melfie magistros 4, ad castrum Bari magistros 4 et ad castrum Brundusii magistros 4. verum, sicut nuper accepimus, magistris ipsis ad opera ipsa mittere minime curavisti, non attendens, quam cordi nostro resideat ipsorum operum celere complementum. propter quod mirantes non modicum et tuam negligentiam admodum arguentes iterato tibi sub pena prioribus nostris contenta et pena etiam unc. aur. 30 . . . precipimus, quatinus, sicut nostram gratiam caram habes et evitare desideras iracundie nostre motus, si magistris ipsis citasti seu citari fecisti, quod ad predicta opera se conferant, et ipsi venire contumaciter neglexerunt, ablata eis pena ipsis per te de mandato nostro imposita, quam ad cameram nostram castri Salvatoris ad mare sine mora transmittas, ipsos magistris omnes capias de personis et captos in bonis ferris sub fida custodia ad opera ipsa instanter transmittere debeas assignandos in operibus ipsis vel quibus iuxta aliud mandatum tibi inde directum se presentare debebant. et si forte ipsos nondum citasti seu citari fecisti, quod non credimus, reservata contra te pena per priores litteras nostras tibi imposita et toto defectu, qui ob absenciam magistrorum ipsorum in operibus ipsis emergerit, magistris ipsis incontinenti cuilibet ipsorum videlicet sub pena unc. aur. 5 . . . precipias, quod statim ad opera ipsa se conferant; et cuilibet ipsorum illam quantitatem pecunie pro expensis itineris exhibeas et de illa pecunia, quam et de qua eis habuisti per predictas nostras litteras exhibere. quibus exponas seu exponi facias, quod ipsos ad opera ipsa venire non facimus, quod intentionis nostre sit eos in operibus ipsis expensis propriis laborare, set ipsis de eorum mercede competenti et iusta procul dubio satisfieri faciemus. quod si forte ad opera ipsa venire neglexerint, ita quod ad tardius de representatione illorum, qui conferre se debent ad predictum castrum Melfie, usque per totum XXVII. presentis mensis augusti, et illorum, qui ituri sunt ad predictum castrum Bari, per totum eundem mensem, et illorum, qui ituri sunt ad predictum castrum Brundusii, usque per totum VI. futuri mensis septembris sequentis VII. ind. tibi non constiterit per litteras responsales eorum, quibus se presentare debent iuxta predicti mandati nostri tenorem tibi inde directi, penam ipsam instanter ab eis exigas et ad predictam cameram nostram mittas et eos nichilominus capias de personis et ad predicta opera in bonis compedibus et sub fida custodia predicto modo transmittas, ita quod in operibus ipsis penitus habeantur. Dat. apud Lacumpensilem die XIX. augusti.

608.

Lagopsole 1278 August 30.

RA 1278 D n. 31f. 79<sup>b</sup>.

Castellano castri Bari. Quia scribimus . . . iusticiario Terre Ydroni . . . ut plintorum 30000 in iurisdictione sua emere debeat et apud Barum . . . pro cohoperiendis operibus, que in castro Bari . . . fiunt, . . . transmittere, per te postmodum assignanda Iohanni de Tullio ingeniero . . . mandamus, quatinus quantitatem ipsorum plintorum . . . recipias et predicto mag. Iohanni . . . assignes; cui etiam mag. Iohanni lignamina vetera de lignaminibus appendiciarium<sup>a)</sup> edificiorum, que diruta vel reparata sunt in eodem castro, debeas similiter assignare . . . ; significaturus nobis et magistris racionalibus . . . quantitatem plintorum, quam receperis, et quantitatem etiam plintorum et lignaminum, quam predicto mag. Iohanni duxeris assignandam. Dat. apud Lacumpensilem penultimo augusti.

<sup>a)</sup> Im Reg. ganz entstellt: appendiciē. Vgl. n. 580.

609.

Lagopsole 1278 September 2.

RA 1277 F n. 28 f. 224<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 158<sup>a</sup>.

Iusticiario Terre Bari etc. Cum pro terracia palatii castri nostri Bari subscripta lignamina et clovi<sup>2)</sup> necessaria reputentur, precipimus, quatinus . . . emas . . . tabulas serraticias de abiete 360, quamlibet longitudinis cannarum 3 et amplitudinis palmi 1  $\frac{1}{4}$  et grossitudinis digitorum 2; et fieri facias clovorum de ferro 3600, quemlibet longitudinis digitorum 4, qui vulgariter dicuntur quaternales, necnon et clovos de ferro 300, quemlibet longitudinis  $\frac{1}{2}$  pedis, ad melius forum, quo pro curia nostra emi fieri poterunt et haberi; super quo diligenciam adhibeas oportunam. et ipsas serraticias et clovos ad predictum castrum Bari deferri facias et mag. Iohanni de Tullio ingeniero . . . pro opere ipsius terracie assignandos; recepturus de precio et delatura ab hiis, quibus soluta fuerint, et de assignacione ipsorum ab eodem Iohanne ad tui cautelam

<sup>1)</sup> Für Bari und Brindisi n. 604 II; für Melfi n. 1095.

<sup>2)</sup> Diese Form hier überall statt clavus.

ydoneas apodixas. de predictis autem serraticiis et clovis eundem mag. Iohannem volumus nostre curie computare. quantitatem vero pecunie, quam propterea solveris, assignacionem ipsorum, quam sibi feceris, nobis et magistris racionalibus magne curie nostre per litteras tuas scribas. Dat. aput Lacumpensilem die II. septembris VII. ind.

610.

Melfi 1278 September 25.

RA 1277 F n. 28 f. 224<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 158<sup>b</sup> bis 159<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Bari) etc. Litteras tuas, quas magistris racionalibus destinasti, vidimus et inspeximus diligenter, per quas significasti, [1] te habuisse a nostra celsitudine per litteras in mandatis, quod de pecunia curie nostre existenti per manus tuas mag. Petro de Baro extallerio operis murorum terre Mauli quantitatem eum contingentem pro addito<sup>1)</sup> faciendo in muris ipsis, quos erigi providimus, ultra altitudinem, cuius primo esse debuerunt, in certa mensura in eisdem litteris nostris distincta ad rationem de tar. 6 pro qualibet canna quarrata ipsorum murorum iuxta convenciones et pacta habita inter curiam nostram et eum<sup>2)</sup> de aliis muris factis per ipsum in circuitu ipsius terre exhibere deberes, in tanta videlicet quantitate simul, de quanta vice qualibet tibi daret sufficientes et ydoneos fideiussores, quod pecuniam totam, quam vice qualibet reciperet, in opere murorum ipsorum converteret nec<sup>3)</sup> propriis negociis suis expenderet et quod de pecunia, quam sic successive reciperet, fieri et compleri faceret illam quantitatem murorum, quam fieri et compleri facere teneretur, ad rationem predictam. [2] per quas etiam litteras tuas scripsisti, tibi fuisse similiter per litteras nostras<sup>3)</sup> iniunctum, quod, cum providerimus, quod muri palatii castri nostri Bari in tantum erigerentur in altum computata altitudine, cuius secundum primam provisionem nostram esse debuerunt, ut supra muros ipsos fiat terracia, que adequetur cum andito<sup>b)</sup> ipsius castri, muros ipsius palatii sic addendos de novo fieri faceres ad extalium per illos, qui primos muros ipsius palatii ad extalium fieri facere convenerunt, ad rationem de tar. 8 et gr. 15 pro qualibet canna carrata murorum ipsorum, ad quam rationem predictos primos muros ipsius palatii facere debuerunt, et pecuniam, quam pro addito huiusmodi murorum ipsorum faciendo habere debuerunt, ad rationem predictam de tar. 8 et gr. 15 pro qualibet canna quarrata murorum ipsius additi, de predicta pecunia similiter exhiberes, in tanta similiter quantitate, de quanta vice qualibet secundum predictam formam et modum sufficientes et ydoneos fideiussores reciperes ab eisdem.

et pro eo, quod extallerii ipsorum operum tibi dare fideiussionem ydoneam nequiverunt, statuisti superstantes in opere murorum dicte terre Mauli pro parte curie Mathiam Bisancii de Ruga et in opere murorum dicti palatii castri Bari Thomasium Caloiohannis de Tamaro de Baro viros utique ad hoc sufficientes et ydoneos, ut scripsisti; quibus superstantibus necnon et predictis extalleriis providisti<sup>c)</sup> exhibere pecuniam necessariam pro predictis operibus in defectu fideiussorum, quos dicti extallerii dare non possunt, in opere murorum ipsorum fideliter et totaliter convertendam, ut in opere ipso bene et continue procedatur, ut muri ipsi iuxta nostrum beneplacitum celeriter compleantur: ad que tibi duximus taliter respondendum, quod, si predicti extallerii predicto modo de pecunia exhibenda eis pro extalio supradicto fideiussores ydoneos tibi, ut scripsisti, dare non possunt, superstantibus ipsis simul cum predictis extalleriis pro expensis ipsorum operum successive, sicut expediens fuerit et in eodem opere laboratur, pecuniam debeas exhibere, ita tamen, quod predicti superstantes sint sufficientes et ydonei et pecunia tota, quam propter hoc dederis, non excedat summam pecunie, que extalleriis ipsis debebitur pro toto opere murorum facto et faciendo in circuitu dicte terre Mauli et palatio supradicto ad predictam rationem, ad quam muros ipsos predicti extallerii facere convenerunt, et quod tota pecunia, quam propter hoc extalleriis et superstantibus ipsis dederis, in opere murorum ipsorum per eos integre et fideliter convertatur et nichil inde eis remaneat aut propriis negociis eorum expendant; ita quod in nullo possit exinde curia nostra dampnicari vel modo quolibet circumscribi, cum de omni defectu et dampno, si quod exinde curie nostre emergerit, non ipsis superstantibus et extalleriis, set tibi potius innitatur et exinde velimus curiam nostram in bonis tuis indempenis penitus conservari. et aput quos quidem superstantes et extalleriis instes continue oportune et, si expedit, importune, quod muri ipsi omnes iuxta convenciones et pacta inter eos et curiam nostram habita bene diligenter et studiose fiant et iuxta nostrum beneplacitum celeriter compleantur. et sicut in opere ipso successive procedi contigerit, celsitudinem nostram et magistris racionales predictos per litteras tuas ad plenum frequenter studeas informare, ut sciamus, si in eisdem operibus iuxta nostrum desiderium procedatur. volumus

<sup>a)</sup> vel. <sup>b)</sup> addito. Zu berichtigen nach n. 604. <sup>c)</sup> providistis.

<sup>1)</sup> Vgl. n. 604. <sup>2)</sup> n. 574 § 1 und 2. <sup>3)</sup> n. 604.

nichilominus et mandamus, quod mensurari facias muros factos in circuitu dicte terre Mauli per longitudinem et altitudinem ipsorum et id nobis et<sup>d)</sup> predictis magistris racionalibus distincte et per seriem per litteras tuas scribas, ut per eas scire possimus, ad quod et quantum processum est in opere murorum ipsorum. Dat. Melfie mense septembris XXV. eiusdem.

<sup>d)</sup> *fehlt Reg.*

611.

*RA 1277 F n. 28 f. 224<sup>ab</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 158<sup>a</sup>.*

*Melfi 1278 September 27.*

Iusticiario Terre Bari etc. Quia significasti per litteras tuas, quod pridem tibi mandatum fuit per litteras nostras<sup>1)</sup> sub certa pena, ut invenires et emereres de quacumque pecunia curie nostre, que esset vel futura esset per manus tuas, et etiam de pecunia presentis generalis subvencionis tabulas serraticias de abiete 360, quamlibet longitudinis cannarum 3 et amplitudinis palmi 1  $\frac{1}{4}$  et crossitudinis digitorum 2, necessarias pro terracia operis castri Bari et ipsas ad predictum castrum Bari deferri faceres mag. Iohanni de Tullo ingenierio. . . pro opere ipsius terracie assignandas, et pro eo, quod huiusmodi tabule serraticie inveniri minime poterunt, quesivisti et invenisti trabes grossas et magnas de abiete bonas et habiles pro faciendis serraticiis ipsis: tibi duximus taliter respondendum, . . . mandantes, quatinus, si huiusmodi tabule serraticie inveniri non possunt, ut scribis, ne acceleratio predicti operis impediri valeat vel differi, emas de predicta pecunia curie nostre trabes de abiete grossas et magnas et ipsas secari facias de eadem pecunia, ut de eis fieri valeant tabule serraticie, que sint eiusdem longitudinis amplitudinis et crossitudinis, sicut esse debebant predicte tabule serraticie. et ipsis secatis mittas eas incontinenti ad predictum castrum Bari, assignandas predicto Iohanni de Tullo, ut superius est expressum; formam et tenorem predicti prioris mandati nostri in omnibus et per omnia servaturus et significaturus per litteras tuas nobis et magistris racionalibus etc. precium, quod solveris pro predictis serraticiis, et quantitatem, quam eidem mag. Iohanni duxeris assignandam, cum ipsum velimus cum nostra curia computare seriatim particulariter et distincte; cautus, quod in hoc moram committas negligentiam vel defectum, sicut nostram gratiam caram habes. Dat. Melfie die XXVII. septembris VII. ind.

612.

*RA 1277 F n. 28 f. 224<sup>a</sup> bis 225<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 159<sup>a</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1278 p. 57.*

*Melfi 1278 Oktober 1.*

Iusticiario Terre Bari etc. Cum velimus, quod in opere terracie palatii, quod fit de novo in castro nostro Bari, bene et studiose cum omni diligencia sollicitudine et festinancia procedatur, . . . mandamus . . . quatinus. . . ad requisicionem mag. Petri de Angicurt et mag. Iohannis de Tullo ingenierii. . . vel alterius eorundem, qui presens mandatum nostrum tibi assignaverit, manipulos calcem lapides arenam et quelibet alia necessaria pro opere ipsius terracie oportuna. . . ministrare procures et, si ipsi vel alter ipsorum providerint, quod necessarii fuerint pro opere ipsius terracie ultra magistros ad presens in eadem terracia laborantes, alii magistri 4 scientes facere terraciam, qui laborant in opere castri nostri Brundusii, et alii 4, qui laborant in opere castri Melfie, et ipsos magistros omnes ad opus ipsum venire ordinaverint et providerint, ipsis magistris mercedem eorum iuxta statutum curie, ad rationem videlicet de gr. aur. 15. . . pro quolibet ipsorum per diem, pro diebus tantum laboratoriiis, quibus in opere ipso continue laboraverint. . . largiaris. in solvendis vero manipulis et hominibus cum asinis portantibus lapides calcem et alia necessaria subscripta formam debeas observare, sicut in aliis nostris operibus observatur: videlicet cuilibet manipulo solves gr. aur. 7, cuilibet homini habenti unum asinum gr. aur. 8 et cuilibet ducenti duos asinos gr. aur. 15 per diem, pro diebus similiter laboratoriiis, quibus singuli eorum in opere ipso continue laborabunt. et quia de fide et legalitate Litardi<sup>2)</sup>) de Summovera confisi ipsum superstantem ipsius operis usque ad nostrum beneplacitum duximus statuendum, dato sibi per nostram excellentiam expressius in mandatis, quod in opere ipso continue supersistat et oculata fide videat et inspiciat diligenter, si in eo iuxta convenciones et pacta habita inter curiam nostram et extallerios ipsius operis et iuxta provisionem et ordinationem nostre celsitudinis inde factam, de qua te bene credimus informatum, et quam te ei in scriptis sub sigillo tuo volumus assignare, continue iuxta nostrum beneplacitum laboratur, et opus ipsum acceleret, quantum potest, instando ferventer tam apud extallerios seu credencios magistros manipulos et operarios alios ipsius operis, quibus expresse auctoritate presencium ex parte nostra iniungas, ut ei super hoc pareant et intendant tam-

<sup>1)</sup> Berardi.

<sup>2)</sup> n. 609.

<sup>2)</sup> In n. 621 heißt er Littaldus; in n. 631 Litardus; in n. 635 Lyatardus.

quam superastanti ipsius operis per nostram excellenciam ordinato ac ad requisicionem ipsius in opere ipso procedant et procedi faciant, servata in omnibus et per omnia forma predictae provisionis et ordinacionis nostre dudum inde facte et convencionis et pacti habiti inde inter curiam nostram et extallerios ipsos: . . . mandamus, quatinus eidem Litardo<sup>b)</sup> gagia sua, ad rationem videlicet de tar. aur. 1 . . . per diem, si continue secum habuerit equum unum, quem si non habuerit, ad rationem de gr. aur. 15 . . . per diem, pro illis diebus videlicet, quibus continue de mandato nostro in servicio ipso erit . . . largiaris et exinde ydoneam recipias apodixam. que gr. 15 per diem ei exhiberi volumus, si equum non habuerit, sicut recipiunt alii magistri tam in ipso quam in aliis nostris operibus laborantes. Dat. Melfie die primo octubris.

<sup>b)</sup> Berardo.

613.

Barletta 1278 Oktober 28.

RA 1278/79 H n. 33 f. 164<sup>ab</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Bari) etc. Noverit fidelitas tua, quod magistri racionales magne curie nostre XXVII. presentis mensis octobris huius VII. ind. apud Barolum receperunt quaternum unum, quem eis misisti, sigillatum sigillo tuo et sigillo mag. Iohannis de Tullo ingeniarii. . . , per quem quaternum significasti, quod auctoritate mandati nostri tibi de fideliter extimandis una cum eodem mag. Iohanne et aliis expertis in talibus lignaminibus emptis et assignatis per Leonem Acconciocum de Ravello olim magistrum salis Apulie pro operibus castrorum Bari et Baroli et de extimatione ipsa magistris racionalibus etc. intima simul cum eodem mag. Iohanne adhibitis vobis magistris carpenterii et quibusdam aliis fidelibus nostris expertis in talibus, quorum nomina et cognomina quaternus ipse distinguit, visis et diligenter attentis lignaminibus ipsis assignatis dudum per eundem Leonem pro operibus ipsorum castrorum Bari et Baroli, qualitatibus mensuris longitudinis crossitudinis et amplitudinis ipsorum, extimasti lignamina ipsa iusto et comuni precio esse valoris subscripti, sicut particulariter inferius continetur: videlicet [1] lignamina, que invenisti assignata per eundem Leonem pro opere castri Bari, extimata fuisse modo subscripto: videlicet [1] trabes crossas de abiete pro sarcinalibus, quamlibet longitudinis cannarum 6 et palmorum 2 amplitudinis palmorum 2  $\frac{1}{2}$  et crossitudinis palmi 1  $\frac{1}{2}$ , 27, extimatas valere, ad rationem de unc. aur. 3 et tar. 15 pro qualibet: unc. aur. 94 et tar. 15. [2] item trabes de abiete pro faciendis puntillis, quamlibet longitudinis cannarum 2  $\frac{1}{2}$  amplitudinis palmi 1 et crossitudinis palmi 1 de canna, 27, extimatas valere, ad rationem de tar. aur. 2 pro quolibet: unc. aur. 1 et tarenos 24. [3] item trabes de abiete pro faciendis forficibus quamlibet longitudinis cannarum 4 et palmorum 2 amplitudinis palmi 1  $\frac{1}{4}$  et crossitudinis palmi 1, 54, extimatas valere, ad rationem de tar. 8 pro qualibet: unc. 14 et tar. 12. [4] item trabes de abiete pro faciendis currentibus, quamlibet longitudinis cannarum 4 et palmorum 2 amplitudinis palmi 1  $\frac{1}{4}$  et crossitudinis palmi 1, 216, extimatas valere, ad rationem de tar. aur. 8 pro qualibet: unc. 57 tar. 18. [5] item trabes de abiete pro faciendis clavibus, quamlibet longitudinis cannarum 2 amplitudinis  $\frac{1}{2}$  pedis manualis et crossitudinis  $\frac{1}{2}$  pedis manualis, 108, extimatas valere, ad rationem de tar. aur. 1 et gr. 10 pro qualibet: unc. 5 et tar. 12. [6] item trabes de abiete pro faciendis festis, quamlibet longitudinis cannarum 3 et palmorum 2 amplitudinis palmi 1 manualis, 45, extimatas valere ad rationem de tar. aur. 3 pro qualibet: unc. aur. 4 et tar. 15. [7] item trabes de frassino et ulmo pro faciendis catulis et placcis, quamlibet longitudinis cannarum 3  $\frac{1}{2}$  amplitudinis palmi 1 manualis et crossitudinis  $\frac{1}{2}$  pedis manualis, 64, extimatas valere, ad rationem de tar. aur. 5 et gr. 10 pro qualibet: unc. aur. 11 et tar. 22. [8] item tabulas de abiete de simia, pro faciendo celo palatii, 1730, extimatas valere, ad rationem de tar. aur. 25 pro quolibet centenario: unc. aur. 14 tar. 12 et gr. 10. [9] item tabulas de frassino et saligone pro faciendis portis et fenestris 60, extimatas valere, ad rationem de tar. aur. 1 pro qualibet: unc. aur. 2. [10] item trabes sarcinales de abiete pro faciendis sarcinalibus, quamlibet longitudinis cannarum 4 et palmorum 2 amplitudinis palmorum 2 et crossitudinis palmi 1  $\frac{1}{4}$ , 4, extimatas valere, ad rationem de tar. aur. 15 pro qualibet: unc. aur. 2. [11] item trabes de abiete pro faciendis traginis supra sarcinalibus, quamlibet longitudinis cannarum 4 et palmorum 2 amplitudinis palmi 1 de canna et crossitudinis palmi 1 manualis, 4, extimatas valere, ad rationem de tar. aur. 8 pro qualibet: unc. aur. 1 et tar. 2. [12] item trabes de abiete pro tabulamento, quamlibet longitudinis cannarum 4 et palmorum 2 amplitudinis palmi 1 de canna et crossitudinis palmi 1 manualis, 23, extimatas valere, ad rationem de tar. aur. 8 pro qualibet: unc. aur. 6 et tar. 4. [13] item tabulas serraticias de abiete pro faciendo tabulamento, quamlibet longitudinis cannarum 4 et palmorum 2 de canna amplitudinis palmi 1 et crossitudinis digitorum 2, 60, extimatas valere, ad rationem de tar. 2 pro qualibet: unc. aur. 4. [14] item trabes de abiete pro faciendis cathenis pro coperimento, quamlibet longitudinis cannarum 4 et palmorum 2

de canna amplitudinis palmi  $1\frac{1}{4}$  et crossitudinis palmi 1 de canna, 3, extimatas valere, ad rationem de tar. aur. 8 pro qualibet: tar. aur. 24. [15] item trabes de abiete pro faciendis puntillis in eisdem catenis, quamlibet longitudinis palmorum 22 de canna crossitudinis et amplitudinis palmi 1, 3, extimatas valere, ad rationem de tar. aur. 7 et gr. 10 pro qualibet: tar. 22 $\frac{1}{2}$ . [16] item trabes de abiete pro faciendis currentibus, quamlibet longitudinis palmorum 28 amplitudinis palmi 1 de canna et crossitudinis  $\frac{1}{2}$  pedis manualis, 50, extimatas valere, ad rationem de tar. aur. 3 pro qualibet: unc. aur. 5. [17] item trabes de abiete pro faciendis clavibus in eisdem currentibus, quamlibet longitudinis cannarum 3 crossitudinis  $\frac{1}{2}$  pedis manualis et amplitudinis palmi 1 manualis, 13, extimatas valere, ad rationem de tar. aur. 1 et gr. 10 pro qualibet: tar. aur. 19 et gr. 10. [18] item trabes de abiete pro faciendis corbis et gammettis in capreis coperture dicte capelle, quamlibet longitudinis cannarum 3 $\frac{1}{2}$  amplitudinis palmi 1 de canna et crossitudinis palmi 1 manualis, 34, extimatas valere, ad rationem de tar. aur. 2 et gr. 2 pro qualibet: unc. aur. 2 tar. 11<sup>4)</sup> et gr. 8. [19] item palaganas de Veneciis pro faciendo celo in eadem capella, 500, extimatas valere, ad rationem de tar. aur. 20 pro quolibet centenario: unc. aur. 3 tar. 10. [20] item peleganas alias de Sclavonia pro faciendis iactis sive profilibus in eadem capella, 300, extimatas valere, ad rationem de tar. aur. 12 pro quolibet centenario: unc. aur. 1 et tar. 6. summa tocius predictae pecunie, ad quam predicta extimacio dictorum lignaminum ascendit, est<sup>5)</sup>: unc. 233 tar. 19 gr. 18<sup>1)</sup>. [II.] item lignamina, que invenisti assignata in eodem castro Bari per eundem Leonem pro respectu future forte necessitatis, ne defectus interveniret in eisdem operibus, extimata fuisse modo subscripto: videlicet [1] trabes de abiete, quamlibet longitudinis cannarum 3 amplitudinis palmi 1 manualis et grossitudinis  $\frac{1}{2}$  pedis manualis, 76, extimatas valere ad rationem de tar. aur. 1 et gr. 10 pro qualibet: unc. aur. 3 tar. 24. [2] item tabulas de abiete serraticias, quamlibet longitudinis cannarum 3 amplitudinis palmi  $1\frac{1}{4}$  de canna et crossitudinis digitorum 2, 100, extimatas valere ad rationem de tar. aur. 1 et gr. 10 pro qualibet: unc. aur. 5. summa extimationis predictorum lignaminum immissorum pro respectu future forte necessitatis: unc. aur. 8 tar. 24. [III] item lignamina, que invenisti assignata in castro nostro Baroli pro opere ipsius castri per eundem Leonem, extimata fuisse modo subscripto: videlicet [1] trabes de abiete pro faciendis sarcinalibus in capella dicti castri, quelibet longitudinis cannarum 3 $\frac{1}{2}$  amplitudinis 2 palmorum manualium et crossitudinis palmi  $1\frac{1}{2}$  de canna, 2, extimatas valere ad rationem de tar. aur. 15 pro qualibet: unc. aur. 1. [2] item trabes de abiete pro faciendis catenis in capella ipsa, quamlibet longitudinis cannarum 4 $\frac{1}{2}$  crossitudinis palmi  $1\frac{1}{4}$  de canna et amplitudinis totidem, 8, extimatas valere ad rationem de tar. 12 pro qualibet: unc. aur. 3 et tar. 6. [3] item trabes de fraxino, quamlibet longitudinis cannarum 3 $\frac{1}{2}$  crossitudinis palmi 1 de canna et amplitudinis  $\frac{1}{2}$  pedis, 10, extimatas valere ad rationem de tar. 5 et gr. 10 pro qualibet: unc. aur. 1 et tar. 25. [4] item trabes de abiete, quamlibet longitudinis cannarum 2 et palmorum 6 de canna crossitudinis  $\frac{1}{2}$  pedis et amplitudinis palmi 1 manualis, 150, extimatas valere ad rationem de tar. 1 et gr. 10 pro qualibet: unc. 7 et tar. 15. [5] item trabes de abiete, quamlibet longitudinis cannarum 3 crossitudinis palmi 1 manualis et amplitudinis  $\frac{1}{2}$  pedis, 90, extimatas valere ad rationem de tar. 2 pro qualibet: unc. aur. 6. [6] item subscripta lignamina, que invenisti assignata fore per eundem Leonem Acconzaiocum predicto mag. Iohanni de Tullo pro opere dicti castri Baroli, extimata fuisse modo subscripto: videlicet [a] tabulas de abiete serraticias, quamlibet longitudinis cannarum 3 $\frac{1}{2}$  amplitudinis palmi  $1\frac{1}{4}$  de canna et crossitudinis digitorum 2, 40, extimatas valere ad rationem de tar. 3 pro qualibet: unc. aur. 4. [b] item tabulas de salcone 30, extimatas valere ad rationem de tar. aur. 1 pro qualibet: unc. aur. 1. [c] item palaganas de Venetiis 500, extimatas valere ad rationem de tar. 18 pro quolibet centenario: unc. aur. 3. [d] et palaganas de Scavonia 400, extimatas valere ad rationem de tar. 12 pro quolibet centenario: unc. aur. 1 et tar. 18. summa extimationis predictorum lignaminum immissorum pro opere dicti castri Baroli: unc. 29 et tar. 4<sup>2)</sup>.

que tota predicta pecunia, ad quam estimatio predictorum lignaminum secundum continentiam dicti quaterni ascendit, est: in summa unc. 271 tar. 17 et gr. 18.

de cuius quaterni receptione et significatione estimationis predictae presentes tibi remittuntur nostre magestatis littere responsales; questione<sup>c)</sup> tamen servata, si estimatio ipsa legalis sit et fidelis, ita quod in eadem estimatione non sit in aliquo nostra curia circumventa; et nostre etiam curie reservato, quod, si

<sup>a)</sup> Im Reg.: 13. Die Berechnung ergibt aber nur 11; auch die Schlußsumme erfordert diese Berichtigung. <sup>b)</sup> ascendit, est fehlt im Reg. Ergänzt nach Analogie des entsprechenden Passus unten in demselben Dokumente. <sup>c)</sup> estimatione.

<sup>1)</sup> Diese Summe stimmt genau unter Voraussetzung der Berichtigung im § 18. <sup>2)</sup> Diese Berechnung stimmt nicht. Die Summe ergibt 30 unc. 28 tar. Es liegt aber kein Schreibfehler vor, da diese falsche Summe in der Gesamtsumme am Schlusse vorausgesetzt wird. Vielleicht fehlt ein Posten in der Abschätzung.

legalis non fuerit et fideliter facta non fuerit, totum superfluum, in quo estimatio ipsa ascenderit ultra illam quantitatem pecunie, pro qua lignamina ipsa secundum ipsam puram veritatem iusto et comuni pretio emi possent, tam tu quam alii, qui estimationem ipsam fecerunt, de vestro proprio solvere teneamini et curia nostra in bonis vestris inde servetur indepnis iuxta novam ordinationem in hiis per curiam nostram factam<sup>1)</sup>.  
Dat. Baroli XXVIII. octubris VII. ind.

614.

Siehe n. 615.

[Trani 1278 November 7.]

615.

RA 1277 F n. 28 f. 226<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 165<sup>a</sup> (mit dat. Trani VII. novembris<sup>2)</sup>). — Auszug: Schulz IV 71 n. 187. Minieri, Regno 1278 p. 60.

Trani 1278 November 28.

Eidem iusticiario (Terre Bari). [1] Cum fieri velimus ciminedas duas in palacio castri nostri Trani secundum provisionem mag. Iohannis de Tullio ingenierii familiaris et fidelis nostri, . . . precipimus, quatinus ciminedas ipsas . . . fieri facias . . . emi faciens . . . lignamina centras tufos et alia necessaria . . . et soluturus mercedem magistris, qui ciminedas ipsas fecerint, ac manipulis oportunis . . . — ad rationem videlicet de gr. aur. 12 pro quolibet magistro muratore et lignaminum, et gr. aur. 5 pro quolibet manipulo per diem . . . [2] volumus insuper et mandamus, ut supra palacium castri nostri Bari, ubi tabulamentum completum est, fieri facias terraciam per Iaconum Leonem de Botonto, et fieri ac construi facias cameram unam coniunctam eidem palacio — cuius muri sint<sup>a)</sup> eiusdem grossitudinis forme et mesure, cuius<sup>b)</sup> sunt muri eiusdem palacii; in qua camera fieri facias fenestram unam ex parte curtis ipsius castri, cum columpnella una in medio ipsius fenestre, que sit illius altitudinis et mesure, cuius sunt alie fenestre eiusdem palacii, — per extallerios, qui palacium ipsum fecerunt, ad illam rationem, ad quam fecerunt muros ipsius palacii, vel ad minorem, si inde poterit utilitas nostre curie procurari. [3] facias etiam compleri et cohereri cappellam ipsius castri, sicut incepta est et nosti, beneplaciti nostri esse . . . [4] magistris vero et manipulis ac predicto Iacono Leoni, qui in predicta terracia laborabunt, exhibeas mercedem — ad rationem de gr. aur. 12 pro predicto Iacono Leone vel quolibet predictorum magistrorum, et de gr. 5 pro quolibet manipulo per diem . . . —. Dat. Trani, mense novembris, XXVIII. eiusdem.

<sup>a)</sup> sunt.<sup>b)</sup> quibus; berichtet nach n. 618 § 2.

616.

RA 1277 F n. 28 f. 225<sup>ab</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 165<sup>b</sup> bis 166<sup>a</sup>.

Trani 1278 Dezember 3.

Iusticiario Terre Bari etc. Scire te volumus, quod mag. Petrus Rapuya<sup>3)</sup> de Baro convenit in curia nostra fieri facere in circuito terre Mauli muros secundum subscriptum modum et formam et ad rationem subscriptam: videlicet [1] quod murus ipsius debuit esse circumcirca cannarum 250 in longitudine et in altitudine cannarum 2 usque ad anditum usw. wie n. 574 § 2: [2] item post ordinationem et conventionem habitam inter nostram curiam et eundem mag. Petrum providimus, quod murus ipsius terre, qui fieri debuit supra terram cannarum 2 usque ad anditum, ut est dictum, fiat de cannis 3 usque ad predictum anditum et ab ipso anditu pro parapecto, qui erit altitudinis palmorum 5, et mergulis, qui erunt altitudinis palmorum 3, canna 1; et sic erit murus ipse altitudinis supra terram computato parapecto et mergulis cannarum 4. [3] convenit etiam cum curia nostra idem mag. Petrus fieri facere in castro Bari opera infrascripta ad subscriptam rationem et secundum subscriptam formam et modum: videlicet quod murus parietis construende in intrinseca parte usw. wie n. 574 § 3. [4] item parietis duo construendi in capite dicte sale usw. wie n. 574 § 4. [5] item fenestre quatuor ad colupnas de petra usw. wie n. 574 § 6. [6] item fenestra una sine colupna

<sup>1)</sup> Erlaß vom 7. April 1278. Trifone p. 62 n. 48. <sup>2)</sup> An eine zweimalige Ausfertigung desselben Schreibens mit verschiedenem Datum ist nicht zu denken. Überdies stimmt der Ort Trani für den 7. November 1278 nicht mit dem Itinerar des Königs überein. Der König reiste damals zur See längs der adriatischen Küste Apuliens; daher die zahlreichen Unregelmäßigkeiten in den Datierungen, die wir bei den zwischen dem 28. Oktober und 10. November 1278 ausgefertigten Mandaten in den Registern finden (vgl. Durrieu II 182 f.). Die Register waren offenbar nicht stets zur Hand, so daß die Eintragung und Expedition der Stücke nicht selten erst tagelang nach ihrem Erlaß geschehen sein mag. In Trani ist der König vom 14.—15. November und vom 20. November bis zum 3. Dezember nachweisbar. Da es sich im vorliegenden Falle um die Kastelle von Trani und Bari handelt, welche der König bei seiner Reise besucht haben mag, so wird der 28. November als richtiges Datum anzusetzen sein, um so mehr, als hier auch die Tagesangabe mit dem Itinerar stimmt. Vgl. auch n. 618 § 1, wo ausdrücklich gesagt ist, daß der König auf der Rückreise von Brindisi in Trani geweilt hat. <sup>3)</sup> Identisch mit Petrus Rapocius.



usw. wie n. 574 § 7. [7] item ciminede tres usw. wie n. 574 § 5. [8] item porte pro ingressu dictarum sale et camerarum et ecclesie quatuor usw. wie n. 574 § 8. [9] item pro qualibet canna parietis ecclesie usw. wie n. 574 § 9. [10] item porta una usw. wie n. 574 § 10.

verum quia beneplaciti nostri est, quod in ipsis operibus Mauli et castri Bari bene et continue procedatur, ut in statutis terminis vel ante, si fieri poterit, compleantur. . . , precipimus, quatinus certificatus per litteras Simonis de Bellovidere tui in officio precessoris, per quem predicto mag. Petro pecuniam pro predictis operibus mandavimus exhiberi, de tota quantitate pecunie exhibita per eum eidem mag. Petro pro operibus ipsis, computata etiam quantitate pecunie exhibita predictis<sup>a)</sup> extalleriis pro utrisque predictis operibus ad mandata nostra exinde tibi facta, et certificatus de quantitate murorum et operum omnium, quos et que in dicta terra Mauli et in castro Bari fieri fecit, quos et que te presente per magistros expertos in talibus inspici et facias mensurari, ita quod curia nostra in aliquo exinde circumveniri non possit, si videris et inveneris per mensuram huiusmodi faciendam, quod ipse fieri et compleri fecerit tantam quantitatem operum, quantum facere debuit pro tota pecunia recepta per eum tam a predicto Simone quam a te ad rationes predictas computato valore apparatus, si quis habetur in operibus ipsis pro predicto extalio percomplendo, reliquam quantitatem pecunie sibi debitam usque ad summam sibi conventam modo predicto pro totali complemento ipsorum extaliorum ad presens et, sicut successive pro expensis ipsorum operum fuerit oportunitas, ita quod in operibus ipsis continue procedatur et nullus in eis defectus emergat, recepta ab eo vice qualibet sufficienti et ydonea fideiussoria cautione de tanta quantitate pecunie, quantum sibi dederis, quod totam pecuniam ipsam in operibus ipsis convertat et nichil penitus de ea sibi retineat vel propriis negociis suis expendat, de pecunia curie nostre, que est vel erit per manus tuas, et etiam de pecunia presentis generalis subventionis sine defectu quolibet debeas exhibere; et instes apud eum continue oportune et, si expedit, oportune, quod in opere ipso sic sollicito bene et diligenter procedat et procedi faciat, quod omnes muri et omnia opera supradicta, quos et que facere convenit et debuit, studiose diligenter et bene secundum convenciones et pacta in statutis terminis vel ante, si fieri poterit, iuxta nostrum beneplacitum compleantur, cum tibi de predictis omnibus totaliter incumbamus. et successive, sicut in eisdem operibus procedetur, nos et magistros racionales etc. per litteras tuas particulariter et distincte studeas informare. et si forte pridem, cum fuimus in partibus ipsis, de mandato nostro de ipsis operibus fuit de novo aliquid provisum et ordinatum, ordinationem et provisionem huiusmodi facias adimpleri. Dat. Trani die III. decembris.

<sup>a)</sup> *statt predictis im Reg.:* pro eo.

617.

Siehe n. 283 II.

Neapel 1279 Januar 18.

618.

RA 1278/79 H n. 33 f. 168<sup>b</sup> bis 169<sup>a</sup>.

Neapel 1279 Februar 2.

Eidem (iusticiario Terre Bari) etc. Literas, quas nuper nostro culmini destinasti, recepimus. [1] et ipsarum continencia intellecta, quia significavisti per eas, quod de 30000 imbricum mittendorum de mandato nostro per iusticiarium Terre Ydronti apud Barum pro facienda loggia supra terraciam, quam fieri mandavimus<sup>1)</sup> in palacio castri Bari, non nisi 8000 imbricum per eundem iusticiarium missa sunt, propter quod ad totalem complementum ipsius terracie procedi non poterat: tibi duximus taliter<sup>a)</sup> respondendum, quod de tali significatione te admodum arguentes et merito pro eo precipue, quod, cum pridem fuimus apud Tranum in reditu nostro a Brindisio, presenti fratre Iacobo de Taxi venerabili priori sacre domus hospitalis s. Iohannis Ierosolimitani in Barolo et etiam te presente et presente etiam Iacobo Leone de Botonto, qui fecit terraciam domus eiusdem hospitalis in Barolo, provisum et ordinatum extitit<sup>2)</sup>, quod in predicto palacio castri Bari fieret terracia, et non erat necessarium, quod fieret super eadem terracia cohoptura imbricum, sicut facta non erat in predicta terracia domus hospitalis predicte, . . . precipimus, ut predictam terraciam sine aliqua cohoptura imbricum sine mora qualibet fieri et compleri facias per predictum Iacobum Leonem de Botonto secundum<sup>b)</sup> provisionem dicti prioris, cui, ut ad castrum ipsum se propterea conferat, ecce nostras literas destinamus. et omnes predictos imbrices, quos in castro ipso esse scripsisti, facias usque ad nostrum beneplacitum cum diligencia conservare. [2] preterea quia ipse tue litere continebant, tibi fuisse per litteras nostras<sup>3)</sup> iniunctum, quod fieri faceres<sup>c)</sup> in capite palatii ipsius cameram unam contiguam muro eiusdem

<sup>a)</sup> totaliter.      <sup>b)</sup> mandantes.      <sup>c)</sup> faceris.

<sup>1)</sup> n. 608.      <sup>2)</sup> n. 615 § 2.      <sup>3)</sup> n. 615 § 2.

palacii, cuius camere muri sint illius grossitudinis et forme, cuius sunt alii muri ipsius palacii, et quod, si camera ipsa fiat, non haberetur introitus in eodem palacio, pro eo quod porta, que facta est in pariete ipsius palacii pro frontili ipsius, postquam dicta camera facta esset, remanebit pro introitu dicte camere, nulla porta pro introitu ipsius palacii remanente, propter quod super hoc nostrum beneplacitum implorasti: ad quod tibi taliter respondemus, quod volumus et mandamus tibi expresse, quod predictam cameram fieri et compleri facias iuxta priorum nostrarum continenciam literarum tibi proinde directarum<sup>a)</sup>; mandantes et volentes, quod predicta porta, que facta est in pariete dicti palacii pro introitu eiusdem palacii, sit pro introitu ipsius camere, que fieri debet, et pro introitu ipsius palacii fiat alia porta in muro novo ipsius palacii in angulo, ita quod sit quasi prope predictam portam, que primo facta fuit pro introitu dicti palacii et esse debet pro introitu dicte camere, ut superius est expressum. [3] et si presentim<sup>e)</sup> imbrices necessarii essent pro cohoperiendis apendiciis, quas in castro ipso fieri iunsimus, ipsos in hoc converti facias, sicut fuerit oportunitum. [4] super eo vero, quod scripsisti, quod homines terrarum demanii nostri, qui ad terras ecclesiarum comitum et baronum iurisdictionis tue eorum transtulerant incolatum, quos per te revocari et ad habitacionem terre Maui destinare mandavimus, de ipsis terris iurisdictionis tue aufugerant et per alios iusticiariatus eorum incolatum transtulerant: tibi taliter respondentes expresse mandamus, quod statim et sine mora qualibet diligenter sollicite et studiose inquirere debeas per omnes illos, per quos possit inde melius et cercius veritas indagari, de omnibus illis, qui sic recesserunt, et de terris, ad quas aufugerunt, et in quibus morantur, ita quod in inquisitione ipsa facienda illa cautela et diligencia, quantumcumque plus fieri poterit, apponatur, quod exinde nihil te latere possit. et omnes illos, quos inveneris sic recessisse, cum nominibus et cognominibus eorum et nominibus etiam terrarum, in quibus morantur, iusticiariis illarum provinciarum, in quibus fuerint, per literas tuas scribas; et eos auctoritate presencium requirere debeas cum inserta forma presentis<sup>f)</sup> mandati nostri, quod ipsos omnes capiant de personis et in vinculis et sub bona et fida<sup>g)</sup> custodia ad predictam terram Maui mittere debeant cum eorum rebus et familiis, ut terram ipsam inhabitent et ibi domus construant iuxta provisionem nostram dudum inde habitam, et eos omnes instanter ipsi tibi in dicta terra assignare faciant, assignandos per te ibidem Iohanni de Ogento ad hoc per nostram excellenciam deputato, cui. . . precipimus, quod statim ad terram ipsam se conferat, si ibi presens non fuerit, quod bono modo non credimus, et in ipsis recipiendis et locandis<sup>h)</sup> ibidem procedat, iuxta quod habet per alias nostras literas in mandatis. tu vero processum tuum totum, quem in his habendum duxeris, et processum etiam iusticiariorum ipsorum et etiam quorum iusticiariorum, cum inquisitione<sup>i)</sup>, quam inde feceris, et sicut successive iidem iusticiarii in mittendo et predictus Iohannes in ipsis recipiendis et locandis ibidem proceserint, nobis et magistris racionalibus magne curie nostre distinte et per seriem per literas tuas scribas. Dat. Neapoli II. februarii.

a) directam.

e) so Reg.

f) presenti.

g) fide.

h) locati.

i) inquisitionem.

## 619.

bei Capua 1279 März 8.

I. RA 1277 F n. 28 f. 228<sup>b</sup>.

Iudici Bisancio de Vigiliis etc. Quia presens in curia nostra exposuisti nobis, quod, cum tibi pridem dederimus per litteras nostras<sup>1)</sup> in mandatis, quod necessariam quantitatem ferri pro fenestris faciendis et aliis operibus de ferro necessariis pro palacio nostro castri Bari emeris et opera necessaria de ferro pro ipso palacio fieri ac in eodem palacio apponi faceres iuxta provisionem mag. Petri de Angicuria familiaris et fidelis nostri et sicut ipse oportunitum et necessarium provideret, tu auctoritate ipsius mandati emisti et laborari fecisti de ferro miliaria quatuor et ad predictum castrum Bari deferri, non tamen ferrum ipsum in operibus predicti palacii apponi fecisse te asseris et ad totalem perfectionem predicti mandati nostri non posse procedere ob revocationem tuam ab ipso officio salis, quod pridem per curiam nostram gerebas, et super hoc<sup>a)</sup> nostram recelsitudinem consultasti, nolentes in operibus ipsius palacii propterea defectum aliquem interesse, precipimus, quatinus predictam quantitatem ferri laborati assignes vel assignari facias Angelo Sagnelle magistro portulano et procuratori Apulie et transumptum ecciam ipsius mandati nostri tibi proinde destinati sub sigillo tuo cum toto processu tuo habito in executione ipsius, quia eidem Angelo, quod predicta omnia a te recipiat et mandatum nostrum predictum in hiis, in quibus illud executum non es, iuxta provisionem dicti mag. Petri de pecunia curie nostre officii sui exequi debeat et complere, speciales nostre littere<sup>2)</sup> diriguntur: questione tamen contra te tue rationis tempore reservata, quod, si iusta et pro-

a) fehlt Reg.

1) n. 606.

2) n. II.

babili causa dicere non poteris, quod mandatum ipsum tui officii tempore totaliter exequi nequivisses, contra te secundum formam, que iuxta ritum racionii servatur in talibus, procedetur. Dat. apud turrim die VIII. marcii.

II. RA 1277 F n. 28 f. 208<sup>b</sup> bis 209<sup>a</sup>. RA 1278 B n. 30 f. 73<sup>b</sup>.

Magistro portulano et procuratori Apulie. *Entsprechendes Schreiben. Insetiert ist n. 606.* Dat. apud turrim die VIII. marcii.

620.

bei Capua 1279 März 21.

RA 1278/79 H n. 33 f. 172<sup>b</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Bari) etc. Pridem tibi mag. Petro de Angicuria et mag. Iohanni de Tullo familiaribus et fidelibus nostris per litteras celsitudinis nostre sub utroque sigillo nostro magno videlicet et consueto pendenti et parvo secreto scripsimus in hac forma: *Es folgt n. 776.* [1] et quia celere complementum dicti palatii et cisterne intime affectamus... , precipimus... , quod sic ferventer et sollicite opus ipsum acceleres et accelerari facias cum omni diligencia et sollicitudine oportunis, quod celeriter iuxta nostrum beneplacitum compleatur et satisfiat exinde tuo studio et efficacia nostris votis. quod quidem palacium fieri debet ab uno capite muri ambitus ipsius terre usque ad aliud capud eiusdem ipsius terre iuxta provisionem et designationem ipsius habitam per predictum mag. Petrum de Angicuria et tibi missam sub sigillo suo per notarium Angelum notarium tuum in camera, sicut idem mag. Petrus nobis exposuit in curia nostra presens. quam provisionem distincte et lucide, sicut eam recepisti, celsitudini nostre et predictis magistris racionalibus per litteras tuas scribas. [2] et quia predictus mag. Petrus nobis exposuit, quod tota sala palatii castrum nostri Bari completa est, salvo quod terra ipsius sale nondum est explanata nec pavimentata, volumus et mandamus, quod iuxta provisionem eiusdem mag. Petri eam explanari et pavimentari facias de matuncellis coctis. et cameras etiam et guardarobas, que debent esse in ipso palacio et turribus, et cappellam etiam dicti castrum similiter eisdem matuncellis pavimentari facias studiose. et si aliqua alia in portis fenestris et quibuslibet aliis necessario<sup>3)</sup> et utiliter ibidem facienda et complenda fuerint, procedas etiam secundum provisionem dicti mag. Petri in faciendis et complendis eisdem, sicut fuerit opportunum; illam in hiis omnibus et aliis operibus nostris tibi commissis diligenciam et sollicitudinis efficaciam habiturus, quod ex laudabili processu tuo in hiis habendo possis in conspectu nostro de sollicitudine comendari. Dat. apud turrim s. Herasmi XXI. martii VII. ind.

<sup>3)</sup> necessarie. *Vgl. n. 625.*

621.

bei Capua 1279 März 30.

RA 1277 F n. 28 f. 230<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 174<sup>b</sup> bis 175<sup>a</sup>.

Iusticiario Terre Bari. Ad litteras tuas... , per quas significasti... , te recepisse per nostras litteras in mandatis, quod unc. aur. 229 et gr. 7... et florenos parvos 208<sup>1</sup>/<sub>2</sub> minus gr. 4, que pecunia per rationem positam... de officio iusticiariatus Terre Bari, quod exercuisti ab XVIII. mensis marcii VI. ind... usque per totum mensem decembris... VII. ind., inventa est penes te liquide remansisse... ad cameram nostram... destinare deberes... ; et significasti etiam, quod, priusquam ad te predicte nostre littere emanassent, de mandato nostro retinuisti penes te predictam pecuniam, in operibus, que in iurisdictione tua fiunt, ... convertendam, et quod auctoritate diversorum mandatorum nostrorum... solvisti infrascriptis personis et pro predictis operibus... subscriptam pecunie quantitatem — videlicet: expensoribus credenceriis operis taluti castrum Baroli unc. aur. 10; expensoribus credenceriis operis terracie castrum Bari unc. aur. 79 tar. 9 et gr. 4; item inquisitoribus... in Terra Bari... unc. aur. 12; item duobus presbiteris Gallicis deputatis in Trano pro celebrandis divinis pro anima condam Philippi filii nostri... unc. aur. 6 et tar. 3; item Littaldo de Summavera statuto superastanti operis dicte terracie pro gagiis suis unc. 3 —, et quod restant solvende pro opere taluti castrum Baroli unc. 82 tar. 25 et gr. 3; item restant solvende pro opere carpentarie dicti castrum Bari unc. 1 tar. 14 gr. 1; que pecunia soluta... est in summa unc. aur. 110 tar. 12 et gr. 4; et summa pecunie restantis ad solvendum pro predictis operibus est unc. aur. 84 tar. 9 et gr. 4: tibi... respondentes solutionem predicte pecunie... acceptamus... , mandantes, quatinus predictam quantitatem pecunie restantem de solvendis pro predictis operibus... solvas et in eis procedi facias, ut iuxta nostrum beneplacitum compleantur, et... totam reliquam quantitatem, que est unc. 34 tar. 7 et floreni aurei 208<sup>1</sup>/<sub>2</sub> minus gr. 4, ad predictam cameram nostram... debeas destinare... Dat. apud turrim s. Herasmi die penultimo mensis marcii.

## 622.

RA 1277 F n. 28 f. 229<sup>ab</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 174<sup>a</sup>.

bei Capua 1279 April 5.

Iusticiario Terre Bari etc. Cum pro subscriptis operibus, que fiunt in castro nostro Bari et terra Mauli de mandato curie nostre subscripta lignamina necessaria reputentur secundum assercionem mag. Iohannis de Tulio ingenierii nostri in curia nostra factam, . . . precipimus, quatinus lignamina ipsa in terris iurisdictionis tue, in quibus celerius et comodius inveniri et meliori foro haberi et a quibus cum minoribus expensis ad opera ipsa deferri poterunt, emere debeas cum conscientia et noticia dicti mag. Iohannis. . . , precio quo poteris pro nostra curia meliori, et ea ad opera ipsa, prout de quolibet operum eorundem inferius declaratur, deferri facias cum iustis necessariis et moderatis expensis. . . ac ipso mag. Iohanni in eisdem operibus assignari, a quo de receptione ipsorum, a venditoribus de precio empcionis et a delatoribus de expensis delature apodixas ydoneas recepturus; et significaturus per litteras tuas celsitudini nostre et magistris racionalibus etc. quantitatem pecunie, quam pro empcione et delatura ipsorum lignaminum curia nostra expensis inutilibus non gravetur. lignamina vero, que dictus mag. Iohannes necessaria esse asseruit, et pro quibus operibus, hec sunt: videlicet [1] in castro Bari: [1] trabes de abiete 3, quelibet longitudinis cannarum 4 amplitudinis palmi  $1\frac{1}{2}$  grossitudinis palmi 1 de canna, pro faciendis sarcinalibus camere, que fit in capite sale eiusdem castri. [2] tabule serraticie 40, quelibet longitudinis cannarum  $3\frac{1}{2}$  amplitudinis palmi  $1\frac{1}{4}$  et grossitudinis 2 digitorum, pro tabulato predictae camere. [3] tabule de fraxino vel salicone 40, quelibet longitudinis palmorum 12 amplitudinis palmi  $1\frac{1}{2}$  et grossitudinis 2 digitorum, pro faciendis portis et fenestris palatii eiusdem castri. [II] item in terra Mauli: [1] trabes 4 de querqu, quelibet longitudinis cannarum  $3\frac{1}{2}$  grossitudinis per quamlibet faciem 1 palmi de canna, pro faciendis filangiis in palacio. [2] trabes de abiete 9, quelibet longitudinis cannarum 4 amplitudinis palmi  $1\frac{1}{2}$  et grossitudinis palmi 1 de canna, pro faciendis sarcinalibus in eodem palacio. [3] trabes de abiete 8, quelibet longitudinis cannarum  $3\frac{1}{2}$  amplitudinis per quamlibet faciem palmi 1 de canna, pro faciendis traginis. [4] trabes de abiete 50, quelibet longitudinis cannarum  $3\frac{1}{2}$  amplitudinis per quamlibet faciem palmi 1 de canna, pro faciendo tabulato in eodem palacio. [5] tabule serraticie 140, quelibet longitudinis cannarum 3 amplitudinis palmi  $1\frac{1}{4}$  grossitudinis digitorum 2, pro faciendo tabulato in eodem palacio. [6] trabes de querqu 8, quelibet longitudinis cannarum  $3\frac{1}{2}$  amplitudinis per quamlibet faciem 1 palmi de canna, pro faciendis filangiis super muris ipsius palatii. [7] trabes de abiete 9, quelibet longitudinis cannarum 4 amplitudinis per quamlibet faciem  $1\frac{1}{4}$  palmi, pro faciendis cathenis in tecto eiusdem palatii. [8] trabes de abiete 18, quelibet longitudinis cannarum 2 et palmorum 6 et amplitudinis per quamlibet faciem 1 palmi de canna, pro faciendis forficibus in tecto eiusdem palatii. [9] trabes de abiete 12, quelibet longitudinis cannarum  $3\frac{1}{2}$  amplitudinis per quamlibet faciem palmi 1 manualis, pro faciendis festis et filangiis in tecto eiusdem palatii. [10] trabes de abiete 120, quelibet longitudinis cannarum 2 et palmorum 6 et amplitudinis per quamlibet faciem palmi 1 manualis, pro faciendis decurrentibus. [11] tabule de simia 550, quelibet longitudinis canne 1, pro chopertura tecti eiusdem palatii. [12] trabes de querqu 3, quelibet longitudinis palmorum 10 amplitudinis palmi  $1\frac{1}{2}$  et grossitudinis palmi 1 manualis, pro facienda cimineda in sala eiusdem palatii. [13] tabule de ulmo vel de fraxino aut de salicone 20, quelibet longitudinis palmorum 10 amplitudinis palmi  $1\frac{1}{2}$  et grossitudinis digitorum 2, pro faciendis hostiis et fenestris ipsius palatii. [14] et tabule necessarie pro faciendis hostiis et ianuis et posterulis dicte terre Mauli. Dat. apud turrin s. Herasmi etc. mense aprilis V. eiusdem.

## 623.

RA 1278/79 H n. 33 f. 176<sup>a</sup>.

bei Capua 1279 April 19.

Eidem iusticiario (Terre Bari). Noverit fidelitas tua, quod magistris rationales magne curie nostre olim XXVI. die proximo preteriti mensis marcii huius VII. ind. apud turrin s. Herasmi prope Capuam receperunt litteras tuas sub sigillo tuo, quas eis per tuum nuncium destinasti, per quas significasti eisdem, quod auctoritate mandati nostri<sup>1)</sup> dudum tibi directi de significando celsitudini nostre et dictis magistris racionalibus toto processu habito in operibus nostris, que fiunt in iurisdictione tua tam ad extalium quam ad credenciam,

<sup>1)</sup> n. 616.

a die felicis recessus nostri a partibus iurisdictionis eiusdem mensurari fecisti per certos commissarios tuos omnia opera predicta, quolibet videlicet per se, et quod per mensuracionem eandem inventum est, processum fore in ipsis operibus modo subscripto: videlicet [1] in opere terre Mauli clausa est terra ipsa circumcirca muris in altitudine cannarum 3, sicut fieri debuerunt, et in longitudine cannarum 270, que sunt de<sup>a</sup>) opere murorum canne 1040<sup>1</sup>); et restant faciende in opere ipso pro pectoralibus et mergulis de opere canne 40. [2] item in opere castrum Bari processum est, sicut infra distinguitur: videlicet quod tectum capelle cohoptum est necessariis tabulis et plancis<sup>b</sup>) per totum; et in palatio facta est et completa in una ex duabus cameris cimineda una; et alie due ciminede in eodem palatio et altera camera incepte laborari, que nondum complete sunt; et restant complende fenestre tres in exteriori parte ipsius castrum, que reduci debent in inferiore parte, una videlicet in turri et alie<sup>b</sup>) in cortina ipsius muri, que incepte sunt. item factus est et completus parapectus supra terratiam; et logia<sup>c</sup>) supra ipsam terratiam iam facta est. item de eadem terratia facte sunt de opere canne 30. item incepta est camera in capite dicti palatii. et quod ad perfectionem ipsius operis continue intenditur iuxta beneplacitum nostrum. [3] item quod processum est in opere castrum Baroli modo subscripto: videlicet in opere turris rotunde laborate sunt per altitudinem circumcirca usque ad voltam ipsius turris canne 3<sup>1</sup>/<sub>2</sub>. item in opere cortine eiusdem castrum ex parte occidentis laborate sunt in longitudine de muro canne 6 et in altitudine canne 3<sup>1</sup>/<sub>2</sub>. et in opere cortine eiusdem palatii ex parte meridiei laborate sunt de muro in longitudine canne 3 et in altitudine canne 3<sup>1</sup>/<sub>2</sub>. item in opere taluti<sup>d</sup>), quod fit in eodem castrum ex parte maris in pede palatii, laborate sunt de muro in longitudine canne 5 et in altitudine canne 4 et palmi 2. et in opere ipsius taluti<sup>d</sup>), quod fit in pede ipsius turris, laborate sunt de muro in longitudine canne 4 et in altitudine canne 5 et palmi 6. et quod continue proceditur in operibus ipsis.

de quibus significatis presentes tibi remittuntur nostre maiestatis littere responsales. cautum tamen esse te<sup>e</sup>) volumus, quod iuxta provisionem et ordinacionem nostram in predictis operibus procedi feceris, et quod inantea sic diligenter fideliter et sollicito procedatur, quod opera ipsa iuxta nostrum beneplacitum tam celestiter compleantur, quam ea nosti votis nostris firmiter residere, cum de omni defectu et negligentia, qui et que in operibus ipsis committi forte contigerit, tibi totaliter incumbamus. Dat. apud turrum XVIII. aprilis.

<sup>a</sup>) fehlt Reg.    <sup>b</sup>) alia. Zu berichtigen, da es sich um zwei Fenster handelt.    <sup>c</sup>) longia.    <sup>d</sup>) tabuti.    <sup>e</sup>) fehlt Reg.

624.

bei Capua 1279 April 20.

I. RA 1277 F n. 28 f. 231<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 176<sup>b</sup>.

Iusticiario Terre Bari etc. Inter alia contenta in capitulis tuis celsitudini nostre missis intimasti, [1] quod littere nostre<sup>3</sup>) tibi directe de faciendo fieri palacio cum salis cameris et cisterna in terra Mauli et alie littere<sup>4</sup>) de faciendo explanari sala palatii castrum nostri Bari et pavimentandis tam ipsa sala quam cameris et gardaroba eiusdem palatii matuncellis coctis facte fuerunt tantum sigillo nostro magno munita, et supplicasti, mandata ipsa tibi sub eodem sigillo pendenti et parvo nostro secreto ad cautelam tuam pro eo, quod tangunt exitum pecunie, replicari: super quo tibi respondentibus iniungimus, quod non obstante defectu ipsius sigilli nostri parvi secreti non appositi in litteris ipsis mandata ipsa iuxta ipsorum tenorem diligenter et efficaciter auctoritate presencium exequaris, ac si utroque sigillo nostro munita fuissent. [2] continebant etiam capitula ipsa, quod matuncellos ipsos factos seu magistros pro faciendis matuncellis ipsis in iurisdictione tua invenire non potes: super quo scire te volumus, quod Girardo de Artus militi iusticiario Terre Laboris et comitatus Molisii fideli nostro per litteras nostras<sup>5</sup>) iniungimus, ut magistros 5 pro faciendis matuncellis ipsis bonos fideles ydoneos et expertos querat et inveniat in iurisdictione sua et ad te mittat cum litteris suis continentibus nomina et connomina singulorum, et de quibus terris fuerint, pro matuncellis huiusmodi faciendis, quorum cuilibet exhibeat nomine mutui pro apparatu et expensis eorum in veniendo tar. aur. 3 et gr. 15. . . computanda per te ipsis in pecunia expensarum, quas a te recipient pro eo tempore, quo in servicio ipso fuerint. tu vero magistros ipsos, cum ad te venerint, recipias et deutes eos pro faciendis matuncellis ipsis, quamdiu ibi propterea fuerint oportuni; exhibiturus eis, donec continue et utiliter infra presentem estatem in servicio ipso fuerint, mercedem eorum. . . ad rationem de gr. aur. 15 pro quolibet eorum die quolibet laboratorio, quo in ipso opere morabuntur, sicut exhibentur magistris aliis similibus in nostris operibus deputatis; significaturus celsitudini nostre et magistris racionalibus magne curie nostre per litteras tuas, si magistri ipsi ad te venerint, et quando, vel etiam si non venerint infra terminum, quem venire poterunt competentem, ut contra eos, si expedit, procedatur. [3] preterea quia significasti, quod, dum ad mandatum nostrum tibi factum per alias litteras nostras<sup>6</sup>) de emendis currubus 4 pro deferendis lapidibus et

<sup>1</sup>) Diese Berechnung stimmt nicht.    <sup>2</sup>) Wohl plintis.    <sup>3</sup>) n. 776.    <sup>4</sup>) n. 620.    <sup>5</sup>) n. II.    <sup>6</sup>) n. 1134 II.

cantonibus operis castrī nostri Melfie et mittendis ad castrum ipsum velles emere et mittere currus ipsos expensoribus ipsius operis assignandos, expensores ipsi dicunt nolle recipere nec esse ibi utiles magnos currus set currus parvos seu carrettas ferratas, pro eo, quod huiusmodi currus magni, non possunt habiliter duci per partes ipsas propter vallones et asperitates eorum, sicut ipse carrette seu currus parvi alii ducebentur: super hoc volumus et mandamus, ut ipsos expensores per litteras tuas requirere debeas, ut formam et modum, secundum quem currus ipsos parvos fieri facias, tibi per eorum litteras debeant declarare; quibus litteris eorum receptis et habita de hiis informatione ipsorum, emas seu fieri facias currus ipsos parvos et mittas ad predictum castrum et dictis expensoribus eos facias assignari et exinde recipi ydoneam apodixam iuxta tenorem predicti mandati nostri proinde tibi missi. de recepcione et representatione dictorum magistrorum, cum ad te venerint, facias predicto iusticiario Terre Laboris tuas litteras responsales. et predictos currus magnos taliter per te emptos patronis ipsorum restituas et totum id, quod pro ipsorum precio eis solveras, requiras et exigas ab eisdem. Dat. die XX. aprilis.

II. RA 1277 F n. 28 f. 141<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 63<sup>b</sup>. — Schulz IV 78 n. 205.

Iusticiario Terre Laboris et comitatus Molisii. Cum pro faciendis fieri mattoncellis necessariis ad pavimentandam<sup>a)</sup> salam<sup>b)</sup> cameram et guardarobbas palacii castrī nostri Bari magistri 5 necessarii reputentur. . . , precipimus, quatinus magistros ipsos. . . debeas ad. . . iusticiarium Terre Bari. . . destinare. . . Dat. apud turrim<sup>c)</sup> s. Herasmi prope Capuam . . . 1279, mense aprilis, XX. eiusdem, VII. ind.

a) pumentandam. b) solam. c) fehlt Reg.

## 625.

Neapel 1279 Mai 26.

RA 1278/79 H n. 33 f. 178<sup>a</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Bari) etc. [1] Quia significasti celsitudini nostre per litteras tuas, te recepisse inter alia per quasdam nostras litteras<sup>1)</sup> in mandatis, ut iuxta provisionem mag. Petri de Angicurt explanari et pavimentari faceres de matuncellis coctis totam salam palacii castrī nostri Bari et cameras ac guardarobbas, que debent esse in ipso palacio et turribus, et capellam etiam dicti castrī et, si qua alia in portis fenestris et quibuslibet aliis facienda et complenda necessario et utiliter ibi essent, in hiis faciendis et complendis secundum provisionem ipsius mag. Petri, sicut oportunum esset, procedere procurares, et supplicasti, ut tibi de qua pecunia ea fieri facere mandarem, cum ipsum mandatum nostrum super hoc tibi directum non faciat, ut scripsisti, de huiusmodi pecunia mentionem: placet nobis et volumus, ut de quacunque fiscali pecunia, que undecunque est vel erit per manus tuas, et in defectu alterius pecunie curie de pecunia presentis generalis subvencionis in iurisdicione tua imposita facere debeas pro hiis exequendis iuxta tenorem mandati nostri proinde tibi missi iustas necessarias et moderatas expensas, que fines modestie non excedant. [2] continebant etiam littere ipse, quod magistri pro faciendis matuncellis ipsis per iusticiarium Terre Laboris ad te missi ad mandatum nostrum<sup>2)</sup> proinde sibi factum insufficientes ac imperiti existunt in talibus, propter quod eos tamquam inutiles licenciasti, nulla ipsis pecunia per te data, verum tamen ante adventum magistrorum ipsorum ad te quosdam magistros venientes de Sicilia et Calabria utiles et de hiis noticiam et plenam experientiam habentes, ut scribis, retinueras pro faciendis matuncellis predictis, quibus dare convenisti pro quolibet miliare matuncellorum factorum et coctorum in Rutiliano tar. 9, quorum retentionem et conventionem supplicasti tibi per nostras litteras acceptari: super quo tibi taliter respondemus, quod, si magistri predicti missi per predictum iusticiarium Terre Laboris insufficientes et inutiles erant et nullam eis pecuniam tribuisti et magistri ipsi, quos retinuisti, sufficientes ydonei et utiles sunt, ut scribis, licentiam predictorum magistrorum licenciatorum<sup>3)</sup> et retentionem predictorum magistrorum retentorum ratam gerimus, questione tamen debita ipsi iusticiario Terre Laboris sui racionii tempore reservata de ipsorum insufficientia magistrorum. tamen volumus et mandamus, quod magistri ipsi retentis mercedem eorum ad rationem de tar. aur. 6 tantum pro quolibet miliari matuncellorum coctorum, quos fecerint et tibi assignaverint, sicut datur aliis magistris similibus laborantibus in opere fortellie castrī nostri Lucerie Sarracenorum, de pecunia ipsa exhibeas; apodixam ydoneam de hiis, que dederis, recepturus. [3] preterea mirari non immerito cogimur et moveri, quod, cum mandaverimus tibi satis expresse per alias nostras litteras<sup>3)</sup> de faciendis fieri portis ligneis terre Mauli cum bonis seris ferreis, quas iam diu iuxta mandatum ipsum factas esse credidimus, tamen<sup>b)</sup> nondum, ut intelleximus, fecisti fieri portas ipsas: propter quod volumus

a) licenciaturum. b) Reg. cum („cū“ statt „tū“).

1) n. 620.

2) n. 624 II.

3) n. 780.

et tibi sub pena gratie nostre firmiter et expresse precipimus, quatinus circa totale complementum portarum ipsarum cum seris predictis, ut dictum est, sic diligens et studiosus existas, ut in terra ipsa Mauli ob defectum portarum huiusmodi dampnum aliquod sive incurisibus piratorum vel aliquo modo intervenire non possit, quia, si dampnum aliquod vel sinistrum in terra ipsa, quod absit, ob culpam et negligentiam tuam emergeret, illud de bonis tuis integre curie nostre resarciri mandabimus et contra personam tuam nichilominus proinde acriter procedemus. [4] matuncelli vero ipsi sint bene facti et bene cocti. [5] in predictis etiam portis fieri facias bonas barras ferratas, sicut tibi per alias litteras nostras<sup>1)</sup> recolimus mandavisse. Dat. Neapoli die XXVI. maii.

626.

Siehe n. 790.

S. Angelo de' Lombardi 1279 Juli 4.

627.

RA 1278/79 H n. 33 f. 186<sup>a</sup>.

Lagoposole 1279 August 1.

Eidem (iusticiario Terre Bari). Quia scripsisti nobis... quod in castro nostro Bar(i) sunt trabes in ea quantitate, quod sufficiunt pro opere, quod in castro ipso... fit, et de ipsis haberi possunt trabes necessarie pro palacio terre Mauli, de lignaminibus videlicet dudum... ad castrum ipsum per Leonem Acconzaiocum tunc magistrum salis curie in Apulia delatis... mandamus, quatinus, si tot trabes in predicto castro Bar(i) sunt, quod ad utrumque sufficiant, remanentibus in ipso castro Bar(i) trabibus pro eodem opere oportunitis, de aliis, que ibi sunt, trabes necessarias pro dicto palacio terre Mauli ad palacium ipsum... transmittas<sup>2)</sup>. Dat. apud Lacumpensilem die I. augusti VII. ind.

628.

RA 1276 B n. 26 f. 232<sup>a</sup>.

Lagoposole 1279 September 2.

Mag. Petro de Angicuria etc. ... precipimus, quatinus visis et diligenter inspectis omnibus et singulis operibus nostris, tam videlicet, que fiunt in Brundusio, videlicet turris cathene<sup>a)</sup> portus eiusdem terre, turris de Lucaballu, et palacii nostri, quod fit in castro ipsius terre, operibus eciam Ville nove, Mauli, Bari et Baroli, et plene instructus et informatus ad oculum et ad intellectum de toto processu statu condicione quomodolibet ipsorum operum, in quibus sunt, necnon apparatibus eorum et defectibus, si qui<sup>b)</sup> in ipsis sunt, et per quos commissi fuerunt, et usque ad quod tempus ea, que completa non sunt, poterunt percompleri; et hiis omnibus in scriptis seriatim distincte et plene redactis, ita quod possis in adventu tuo clare et lucide nostram conscientiam informare, ad presenciam nostram redeas festinanter; mandantes ex parte nostra superstantibus credencieris et omnibus aliis laborantibus in ipsis operibus nostris, ut tam diligenter quam sollicite et expresse circa celere complementum ipsorum operum intendant<sup>c)</sup>, quod in adventu nostro ad partes ipsas, quem faciemus duce Deo circa finem presentis mensis septembris, in palaciis nostris ipsorum operum habiliter hospitari possimus et in aliis operibus inveniamus fore processum iuxta celsitudinis nostre votum. Dat. apud Lacumpensilem II. septembris VIII. ind.

<sup>a)</sup> cathena. <sup>b)</sup> quis. <sup>c)</sup> fehlt Reg.

629.

RA 1279 A n. 34 f. 193<sup>a</sup>.

Lucera 1279 Oktober 13.

Eidem (iusticiario Terre Bari). Scire te volumus, quod XXVIII. ... octobris... erimus... in civitate Barensi et manebimus in domibus castri nostri civitatis ipsius usque per totum diem festi predicti<sup>3)</sup>, sequenti vero die procedemus Molium et ibidem manebimus ipsa die. quare... mandamus, quatinus... tam domos nostras predicti castri Barensis, quam domos Moli compleri... facias... ignes quoque frequentes in domibus ipsis fieri ad desiccandas humiditates ipsorum, ac alias domos ipsas purgari et preparari ad omnia necessaria taliter, quod in utroque loco... salubriter manere possimus... Dat. Lucerie Saracenorum XIII. octobris VIII. ind.

630.

Inseriert in RA 1279 A n. 34 f. 198<sup>a</sup> (unten n. 634).

Manfredonia 1279 Dezember 9.

Iusticiario Terre Bari. Scire te volumus, quod olim I. ... decembris... in castro nostro Bari presentes etc. ut supra. Dat. Manfridonie die IX. decembris<sup>4)</sup>).

<sup>a)</sup> so Reg.<sup>1)</sup> n. 780.<sup>2)</sup> Vgl. n. 613 § I und II.<sup>3)</sup> d. h. Omnium Sanctorum.<sup>4)</sup> Vgl. n. 639.

631.

Neapel 1279 December 24.

RA 1278/80 A n. 36 f. 54<sup>b</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Bari). Supplicavit excellencie nostre Litardus de Summevera . . . , quod, cum dudum in opere palacii, quod in castro Bari fieri mandavimus, superastans . . . fuerit ordinatus . . . , cumque de expensis . . . pro certo tempore sibi satisfeceris et pro certo retroacto tempore expensas ipsas a te nequiverit habuisse, sibi super hoc providere benigniter dignemur: . . . precipimus, quatinus . . . expensas huiusmodi . . . exhibere procures . . . Dat. Neapoli die XXIII. decembris.

632.

Neapel 1280 Januar 4.

I. RA 1278 B n. 30 f. 152<sup>b</sup>. RA 1279/80 B n. 37 f. 16<sup>a</sup>.

Iohanni de Ancis dilecto militi familiari et fideli suo etc. De fide industria et legalitate tua plenam fiduciam obtinentes, te iusticiarium Terre Bari, amoto inde Fulcone de Roccafolea milite, qui officium ipsum ad presens etc. (ut supra in comissione facta Helie de Tuella iusticiario Principatus usque: volumus non ammitti). quia tamen celere complementum operum nostrorum, que in iurisdictione de ipso fieri facimus tam ad credenciam quam ad extaleum, videlicet in castro Baroli, castro Bari et terra Mauli, satis residet cordi nostro et in eis volumus absque impedimento procedi, districte tibi precipimus, quod incontinenti per eundem precessorem tuum ad plenum debeas informari de statu et processu dictorum operum, ordinatione et provisione nostra de ipsis habita, nominibus et cognominibus expensorum et credenciorum illorum ex eis, que in credenciam ad expensas curie nostre fiunt, exteriorum illorum ex ipsis, que fiunt ad extaleum, cum tota forma et condicione extalei, secundum pactum et conventiones habita inde inter nostram curiam et eosdem. et exinde informatus, requisitis et receptis ab eodem precessore tuo mandatis nostris omnibus sibi super operibus ipsis directis, que executus non est<sup>a</sup>) totaliter vel in parte, ea in hiis, in quibus exequenda fuerint, cum omni studio exequaris. et eisdem expensoribus et credencis ac extalleriis sufficientem pecuniam pro eisdem operibus, sicut successive fuerit oportuna, de predicta pecunia curie nostre, quam undecumque habebis, sine defectu quolibet exhibere procures; apodixas de hiis, que dederis, recepturus. et nichilominus ab extelleriis ipsis sufficientes et ydoneos fideiussores qualibet vice recipias, quod totam pecuniam, quam eis dederis successive, in operibus ipsis, que per eos fiunt, totaliter convertant, nichilque de ea penes se retineant aut pro propriis negociis eorum expendant et de ipsa illam quantitatem murorum fieri et conpleri faciant secundum provisionem et ordinationem nostram inde habitam, quam iuxta conventiones et pacta predicta facere tenebuntur. ea vero, que in predicto castro Bari reparanda sunt, reparari facias per homines terrarum, que ad hoc tenentur, quorum nomina continentur in litteris nostris dicto precessori tuo inde directis, iuxta ipsarum litterarum tenorem, quas, si executioni nondum mandata sunt, cum predictis aliis recipias in pendenti. pro<sup>b</sup>) quorum operum diligenti<sup>c</sup>) et efficaci processu sic ferventer et studiose continue procedi facias, ut iuxta beneplacitum nostrum celeriter<sup>d</sup>) compleantur et in eis occasione pecunie vel alia causa defectus aliquis non emergat<sup>e</sup>), cum exinde tibi<sup>f</sup>) totaliter incumbamus. de receptione vero predictorum omnium, que ab ipso precessore tuo receperis, modo predicto facias sibi scripta competencia ad cautelam. et quia te nolumus in eodem officio expensis propriis laborare, placet nobis, ut, quamdiu in officio ipso de mandato nostro eris, de pecunia proventuum officii tui, que erit per manus tuas, expensas tibi retineas ad rationem de unc. aur. 50 per annum ponderis generalis. per precessorem autem tuum predictum certificeris ad plenum de tota pecunia exhibita singulis<sup>g</sup>) predictorum expensorum et credenciorum et extalleriorum pro operibus supradictis, ut inantea pro<sup>h</sup>) exhibenda eis pecunia magis caute procedas. Dat. die IIII. ianuarii.

<sup>a</sup>) fehlt Reg.    <sup>b</sup>) per.    <sup>c</sup>) dirigenti.    <sup>d</sup>) seleriter.    <sup>e</sup>) non emergat fehlt Reg.    <sup>f</sup>) fehlt Reg.  
<sup>g</sup>) similis.    <sup>h</sup>) per.

II. RA 1278 B n. 30 f. 152<sup>a</sup>. RA 1279/80 A n. 36 f. 54<sup>ab</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Bari). *Entsprechendes Schreiben in forma quod desistat.* Dat. Neapoli die IIII. ianuarii.

633.

Neapel 1280 Januar 21.

RA 1278 B n. 30 f. 153<sup>b</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Bari). Noverit fidelitas tua, quod Rogerius de Riso frater Guilielmi de Riso . . . , cui et dicto iudici Guilielmo fratri suo . . . tuus in officio precessor . . . mandavit . . . , ut in certo termino eis dato coram magistris racionalibus . . . comparere deberent ad computandum de tota pecunia recepta



et expensa per eos pro reparacione castrī nostri Bari, quam intelleximus per eos recollectam<sup>a)</sup> fuisse ab universitatibus terrarum et locorum, que ad reparacionem ipsius castrī tenentur... comparuit tam pro parte sua quam pro parte dicti fratris sui in termino competentī... precipimus, quatinus contra<sup>b)</sup> eosdem... in aliquo non procedas... Dat. Neapoli XXI. ianuarii.

<sup>a)</sup> recollecta.

<sup>b)</sup> coram.

### 634.

RA 1279 A n. 34 f. 198<sup>a</sup>.

Neapel 1280 Februar 4.

Eidem (iusticiario Terre Bari). Olim... scripsimus tuo in officio precessori... in hec verba: *es folgt n. 630.* verum, quia nuper nostra excellencia intellexit, quod per supradictum precessorem tuum in nullo super dicto opere est processum... precipimus, quatinus... totum defectum super exequacione ipsius mandati commissum ab eo de proprio suo... exigas... et nihilominus tam mandatum ipsum, quam alia quelibet mandata nostra super opere castrī nostri Baroli et aliis operibus nostris, que de mandato nostro in iurisdictione tua fiunt, ipsi precessori tuo directa... exequaris... Dat. Neapoli IIII. mensis februarii<sup>a)</sup>.

<sup>a)</sup> mensis IIII. februarii.

### 635.

RA 1279 A n. 34 f. 198<sup>b</sup>. RA 1279/80 A n. 36 f. 55<sup>b</sup>

Neapel 1280 Februar 4.

Eidem (iusticiario Terre Bari). Porrecta culmini nostro Iohannis de Heis superastantis operis castrī Baroli et Lyatardi de Summavoire superastantis operis castrī Bari peticio continebat, quod, licet... tuo in officio precessori... mandaverimus litteras<sup>1)</sup> de exhibendis eis... gagiis vel expensis, ad racionem de tar. aur. 1 pro quolibet eorum, si quilibet ipsorum equum unum haberet, et si non haberet equum, ad racionem de gr. aur. 15 pro quolibet ipsorum per diem... idem tamen precessor tuus, exhibitis eis pro certo tempore... huiusmodi gagiis<sup>2)</sup> vel expensis, abinde inantea propter amocionem suam ab ipso officio expensas huiusmodi non exhibuit nec exhibet pro illo etiam tempore, per quod infra tempus ipsius officii sui iusticiariatus dicti superastantis in dicto servicio asserunt permansisse... precipimus, quatinus... super exhibicione expensarum seu gagiiorum... defectum dicti precessoris tui... supplere procures et deinde<sup>3)</sup> inantea... prefatis superastantibus predicta gagia vel expensas... exhibeas...<sup>3)</sup>. Dat. Neapoli IIII. februarii.

<sup>a)</sup> ibidem.

### 636.

RA 1270 B n. 8 f. 105<sup>a</sup>. RA 1279/80 A n. 36 f. 58<sup>a</sup>.

bei Capua 1280 April 13.

Iusticiario Terre Bari fideli suo etc. Cum providerimus et beneplaciti nostri sit, [1] quod in cappella castrī nostri Bari fieri debeat forma una pro luce, que sit illius qualitatis mensure et speciei, cuius est forma cappelle palatii nostri vivarii s. Laurentii de Fogia, iuxta provisionem et designationem mag. Petri de Angicuria... , qui est exinde per excellenciam nostram presencialiter informatus; [2] item quod in fossato castrī nostri Baroli circumcirca, preterquam ex parte maris, fiat renduvia, cuius murus sit grossitudinis in pede palmorum 5 et in superiori parte palmorum 3, de bonis lapidibus calce et arena iuxta provisionem et designationem eiusdem mag. Petri; [3] et quod fiat in introitu in eodem castro Baroli pons unus levaticius; [4] item quod cavetur fossatus eiusdem castrī Baroli, ultra quam est, et pro eo fossatum ipsum erit profundius, quam talutum de novo factum, talutum ipsum recalziari et submurari debeat iuxta provisionem et designationem eiusdem mag. Petri: ... precipimus, quatinus... opera ipsa per magistris et alios de fidelibus nostris ipsarum parcium in hiis expertos diligenter et fideliter extimari facias te presente, factis de extimacione ipsa puplicis consimilibus instrumentis, quorum altera tibi retineas et altera magistris rationalibus magne curie nostre mittas. opera ipsa et eorum singula exponi facias voce preconea in estalium concedenda. et si apparuerint aliqui ea recipere volentes ad extaleum facienda pro ea quantitate, pro qua extimata fuerint fieri posse, vel etiam pro minori, super quo utilitatem curie nostre, quantumcumque plus poteris, studeas procurare, ea ipsis concedas facienda in estaleum dicto modo, qui condicionem curie fecerint meliorem. et nullis forte comparentibus ea in estaleum facere volentibus, opera ipsa omnia fieri facias ad credenciam cum iustis necessariis et moderatis expensis curie nostre, que fines modestie et extimacionem huiusmodi non excedant, set infra consistant, si fieri poterit bono modo. pro quibus operibus, sive in exta-

<sup>1)</sup> n. 612.

<sup>2)</sup> Vgl. n. 641.

<sup>3)</sup> Vgl. n. 703.

lium concedantur, sive in credenciam fiant, pecuniam exhibeas oportunam de quacunque pecunia curie nostre, que sive de presenti generali subvencione vel undecunque est vel erit per manus tuas, sicut successive expediet et in eisdem operibus procedetur; recepta ab extelleriis, si ad extaleum vendi contingerit, sufficienti et ydonea fideiussoria caucione de quantitate pecunie, quam eis vice qualibet dederis, quod eam in operibus ipsis totaliter convertant nichilque de ea penes ipsos retineant ac de ea illam quantitatem operis faciant, quam facere debuerint iuxta convenciones et pacta, que inde intervenerint inter te pro parte nostre curie et eosdem; apodixas ydoneas de omnibus, que dederis, recepturus. et processum tuum in hiis habendum cum nominibus et cognominibus extalleriorum, si ad extaleum concessa fuerit, vel illorum, quos forte non conparentibus extalleriis statueris expensores, et totam quantitatem pecunie, ad quam extimacio dictorum operum et quorumlibet eorundem ascenderit, particulariter et distinte nobis et predictis magistris rationalibus per litteras tuas scribas; cautus existens, quod extimacio ipsa legaliter et fideliter fiat, quia, si legalis non fuerit, eam non acceptabimus et totum id, in quo puram et meram veritatem excesserit, de tuo et illorum proprio, qui eam fecerint, exigi faciemus iuxta statutum in hiis per curiam nostram factum<sup>1)</sup>: Dat. apud turrin s. Herasmi prope Capuam XIII. aprilis VIII. ind.

637.

bei Capua 1280 April 15.

I. Siehe n. 356 I.

II. RA 1280 B n. 39 f. 33<sup>a</sup>. — Schulz IV 90 n. 239.

Castellano castri Bari. *Entsprechender Befehl*. Dat. apud turrin s. Herasmi prope Capuam die XV. aprilis VIII. ind.

638.

bei Capua 1280 April 23.

RA 1270 B n. 8 f. 107<sup>b</sup> bis 108<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Bari). Supplicavit excellencie nostre Mathias Bisancii de Ruga de Baro... quod, cum fuerit et sit in opere castri nostri Bari credencierius et expensor... ordinatus... provideri sibi de expensis... dignaremur... precipimus, quatinus... expensas ipsas, ad rationem de tro. aur. 10... per diem... sibi... debeas exhibere... Dat. apud turrin s. Herasmi XXIII. aprilis VIII. ind.

639.

Neapel 1280 Mai 13.

RA 1270 B n. 8 f. 108<sup>b</sup> bis 109<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Bari) etc. Pro parte universitatis hominum Bari nostrorum fidelium maiestati nostre porrecta peticio continebat, quod tu pretestu cuiusdam mandati nostri<sup>2)</sup> olim directi de faciendis fieri de novo in castro Bari certis portis et posterulis de bonis et novis lignaminibus placatis de ferro necnon de faciendo elevari in altum turrin, que dicitur magnam, iuxta altitudinem aliarum turrium eiusdem castri et de faciendo reparari fossato ipsius iuxta provisionem in curia nostra factam per universitatem Bari et aliarum convicinarum terrarum, que tenentur ad hoc, universitates predictas, que, sicut asseritur, non ad aliquam constructionem de novo ipsius castri, set tantum ad reparationem tenentur ipsius, ad faciendas dictas portas et posterulas ac predictam turrin elevandam in altum et fossatum ipsum fodendum de novo, que quidem non reparacio set de novo constructio esse dicuntur, minus iuste compellis et multipliciter inquietas<sup>a)</sup>; propter quod celsitudini nostre supplicarunt humiliter, ut, cum ipse universitates parate sint omnia, que reparacione indigent<sup>b)</sup> et non constructione de novo in dicto castro, iuxta indigentiam expensis eorum, prout expedit, reparare, providere super hoc eis secundum iusticiam dignaremur. nos autem ipsorum in hac parte supplicacionibus inclinati, cum nolimus universitates ipsas ad indebita minus iuste compelli... mandamus, quatinus universitates ipsas ad elevacionem dicte turris et constructionem domorum ipsius castri construendarum de novo nullo modo compellas, ipsas tantum ad faciendum fossatum portas et posterulas et pontem ipsius castri ad expensas eorum, prout tenentur ad hoc, debita cohercione compellas. et de reparacione huiusmodi fossati portarum posterularum et pontis per homines fideles ipsius provincie et expertos in talibus extimacionem iustam et congruam fieri facias ipsamque inter homines universitatum Bari et aliarum terrarum convicinarum, que tenentur ad hoc, pro rata presentis generalis subvencionis imponi facias taxari atque recolligi, ita quod ad reparacionem ipsorum procedi valeat expedite; caventes

<sup>a)</sup> inquietate.<sup>b)</sup> fehlt Reg.<sup>1)</sup> Trifone p. 62 n. 48.<sup>2)</sup> Vielleicht das Mandat n. 630.

ne pretextu reparacionis ipsius maior pecunie quantitas, quam ipsa reparacio extimata fuerit, predictis universitatibus aliquatenus imponatur, ita quod ad nostram propterea ulterius recurrere curiam non cogantur. Dat. Neapolim XIII. madii VIII. ind.

640.

Neapel 1280 Mai 24.

RA 1270 B n. 8 f. 109<sup>a</sup>. RA 1279/80 A n. 36 f. 59<sup>b</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Bari) etc. . . . precipimus, quatinus in capella nostra castri Bari altare et sedilia de lignaminibus fieri facias cum iustis et moderatis expensis faciendis per manus Thomasii de Caloiohanne et Mathie de Ruga de eadem terra expensorum et credenciorum operis dicti castri de pecunia curie nostre, quam sive de presenti generali subvencione iurisdictionis tue vel aliunde ipsis in sufficienti propter hoc exhibeas quantitate; apodixam inde ydoneam recepturus; et significaturus nobis et magistris racionalibus etc. quantitatem pecunie, quam eis propterea duxeris exhibendam. nos enim modicam esse credimus pro negotio ipso pecuniam oportunam. Dat. Neapoli XXIII. maii.

641.

Neapel 1280 Mai 25.

RA 1270 B n. 8 f. 109<sup>ab</sup>. RA 1279/80 A n. 36 f. 59<sup>b</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Bari). Scire te volumus, quod quesitis . . . quaternis exitus racionis . . . tui in officio precessoris, inventum est per eosdem, quod satisfacit Lietardo de Sumevera superastanti operis castri Bari de gagiis suis per totum XV. mensis ianuarii . . . VIII. ind<sup>1</sup>): unde . . . precipimus, quatinus a XVI. dicti mensis . . . usque nunc et inantea . . . eidem . . . gagia sua . . . exhibere procures . . . Dat. Neapoli XXV. maii.

642.

Melfi 1280 Juli 13.

RA 1270 B n. 8 f. 113<sup>b</sup> bis 114<sup>b</sup>. — Auszug: *Minieri, Regno 1280 p. 24.*

Iusticiario Terre Bari etc. Benigne receptis et intellectis litteris et capitulis tuis per te nuper culmini nostro missis ad singula in eis contenta nostrum tibi duximus beneplacitum rescribendum: [1] ad primum sane, quod scripsisti te recepisse a nostra excellentia in mandatis<sup>2</sup>), ut in cappella castri nostri Bari fieri faceres formam unam pro luce, que sit illius qualita<sup>3</sup>is et mesure, cuius est forma cappelle<sup>3</sup>) palacii nostri vivarii s. Laurentii de Fogia, iuxta provisionem tamen et designacionem mag. Petri de Angicuro, qui est a nobis exinde informatus, et opere ipso per magistros et alios te presente diligenter et fideliter extimato illud concederes ad exstallium pro ea quantitate pecunie, pro qua opus ipsum exstimari contingeret, vel etiam pro minori, aut si forte exstalleriorum defectu coram te non apparencium opus predictum ad exstallium concedi non posset, ipsum ad credenciam fieri faceres cum iustis necessariis et moderatis expensis curie nostre, que extimacionem ipsam aliquatenus non excederent, si id posset fieri bono modo, et quod predictus mag. Petrus de Angicuro super designanda tibi forma predicta a te, ut asseris, requisitus respondit, te exinde verbo vel litteris informari non posse, set informacionem ipsam a mag. Iohanne de Merula, qui de forma ipsa est per nostram excellenciam informatus, pro parte curie nostre reciperes et secundum provisionem ipsius procedereres ad formam ipsam celeriter faciendam; propter quod dictus mag. Iohannes ad requisicionem tuam ad opus ipsum accedens — iam est mensis unus et medius — ad faciendam formam ipsam inceptit procedere, datis sibi per te magistris lapidibus et aliis necessariis pro tempore supradicto: tibi rescribimus, quod tuum studium exinde merito commendantes placet nobis, quod forma ipsa fiat, sicut predictur, illius qualita<sup>3</sup>is et mesure, cuius est forma predictae cappelle palacii nostri vivarii s. Laurentii, simplex tamen de vitro albo et sine aliquibus imaginibus vel picturis; quem mag. Iohannem exinde informare studeas, ut sic simpliciter et de vitro albo ac sine imaginibus vel picturis aliquibus per eum forma predicta fiat. et quia significasti, quod secundum assertionem magistrorum in eodem opere laborancium creditur, quod in opere ipso oportebit expendi circa unc. aur. 100, de significacione huiusmodi valde cogimur amirari, cum non<sup>b</sup>) racionari nec considerare possimus, in quibus<sup>c</sup>) rebus et operis tam immoderata pecunia sit necessaria expendenda; quocirca fidelitati tue precipimus, ut iuxta tenorem prioris mandati nostri et presentis etiam ad faciendam formam ipsam pro luce in cappella predicta debita sollicitudine et studio diligenti etiam intendens, expensas in eodem opere necessarias sic moderate facias et fieri facias, quod tui racionii tempore racionabiliter admittantur; secus autem, quod ultra veritatis et modestie terminos in eodem opere expensum

\*) *fehlt Reg.*    b) nos.    c) libris.1) *Vgl. n. 635.*    2) *n. 636.*

ostenderis, in dampnum tuum admittes et tibi nullo modo mandabimus computari. scire enim te volumus, quod intentionis nostre non est, ut in predicta forma facienda tam immoderate et superflue pecunie quantitates expendantur, eo precipue, quod ipsam de novo simpliciter fieri providimus de vitro albo tantum et, sicut predictur, sine aliquibus imaginibus vel picturis. arguimus tamen te et merito proinde videris suspectus, quod exstimacionem predictae forme, si facta extitit, prout de mandato nostro fieri debuit, ad nostram curiam non misisti, set aucupando significas, quod in opere ipso creduntur expendi debere unc. aur. 100. ideoque tibi rescribendo precipimus, ut exstimacionem ipsam fideliter et legaliter factam sub sigillo tuo nobis et magistris racionalibus magne curie nostre destinare procures, per quam, si fideliter et legaliter facta fuerit<sup>d)</sup>, de expensis ipsis reddi poterimus certiores. [2] ad aliud quoque capitulum, per quod nostre excellentie intimasti, quod palacium nostrum terre Maui totaliter est completum et restat facienda cisterna prope ipsum palacium et murus pro curti cum porta una introitus eiusdem curtis in eodem muro, quod opus cisterne et muri eiusdem curtis per probos ydoneos et sufficientes viros de Baro fecisti, ut asseris, diligenter et suptiliter exstimari, per quos inventum est, quod totum opus tam cisterne quam muri fieri poterit pro unc. aur. 125 tar. 15 et gr. 15 . . . et indubitans, utrum nostre placeat magestati, quod tanta pecunie quantitas<sup>e)</sup> pro eodem opere expendatur, nostram celsitudinem proinde consultasti, petens tibi super hoc reserari: sic tibi duximus respondendum, quod exstimacionem ipsam nullatenus acceptantes<sup>f)</sup>, inmo penitus reprobantes, certum esse te volumus, quod totum opus dicti muri tibi non aliter in tuo racionio computabitur, nisi quod bono modo fieri credimus ad racionem de tar. aur. 6 . . . per cannam. opus vero cisterne, si bonum fuerit et iuxta provisionem nostram et dicti mag. Petri de Angicuro statuti super operibus nostris, qui de opere ipso est a nostra excellentia informatus, factum fore constiterit iusto moderato et competenti precio, sicut racionabiliter visum fuerit, mandabimus computari. et cum in ipsius cisterne et muri constructione omnem per te volumus studium et sollicitudinem adhiberi, tibi . . . precipimus, ut in acceleratione ipsius operis non parcendo persone laboribus sic ferventer intendas, quod in adventu nostro ad partes ipsas, qui erit per totum mensem septembris primo futurum Domino concedente, in predicta cisterna completa aquam inveniamus et murus predictae curtis eiusdem palacii totaliter sit completus. [3] et quia per ultimum capitulorum ipsorum nostre excellentie scripsisti, tibi per litteras nostras<sup>g)</sup> nuper fuisse iniunctum, ut in predicta cappella castri nostri Bari fieri facias altare et sedilia de lignaminibus, ad que facienda iam procedere incepisses, nisi quia oportet te expectare, donec fiat forma, quia<sup>h)</sup>, si ante fierent, leviter frangi possent, et propterea super hoc nostra consciencia consultata supplicasti culmini nostro, ut mandatum et beneplacitum nostrum tibi super hoc rescribere digneremus: tibi taliter respondemus, ut altare ipsum tantum de lignaminibus in continenti in eadem cappella fieri facias, sicut habes a nostra celsitudine in mandatis, et quando predicta forma fiet pro luce, aliquod obstaculum ante dictum altare per magistris in eodem opere laborantes poni facias, ne<sup>h)</sup> predicto altari fiat aliquod nucumentum. sedilia vero in eadem cappella fieri nolumus, eo quod propter loci artitudinem non videntur ibi sedilia opportuna. [4] preterea quia opus palacii castri nostri Bari celerem complimentum habere plurimum affectamus, eo quod in predicto adventu nostro ad partes ipsas ibi intendimus feliciter hospitari, . . . precipimus, quatinus qualibet negligentia pretermissa sic instanter ad ipsius intendas et intendi facias complementum, quod totaliter factum et completum sit in termino supradicto; sciturus pro certo, quod, si, quod absit, palacium ipsum in eodem termino completum non fuerit, . . . contra personam tuam maiestatem nostram sencies<sup>i)</sup> indignatam. Dat. Melphe anno Domini 1280, mense iulii, XIII. die eiusdem, VIII. ind.

d) fueris.

e) quantitate.

f) accentantes.

g) quam.

h) nec.

i) sciens.

## 643.

Brindisi 1280 November 5.

RA 1281 B n. 42 f. 82<sup>a</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1280 p. 32.

Eidem iusticiario (Terre Bari) . . . litteris tuis . . . per quas significasti, te dudum habuisse a nostra celsitudine in mandatis<sup>2)</sup>, ut turrim, que est supra portam magnam castri Bari ad modum aliarum turrium faceres<sup>3)</sup> elevari et fieri antepectorale et mergulos in eadem, et, cum ad elevandum turrim eandem pridie processeris, nobis ibidem feliciter existentibus, inspecto eo, quod in ea factum et laboratum est, providimus et oretenus tibi mandavimus, ut opus ipsum per unam tantum lineam construendam circumcirca turrim eandem et non ulterius augetur; unde, quia linea ipsa totaliter est completa, sicut scribis ex assertionem<sup>b)</sup> extallerii eiusdem operis accepisse, tibi nostram<sup>c)</sup> celsitudinem consultantis, quid<sup>d)</sup> de opere ipso

a) facere.

b) exertione.

c) nostrum.

d) quod.

1) n. 640.

2) n. 639.

inantea sis facturus, taliter respondemus, quod, si linea ipsa completa est, de laborando ulterius in eadem turri supersedeas. . . usque ad. . . adventum nostrum. . . , quod<sup>e</sup>) erit in proximo. . . , in quo de opere dicte turris presencialiter intendimus providere. tu tamen ex nunc lignamina et alia omnia oportuna prepares. . . , ut statim, ut in eodem adventu nostro, quaecumque opus in eadem turri providerimus, absque mora qualibet fieri possit. Dat. Brundusii V. novembris.

<sup>e</sup>) so Reg.

644.

Siehe n. 396.

Orvieto 1281 Juni 3.

645.

Siehe n. 397. introitus § 1. exitus § 7, 9—12.

Orvieto 1281 Juli 5.

646.

RA 1284 B n. 48 f. 45<sup>b</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1283 p. 22.

Neapel 1283 Dezember 10.

Universitati hominum civitatis Bari<sup>1</sup>). Licet olim ad vestre requisicionis instanciam licenciam vobis duxerimus concedendam, civitatem vestram murorum ambitu circundandam, ut in illa essetis ab inimicorum insultibus, quibus previderatis non inconsulte cavendum, sub regia nostraque felicitate securi, quia tamen quorundam habet assertio, quod ex huiusmodi constructione murorum multarum gravamini oneribus expensarum, et ipsarum pretextu non solum a vobis, quod est propterea oportunum, exigitur, verum valde superfluum per aliquos in modum depredationis habetur, vobis in hiis ad presens providimus deferendum, presertim cum divina faciente clemencia sic continuo regie nostreque vires potestatis excrescant, quod regalis clippei securitate protecti nullas hostium timeatis offensas, qui eas a vobis, velud sibi proprius imminentes, evadere non confidunt, et tandem, cum pro futuro nostro passagio subventionem a vobis, sicut ab<sup>b</sup>) aliis regni fidelibus requiri iuxerimus, quam dictorum murorum constructio vobis forsitan efficeret graviorem, quamquam, prout vestre fidei constancia manifestat, nil aput vos gravitatis inportet, quod regiis nostrisque cedat profectibus et augmentis: quare volumus et vobis strictius inhibemus, ne ad constructionem murorum ipsorum et pro illis pecuniam exigendam absque speciali regio vel nostro mandato ulterius procedatis. Dat. Neapoli die X. decembris XII. ind.

<sup>a</sup>) et.

Neapel 1283 Dezember 16.

647.

Siehe n. 414.

## Castrium Baroli.

(Barletta.)

648.

RA 1269 B n. 4 f. 198<sup>a</sup>. — Auszug: Minieri, Alcuni fatti p. 48.

Foggia 1269 April 20.

Iusticiario eidem (Terre Bari). Intelleximus, quod homines Baroli consueverunt et tenentur castrum Baroli propriis sumptibus reparare. quare. . . mandamus, quatinus castrum ipsum per eosdem homines facias<sup>a</sup>) reparari, prout extitit hactenus consuetum. . . Dat. Fogie XX. aprilis XII. ind.

<sup>a</sup>) fehlt Reg.

Corato 1273 November 21.

649.

RA 1273 A n. 18 f. 196<sup>b</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1273 p. 60.

Guilielmo de Niversa et Philippo de Terreno de Barolo. Cum sit in nostra presencia necessario noviter ordinatum, quod in extimacione reparacionis castri nostri Baroli facienda iuxta provisionem Iohannis de Alneto militis marestalle nostre magistri et Calquerii de Tellone. . . quos ad hoc specialiter destinavimus, duo fideles et ydonei viri de Barolo debeant interesse, per quos pecunia necessaria pro opere reparacionis

<sup>1</sup>) Aussteller ist Karolus primogenitus als Generalviskar.

huiusmodi . . . expendatur, vos . . . super hoc duximus statuendos . . . et quia nolumus, vos in predictis serviciis expensis propriis laborare, placet nobis, ut . . . quilibet vestrum retineat vobis gr. 10 per diem . . . Dat. Caureti 1273, mense novembris, XXI. eiusdem, II. ind.

## 650.

Corato 1273 November 21.

RA 1274 B n. 21 f. 151<sup>ab</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Bari). Cum velimus, quod castrum nostrum Baroli debeat reparari, ac confisi de fide et legalitate Guilielmi de Niversa et Philippi de Tarreno de Barulo . . . ipsos statuerimus, ut interesse debeant extimacioni castri ipsius reparacionis, . . . et quod predicti . . . tibi assignent per eorum litteras quantitatem pecunie extimatam necessariam et oportunam . . . , ut eam imponas . . . hominibus universitatis Baroli . . . : mandamus, quatinus illam quantitatem pecunie . . . imponas . . . hominibus universitatis eiusdem terre . . . Dat. Caurati XXI. novembris II. ind.

## 651.

Venosa 1274 Oktober 13.

RA 1274 B n. 21 f. 318<sup>b</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Bari). Pluries tibi . . . mandavimus<sup>1)</sup>, ut collectores pecunie imposite hominibus Baroli pro reparacione castri eiusdem terre compelleres ad solvendum incontinenti expensoribus dicti operis totam pecuniam per eos exinde relectam . . . verum, cum id non feceris . . . , precipimus, quatinus . . . totam pecuniam relectam . . . eidem expensoribus facias . . . assignari . . . , ut in reparacione dicti castri continue possit procedi . . . Dat. Venusii XIII. octobris III. ind.

## 652.

Monteforte Irpino 1275 Juli 15.

RA 1274 B n. 21 f. 337<sup>a</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Bari). Pluries tibi . . . mandavimus, ut, quia per expensores statutos super reparacione castri nostri Baroli nobis expositum extitit, quod . . . collectores pecunie imposite . . . in eadem terra . . . certam quantitatem pecunie . . . apud se detinuerunt et detinent, propter quod in reparacione ipsius castri procedi non poterat, ipsos collectores . . . compelleres ad solvendum . . . totam pecuniam . . . : precipimus, quatinus collectores . . . ipsos . . . ad solvendum . . . eam . . . compellas . . . *Es folgen die Namen der Collectores und die Summen (zusammen 122 Unzen 29 Tar. 5 Gran), die jeder von ihnen gesammelt haben soll.* Dat. apud Montemfortem XV. iulii III. ind.

## 653.

Neapel 1275 Oktober 23.

RA 1275 A n. 22 f. 84<sup>a</sup>. — Auszug: *Minieri, Regno 1275 p. 36.*

Eidem iusticiario (Terre Bari). Cum velimus, quod in opere castri nostri Baroli . . . procedatur sollicitate . . . , precipimus, quatinus omnes et singulos de terra ipsa, qui pecuniam eis taxatam pro eodem opere tenentur exolvere, ad satisfaciendum inde expensoribus ipsius operis, ut per eos in dicto opere expendatur, districte compellas. volumus eciam, ut una cum quatuor fidelibus et probis viris de terra ipsa . . . exquiras . . . , si per expensores ipsos tota pecunia . . . in expensis ipsius operis est conversa, et, si quid de pecunia ipsa . . . in ipso opere defuerit convertendum, id totum in opus ipsum expendi et converti facias . . . per eosdem . . . Dat. Neapoli XXIII. octubris IIII. ind.

## 654.

Neapel 1276 März 28.

RA 1291 A n. 54 f. 100<sup>a</sup>. — *Schulz IV 111 n. 295 (unter falschem Jahre).*

XXVIII. marcii IIII. ind. apud Neapolim. Iusticiario Terre Bari<sup>2)</sup>. Quia<sup>a)</sup> significaverunt nobis Philippus de Terreno et heredes quondam Guilielmi de Niversa receptores et expensores operis palacii regii castri Baroli, quod ad totalem complementum operis palacii eiusdem castri procedi non potest ob defectum pecunie, pro eo precipue, quod infrascripti collectores subscriptorum pictagiorum<sup>b)3)</sup> eiusdem terre de quantitate pecunie, quam pro reparacione dicti castri in eisdem pictagiis taxare et recolligere habuerunt, infrascriptam quantitatem eisdem expensoribus solveere distulerunt . . . : videlicet collectores pictagii Burgi unc. aur. 8 tar. 8 et gr. 5; collectores pictagii s. Stephani unc. 25 tar. 25 et gr. 15; Rogerius de Arnic(o)<sup>c)</sup>

<sup>a)</sup> qui.    <sup>b)</sup> pictagiarum.    <sup>c)</sup> oder Arnic(e).<sup>1)</sup> Vgl. n. 650.    <sup>2)</sup> Aussteller ist Robertus comes Atrebatensis als Generalvikar.    <sup>3)</sup> pictagium, auch pectacia bezeichnet den Stadtbezirk, das Quartier. Siehe Cod. dipl. Barese VIII 503 und Santeramo, Cod. dipl. Barlettano I 356.

collector pictagii Marsicani<sup>d)</sup> unc. 16 tar. 23 et gr. 13; Rogerius de Caroangelo collector pictagii s.<sup>e)</sup> Sepulcri unc. 7 tar. 29 et gr. 11; collectores pictagii s. Marie unc. 1 tar. 24 et gr. 2; collectores pictagii Cambii tar. 25 et gr. 19; et de residuo veteris collecte unc. 20: . . . (mandamus), quatinus. . . collectores ipsos ad exhibendum predictis expensoribus predictam pecuniam. . . , si recollecta est, et, si recollecta non est, collectores ipsos ad colligendum et debitores singulos ad solvendum per omnia bona eorum et per personas etiam. . . instantissime compellatis et pecuniam ipsam totam dictis expensoribus faciatis. . . assignari. . .

<sup>d)</sup> *Im Cod. dipl. Barlettano I 374: Marcinani.*

<sup>e)</sup> *fehlt Reg. Ergänzt nach Cod. dipl. Barlettano I 374.*

## 655.

Rom 1276 Juni 8.

RA 1275 A n. 22 f. 94<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Bari) etc. [1] Befehl gemäß n. 163 I § 7. [2] et quia intelleximus, quod turris et domus, que fiunt de novo in castro nostro Baroli, prout sperabamus, non sunt complete, . . . precipimus, quatinus apud prepositos eiusdem operis oportune et etiam importune instes<sup>a)</sup>, quod opus ipsum usque pro totum proximum futurum mensem augusti ad plus et alia, que facienda erunt ibidem, totaliter compleantur, cum intentionis nostre sit, sequenti mense septembris future V. ind. venire Barolum et in castro ipso morari Domino concedente. [3] quicquid autem mag. Petrus de Angicuria . . . super faciendis ciminedis<sup>b)</sup> cameris archeriis et aliis in opere dicti castri providerit faciendum, iuxta provisionem suam fieri facias et compleri per prepositos supradictos. [4] preterea quod nobis extitit intimatum, quod unus de prepositis operis castri Baroli in fata decessit, volumus, quod iuxta electionem hominum Baroli alium probum virum ydoneum et fidelem loco eiusdem mortui debeas deputare; rescripturus magistris racionalibus etc. nobiscum morantibus, quicquid super hiis omnibus duxeris faciendum. Dat. Rome VIII. iunii IIII. ind.

<sup>a)</sup> *fehlt Reg.*

<sup>b)</sup> *cimineis.*

## 656.

Venosa 1277 Juni 3.

RA 1276 / 77 A n. 27 f. 118<sup>b</sup> bis 119<sup>a</sup>. — *Auszug: Minieri, Regno 1277 p. 25—26.*

Eidem (iusticiario Terre Bari). Cum extra castrum nostrum Baroli maças et in eodem castro capellam et alia opera infrascripta providerimus facienda, sicut inferius describuntur, que omnia extimata sunt posse fieri pro infrascripta pecunie quantitate, prout de singulis inferius particulariter continetur<sup>a)</sup>, videlicet:

[1] quod murus fundamenti macçie ipsius castri, que fiet ex duabus partibus civitatis, distabit a muro castri per cannas 3; et murus ipse totus debet esse altitudinis cannarum 6 et amplitudinis palmorum 3. item murus fundamenti alterius macçie faciende ex parte maris distabit a muro ipsius castri per palmos 5; et debet ascendere usque ad primum relaxiande; et debet esse murus macçie ipsius amplitudinis palmorum 5. et murus fundamenti alterius macçie faciende ex parte, ex qua est introitus et exitus ipsius castri, videlicet ex parte hospitalis, distabit a muro ipsius castri per cannas 2 et palmos 4, sicut murus ipse inceptus est; et debet ascendere usque ad cannas 5; et erit murus ipse amplitudinis palmorum 3. que omnes predictæ macçie extimate sunt posse fieri computatis lapidibus calce mercede magistrorum fabricatorum et manualium et aliis necessariis expensis ad rationem de tar. aur. 12 pro qualibet canna murorum predictarum omnium macçiarum, que debent esse canne 697<sup>1</sup>/<sub>2</sub>, pro unc. 279. [2] et fundamenta ipsarum macçiarum extimata sunt posse cavari explanari et aptari terra, ubi macçie ipse fieri debent, pro unc. 100. [3] item fiet arcus unus de muro duplici intus in palatio novo eiusdem castri a terra usque ad tabulatum ipsius palatii, qui extimatus est posse fieri computatis lapidibus calce mercede magistrorum et manipulorum et aliis expensis pro unc. 3. [4] item fiet murus unus de tufis pro pedaneis supra ipsum de cannis 15 cum porta una, qui erit amplitudinis palmorum 2<sup>1</sup>/<sub>2</sub>, sicut est alius murus, qui extimatus est posse fieri pro unc. 6. [5] item murus camere regine Sicilie carissime consortis nostre debet erigi usque ad tectum, sicut inceptus est, qui extimatus est<sup>b)</sup> posse fieri pro unc. 2. [6] item fieri debent terracie de lapidibus parvis calce et arena in sala et cameris ipsius palatii, que extimate sunt posse fieri omnibus computatis pro unc. 12. [7] item pro aptanda<sup>c)</sup> cimineda, videlicet pro cannone ipsius ciminede magis elevando in altum, necessarii sunt tar. 15. [8] item fieri debet capella in dicto castro cum fenestris supra altare et cum portis, pro qua facienda fieri debent canne murorum 32, que extimate sunt posse fieri computatis lapidibus calce terra et aliis minutis expensis ad rationem de tar. 12 per cannam pro unc. 12 tar. 24. [9] item debent fieri appendicie ex parte ipsius civitatis Baroli versus s. Mariam, a loco videlicet, ubi erit capella, usque turrim; et erunt longitudinis

<sup>a)</sup> *fehlt Reg.*

<sup>b)</sup> *qui extimatus est fehlt Reg.*

<sup>c)</sup> *aptandis.*

dicte appendicie, sicut nunc sunt, et amplitudinis cannarum 3 $\frac{1}{2}$  sine muris et altitudinis ex parte interiori palmorum 14; et murus interior erit crossitudinis palmorum 3; que extimata sunt posse fieri pro unc. 20. [10] item fieri debet falsa<sup>d)</sup> posterula in angulo turris; et fient gradus descendendo ad ipsam falsam posterulam. que extimata est posse fieri pro unc. 12.

que tota predicta pecunia extimacionis omnium predictorum est in summa: unc. 447<sup>1)</sup> et tar. 9.

... precipiendo mandamus, quatinus omnia supradicta opera concedenda fore ad<sup>e)</sup> extalium in Barolo Trano et aliis locis famosis vicinis eidem terre Baroli receptis presentibus facias publice subastari. et si aliqui apparuerint, qui tam predictas maccias quam predicta alia omnia opera, que in castro ipso fieri volumus, velint fieri facere et compleri ad extalium usque per totum mensem aprilis proximo venturum VI. ind. pro predicta quantitate pecunie, pro qua predicta opera extimata sunt posse fieri, vel forsitan pro minori, maccias et opera ipsa omnia eis ad extalium pro parte curie nostre concedas. et incontinenti ordines in opere ipso aliquem virum ydoneum sufficientem divitem et expertum in talibus, qui continue intersit in eodem opere et videat procuret et instet apud extallerios vel extallerium ipsius operis, quod omnia opera ipsa fieri bene studiose et diligenter de bonis lapidibus calce et arena et per bonos magistros, secundum quod opera ipsa extimata sunt superius fieri debere; ita quod nullo umquam tempore occasione defectus committendi in operibus ipsis aliquod possit intervenire sinistrum de operibus supradictis. super quo eidem superastanti commissionem per litteras tuas cum inserta forma presentium facias, predicens eidem, quod sic sollicito et diligenter ac super hoc oculis apertis intendat, quod opera ipsa diligenter et fideliter ac bene fiant et compleantur et nullus in eis omnino defectus interveniat, quia dolum fraudem sive defectum totum, si quis occasione negligentie sue intervenerit, de suo proprio nostre curie suppleri mandabimus preter penam aliam, cui eum alte et basse iuxta nostrum beneplacitum volumus subiacere; nichilominus tibi, qui eundem superastantem elegeris et qui debes sufficientem et legalem eligere, de toto defectu culpa fraude vel dolo committendo per eum tuis humeris et tue substantie inherentes. et recipias ab eis sufficientes et ydoneos fideiussores, in ea videlicet quantitate, de qua fideiussores dare poterunt, approbandos per ydoneos et sufficientes approbatores. quibus fideiussoribus ab eis receptis, extalleriis ipsis pecuniam eis debitam pro extalio ipso, in ea videlicet quantitate vice qualibet, de qua sufficientes et ydoneos fideiussores tibi pro parte curie nostre dederint, postquam tibi constiterit per superastantem predictum, quod pecuniam, quam eisdem extalleriis dederis successive, per eos in eodem<sup>f)</sup> opere sit expensa; ita quod occasione pecunie opus ipsum differri aliquatenus non contingat; factis de huiusmodi fideiussoria cautione tribus scriptis<sup>g)</sup> publicis consimilibus, continentibus: formam presencium, maccias predictas et singula alia opera predicta, ut superius dicta sunt, nomina et cognomina extalleriorum, quibus opera ipsa concessa fuerint ad extalium, nomina et cognomina fideiussorum, quos ab eis receperis, nomina et cognomina approbatorum, qui fideiussores ipsos approbaverint, necnon et quantitatem pecunie, pro qua omnia predicta opera eis ad extalium concedentur; quorum uno tibi retento alio extalleriis ipsis dimisso tertium magistris racionalibus etc. sine mora transmittas. et ut ex defectu pecunie in operibus ipsis omnibus nulla dilatio committatur, per iusticiarium Aprucii, unc. aur. 219 tar. 3 et gr. 8 $\frac{1}{2}$ ... usw. wie n. 574 bis non fecerit mentionem. processum autem tuum, quem in predictis omnibus habendum duxeris, et sicut successive in predictis operibus procedetur, celsitudini nostre et predictis magistris racionalibus sepe sepius per tuas litteras studeas intimare. Dat. Venusii die III. iunii V. ind.

<sup>d)</sup> falca.    <sup>e)</sup> et.    <sup>f)</sup> eos.    <sup>g)</sup> transcriptis.

657.

Siehe n. 574.

Venosa 1277 Juni 11.

658.

RA 1276 A n. 25 f. 103<sup>v</sup>.

Similes<sup>2)</sup> facte sunt extalleriis seu credenceriis operis castri Baroli. Dat. ut supra (aput s. Gervasium die XX. iunii V. ind.).

S. Gervasio 1277 Juni 20.

659.

Siehe n. 576.

Lagopesele 1277 Juli 11.

660.

Siehe n. 577.

Lagopesele 1277 Juli 23.

<sup>1)</sup> Im Reg. ist die Summe irrig als unc. 497 tar. 9 angegeben.

<sup>2)</sup> Wie n. 575.



661.

*Siehe n. 578.**Lagopsole 1277 Juli 25.*

662.

*RA 1276/77 A n. 27 f. 128<sup>a</sup>.**Lagopsole 1277 August 10.*

Eidem (iusticiario Terre Bari) etc. Quia intelleximus nuper per Philippum de s. Cruce prothontinum Baruli militem consiliarium familiarem et fidelem nostrum, quod in operibus, que in castro nostro Baruli de novo fieri mandavimus, ea occasione, quod non comparuerunt aliqui, qui opera ipsa vellent fieri facere ad extalium, non proceditur contra nostre beneplacitum voluntatis, exinde non modicum ammirantes, . . . precipimus, quatinus, si opera ipsa ad extalium concedi poterunt, ea concedere debeas, servata forma exinde tibi data per litteras nostras<sup>2)</sup>, quas tibi inde dudum recolimus destinasse; et si ad extalium concedi non poterunt, statutis per te duobus fidelibus viris sufficientibus et ydoneis, de quibus tanquam de te ipso confidas, per quorum manus pecunia necessaria pro expensis ipsorum operum fideliter expendatur, ita quod in aliquo curia nostra fraudari vel circumveniri non possit de expensis huiusmodi modo quolibet fraude vel ingenio, super quo tibi incumbimus, in operibus ipsis continue et sine defectu quolibet procedi facias, ita quod ea occasione, quod forte ad extalium concedi non possunt, non remaneat, quin in eisdem operibus bene diligenter continue et sollicitè procedatur. utrum opera ipsa ad extalium concedantur, utrum quod fiant cum expensis curie nostre ad credenciam, si ad extalium concedi non possunt, extalleriis ipsorum operum, si ad extalium concedentur, vel expensoribus credenseris, quos ad hoc predicto modo statueris, successive pecuniam pro expensis ipsorum operum de pecunia curie, quam tibi per certos iusticiarios regni nostri mandavimus assignari, vel, si de ea sic pre manibus non haberes, de quacumque fiscali pecunia et etiam de pecunia presentis generalis subventionis in tua iurisdictione inopite, que est vel erit per manus tuas, quam postmodum de predicta pecunia restituas tibi ipsi, sine defectu et difficultate qualibet debeas exhibere. et sic apud extallerios vel credenserios ipsorum operum instes sollicitè et ardentè, quod omnia opera ipsa, sicut provisà et extimata sunt fieri debere, prout distinte continent littere nostre dudum exinde tibi misse, bene studiose et diligenter fiant et celeriter compleantur. et illam super hoc diligenciam sollicitudinem et instantiam adhibeas et facias adhiberi, quod ex continuo laudabili et celeri processu ipsorum operum occurras nostris expectibus meritorum obsequiis commendandus et nota negligencie reddimatur, que in his actenus dignoscitur commissa fuisse. de omni enim defectu et insufficientia illorum, quos super predictis expensis ad credenciam faciendis statueris, si opera ipsa ad extalium concedi non poterunt, tibi totaliter curia nostra incumbit. processum vero tuum totum, quem in premissis omnibus habendum duxeris, statim celsitudini nostre et magistris racionalibus magne curie nostre et deinde successive, sicut in eisdem operibus procedetur, per litteras tuas distinte et particulariter significare procures. Dat. apud Lacumpensilem X. augusti V. ind.

663.

*Siehe n. 580.**Lagopsole 1277 September 11.*

664.

*RA 1278 D n. 31 f. 14<sup>b</sup>.**Melfi 1277 Oktober 8.*

Iusticiario Terre Bari. Quia intelleximus, quod in opere castri nostri Baroli tepide ac remisse proceditur, volentes, quod opus ipsum, cuius perfectio satis residet cordi nostro, celeriter compleatur, sicut tibi iam sepe scripsimus. . . , tuam super hiis habitam negligentiam arguentes . . . precipimus, quatinus sic sollicitè diligenter et celeriter facias in opere ipso incessanter procedi, quod ex celeri perfectione ipsius operis satisfacias cordi nostro et tuum exinde studium commendemus. Dat. Melfie die VIII. octubris.

665.

*RA 1278 D n. 31 f. 101<sup>b</sup>.**Melfi 1277 Oktober 9.*

Philippo de s. Cruce. Quia intelleximus *usw. gleichen Sinnes wie n. 664.* Dat. ut supra (Melfie VIII. octubris VI. ind.).

666.

*RA 1278 D n. 31 f. 15<sup>b</sup>.**Foggia 1277 Oktober 17.*

Iusticiario (Terre Bari). Sabinus magistri Andree et Basilius de Karissima<sup>a)</sup> de Andria magistri scapatores lapidum. . . exposuerunt, quod, cum ad laborandum in opere castri nostri Baroli commorentur,

\*) K<sup>m</sup>a.

1) n. 656.

Marcus magister iuratus Andrie occasione mandati tui sibi facti de mittendis ad curiam duobus scappatoribus lapidum de melioribus magistris Andrie . . . mandavit eisdem, ut ad nostram curiam se conferrent. cumque nolimus in opere ipsius castris nostri Baroli . . . aliquem prorsus intervenire defectum, . . . precipimus, quatinus . . . eos ab opere ipso non retrahas nec per alios retrahi paciaris. . . . Dat. Fogie, mense octubris, XVII. eiusdem, VI. ind.

**667.***RA 1278 D n. 31 f. 19<sup>a</sup>.**Lucera 1277 Oktober 26.*

Eidem (iusticiario Terre Bari). Selictus et Robertus de Andria magistri scappatores lapidum usw. *benso wie n. 666.* Dat. ut supra (ibidem (Lucerie) XXVI. octubris).

**668.***Siehe n. 582.**Neapel 1277 November 24.***669.***Siehe n. 583.**Neapel 1277 Dezember 17.***670.***Siehe n. 584.**Neapel 1278 Januar 8.***671.***RA 1278 D n. 31 f. 159<sup>b</sup>.**bei Capua 1278 Februar 26.*

Philippo de Terreno et Pascali Russo<sup>a</sup>) de Barulo expensoribus operis castris Baroli. . . . mandamus, quatinus ad requisitionem mag. Petri de Angicuria . . . secundum designationem et provisionem ipsius in opere taluti castris Baroli procedere debeatis, quod opus ipsum bene et celeriter fiat iuxta nostre beneplacitum voluntatis. Dat. ut supra (ibidem (apud turrim s. Herasmi prope Capuam) XXVI. februarii).

<sup>a</sup>) *So Reg. Sonst heißt er Rubeus.*

**672.***Siehe n. 232.**bei Capua 1278 März 4.***673.***Siehe n. 586 I und II.**bei Capua 1278 März 8.***674.***Siehe n. 591.**bei Capua 1278 März 16.***675.***Siehe n. 592 I und II.**bei Capua 1278 März 17.***676.***RA 1278 D n. 32 f. 203<sup>a</sup>.**bei Capua 1278 April 18.*

Mag. Petro de Angicurt. Quia Philippus de Terreno et Pascalis Rubeus de Barolo expensores castris Baroli . . . significaverunt excellentie nostre per eorum litteras, quod tu super faciendo opere appenditiarum<sup>a</sup>) et opere etiam ecclesie, que fieri debent in eodem castro, certam provisionem et designationem de novo habuisti et super hoc nosram celsitudinem consularunt: . . . precipimus, quatinus . . . huiusmodi provisionem et designationem per te in operibus ipsis habitam et formam etiam prime provisionis inde habite, et in quo ipsa prima provisio mutanda fuerit, et ob quam causam, celsitudini nostre et magistris rationalibus. . . intimare procures, ut in instanti mandare possimus super hoc nostre beneplacitum voluntatis. Dat. apud turrim die XVIII. aprilis VI. ind.

<sup>a</sup>) *appenditiorum.*

**677.***Siehe n. 593.**bei Capua 1278 April 24.***678.***Siehe n. 595.**bei Capua 1278 April 26.*

679.

*Siehe n. 860 I und II.**Rom 1278 Mai 27.*

680.

*Siehe n. 860 III.**Rom 1278 Mai 27.*

681.

*RA 1268 A n. 1 f. 175<sup>b</sup>. RA 1276 B n. 26 f. 225<sup>aa</sup>.**Vicalvo 1278 Juni 24.*

Iusticiario Terre Bari et mag. Petro de Angicurt etc. Quia tu, mag. Petre, significasti celsitudini nostre per litteras tuas, te providisse, quod de opere taluti castri nostri Baroli, si fieret iuxta provisionem de eo in curia nostra factam, de levi poterat propter debilitatem ipsius sinistrum aliquod evenire, mutata provisione ipsa pro melioratione ipsius operis iniunxisti expensoribus eiusdem operis iuxta provisionem tuam in hiis per te de novo habitam, opus ipsum debere fieri in hunc modum: videlicet, quod murus medietatis ipsius taluti ex parte meridiei, qui restabat faciendus et provisum fuerat ipsum fieri a fundamento per totum amplitudinis palmorum 3 de canna, fiat crossitudinis palmorum 6 de canna a fundamento usque desuper terram, qui erat altitudinis palmorum 18, et abinde supra usque ad altitudinem cannarum 2 fieri debeat crossitudinis palmorum 5 et abinde inantea usque ad summitatem ipsius taluti grossitudinis palmorum 4; murus etiam ipsius taluti ex parte occidentis fiat secundum modum eundem. item murus alterius taluti ex parte maris, qui primo provisus fuerat fieri grossitudinis palmorum 5, fiat crossitudinis palmorum 9 a fundamento supra per totum usque ad relassum muri palatii castri predicti; et pro parte predictorum expensorum fuit nostre celsitudini supplicatum, ut, quia expense dicti operis propter mutacionem predictam assendant ad maiorem quantitatem pecunie, quam primo fuerint extimate, providere super hiis nostra serenitas dignaretur: . . . precipimus, quatinus provideatis et inspiciatis diligenter ac per magistros et alios fideles sufficientes viros expertos in talibus, qui non sint de Barulo, presentibus iudice et notario actorum tibi iusticiario per curiam nostram datis, in testimonio puplico faciatis legaliter et provide videre et extimari totum id, quod ultra provisionem in curia nostra de opere ipso habitam et Symoni de Bellovidere tui iusticiarii in officio precessori per litteras nostras<sup>1)</sup> datam, quas tibi iusticiario in pendenti per eum iussimus<sup>2)</sup> assignari, in opere ipso per te mag. Petrum iuxta provisionem tuam de novo super hiis habitam est additum et mutatum, necnon pro quanta quantitate pecunie huiusmodi addicio et mutacio ultra quantitatem primo extimatam fieri poterit et compleri; cantela super hiis diligenti et oportuna prehabita, ut exinde curia nostra circumveniri vel decipi nequeat, quoquo modo factis de provisione et extimacione ipsa quatuor scriptis puplicis, quorum uno cuilibet vestrum remanente alio eisdem expensoribus assignato quantum magistris racionalibus etc. destinatis. qua extimacione facta diligenter legaliter et provide, ut est dictum, et facta compensacione de addito et mutacione predictis cum quantitate extimacionis in curia nostra facte totum id, quod proportionaliter secundum compensacionem eandem pro addimento et mutacione predictis eis dandum fuerit ultra quantitatem pecunie, quam eisdem expensoribus pro dicto opere tu, iusticiarie, dare debes de ordinacione et mandato nostro iuxta tenorem predictarum litterarumstrarum predicto precessori tuo in officio directarum, quas ab eo in pendenti, ut dictum est, inter alia mandata pendentia recepisti, dictis expensoribus simul cum ipsa quantitate contenta in ipsis litteris pro dicto opere de quacumque pecunia curie nostre, que est vel erit per manus tuas, et in defectu alterius pecunie de pecunia presentis generalis subvencionis exhibeas, et exinde ydoneam recipias apodixam; significaturus per litteras tuas eisdem magistris racionalibus etc., quantum ultra provisionem predictam dictis expensoribus mense quolibet pro dictis mutacione et addimento duxeris exhibendum. quod si forte prefatus mag. Petrus in predicta terra presens non fuerit, tu, iusticiarie, cum predictis iudice et notario actorum ac magistris aliis ydoneis et sufficientibus viris expertis in talibus presens mandatum nostrum iuxta sui continentiam exequaris, ne forte ipsius mag. Petri absentia in mora processui dicti operis sit dampnosa. cappellam vero et appendicias dicti castri, de quibus tu, mag. Petre, nullam mutacionem fecisse scripsisti<sup>3)</sup>, fieri volumus iuxta formam et modum in curia nostra factum. et sic ferventer accelere predictorum operum complementum, quod nobis in proximo ad partes ipsas venientibus duce Deo inveniamus opera ipsa completa; scituri pro certo, quod si opera ipsa non fuerint diligenter et fideliter extimata, totum id, quod plus extimatum fuerit, quam ipsa rei veritas se habeat, a vobis et ab extimatoribus aliis iuxta constitutionem nostram<sup>4)</sup> de novo editam in curia nostra procul dubio exigi faciemus. Dat. apud Vicalvum die XXIII. iunii VI. ind.

<sup>1)</sup> n. 656.<sup>2)</sup> n. 586 II.<sup>3)</sup> Vgl. n. 676.<sup>4)</sup> Trifone p. 62 n. 48, Erlaß vom 7. April 1278.

682.

*Siehe n. 246.**Melfi 1278 Juli 10.*

683.

*I. RA 1268 A n. 1 f. 176<sup>b</sup>. RA 1276 B n. 26 f. 225<sup>b</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1278 p. 43.**Lagoposole 1278 Juli 17.*

Eidem iusticiario (Terre Bari) etc. Quia nuper nostra serenitas intellexit, quod totus murus parietis castri Baroli ex parte portus eiusdem terre prope ecclesiam eiusdem castri et turre antiqua nuper ceciderunt et corruerunt, dum foderetur ibidem pro maczia facienda, et hoc ob culpam negligenciam defectum aut malaciam creditur accidisse, quia, si in fodendo et in puntellando dictis muro et turri habita fuisset illa diligenciam et provisio, que haberi debuit, murus et turris predicti minime corruissent: quare . . . precipimus, quatinus . . . simul cum mag. Petro de Angicourt, quem illuc venire mandamus, diligenter et fideliter extimacionem faciatis, pro quanta quantitate fieri de novo poterunt murus et turris predicti, bene et studiose et statim murum et turrim predictos fieri facias in ea altitudine longitudine et amplitudine, quarum erant predicti murus et turris, per expensores dicti operis vel alios, ob quorum culpam negligenciam defectum aut maliciam murum et turrim predictos inveneris corruisse, si idonei et sufficientes sunt illi, qui in hoc defectum commiserunt, si alii sunt quam expensores predicti, et in ipsorum defectu per expensores ipsos, qui tales eligere et conducere habuerunt, qui docti essent in talibus et sufficientes, de propria pecunia eorundem, ut defectus et negligencia vel malicia eorum ad dampnum nostre curie non redundet. si vero predictorum expensorum bona ad id non sufficient, in ipsorum defectu ad expensas illorum de terra predictos murum et turrim in ea amplitudine altitudine et longitudine, in quibus prius erant, construi de novo facias et tot magistris et manipulos adhibeas in premissis, quod predicti murus et turris infra festum Omnium Sanctorum proximo futurum ad tardius compleantur. nos enim a te 200 unc. aur. et totidem ab universitate terre Baroli exigi faciemus, si predictum opus in predicto termino non fuerit percompletum. penam et terminum huiusmodi in hoc apponimus, quia nolumus, quod opus istud sicut alias in alio opere dicti castri retardetur. et quia nolumus in faciendo et complendo dicto opere aliquem intervenire defectum, volumus et mandamus, ut de quacunque pecunia curie nostre et in eius defectu de pecunia presentis generalis subventionis, que est vel erit etc., restituenda tibi ab expensoribus predictis et in eorum defectu ab universitate predicta pecuniam necessariam pro faciendo et complendo dicto opere debeas exhibere; rescripturus nobis incontinenti per litteras tuas, quidquid inveneris et feceris, ac totum processum tuum, quem habueris in premissis. Dat. apud Lacumpensilem XVII. iulii.

*II. RA 1278 D n. 32 f. 252<sup>ab</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1278 p. 43.**Mag. Petro de Angicuro. Schreiben entsprechend n. I. Dat. apud Lacumpensilem XVII. iulii.*

684.

*RA 1268 A n. 1 f. 44<sup>a</sup>. RA 1278 D n. 31 f. 22<sup>b</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1278 p. 45.**Lagoposole 1278 Juli 31.*

Iusticiario Terre Bari etc. Volentes, quod cortina murorum et turris castri Baroli, que nuper ruinam passe sunt, fiant et fabricentur de novo diligenter bene et studiose sine qualibet tarditate iuxta provisionem et ordinacionem mag. Petri de Angicurt. . . , quem ad hoc specialiter duximus ordinandum, . . . precipimus, quatinus . . . ad castrum ipsum cum iudice et notario actorum tibi per curiam nostram datis personaliter accedens, presente dicto mag. Petro et aliis eciam magistris fabricatoribus expertis in talibus, diligentem et legalem extimacionem fieri facias de omnibus expensis, quas fieri necessario oportebit pro fundamento dicte cortine et tam pro fundamento quam pro tota fabrica et opere dicte turris per se, et de expensis eciam necessariis pro cortina predicta similiter per se. quam turrim volumus esse rotundam. et turris ipsa et cortina sint de bonis lapidibus vivis. quam turrim et cortinam volumus esse illius longitudinis altitudinis et grossitudinis, quibus esse providerit predictus mag. Petrus. et facta extimacione ipsa, que legalis sit et fidelis, quantitatem pecunie, ad quam ascenderit extimacio fundamenti dicte cortine et fundamenti fabrice et operis dicte turris rotunde, inter homines ipsius terre Baroli secundum ratam presentis generalis subventionis impositae per curiam nostram in eadem terra recolligi facias et quantitatem pecunie, ad quam ascenderit<sup>a)</sup> extimacio cortine predictae, instanter exigas a Pascale Rubeo et Philippo de Terreno de Barolo in solidum olim expensoribus operis castri Baroli ob culpam, quam in casu predictae cortine et turris commisisse noscuntur. et eligas ac statuas incontinenti duos sufficientes ydoneos et fideles viros de terra ipsa, per quorum

<sup>a)</sup> ascendit.

manus fiant expense pro predictis omnibus operibus faciende. quibus expensoribus pecuniam pro expensis ipsis faciendis, sicut oportunitum fuerit, ita quod successive continue et bene in ipsis operibus procedatur, de quacumque fiscali pecunia et etiam de pecunia presentis generalis subvencionis, que est vel erit per manus tuas, nomine mutui debeas exhibere, restituendam tibi ipsi, videlicet quantitatem, quam mutuaveris pro expensis dicte cortine, a predictis Pascale et Philippo in solidum, et quantitatem, quam mutuaveris pro fundamento ipsius cortine fundamento et opere dicte turris rotunde, de pecunia recolligenda propterea ab hominibus Baroli, ut est dictum, ita quod tibi integre de pecunia curie nostre, quam predicto modo mutuaveris, satisfiat; iniuncturus predictis expensoribus, quos ad hoc statueris, quod in opere ipso procedant ac laborari et procedi faciant iuxta provisionem et ordinacionem dicti mag. Petri, et quod omnes expensas, que fient pro omnibus predictis operibus, faciant cum plena consciencia et noticia dicti mag. Petri et ipso presente et sciente, ita quod nichil inde conscienciam suam lateat. et de expensis ipsis omnibus, sicut particulariter fient, de die in diem fiant quaterni duo consimiles, continentes omnes expensas ipsas, sicut eas fieri contigerit, pro quibuscumque serviciis et rebus necessariis pro operibus ipsis, nomina illorum, quibus pecunia pro expensis ipsius operis soluta fuerit, et ob quam causam, et diem etiam solucionis, particulariter et distinte; unus videlicet per eosdem expensores, qui sigilletur sigillo dicti mag. Petri, et alius per eundem mag. Petrum, qui sigilletur sigillo expensorum ipsorum, ut de utroque quaterno debita collacio fieri possit. nichilominus expensores ipsi de omnibus, que propterea solverint, recipiant ydoneas apodixas. et ut in operibus ipsis bene et efficaciter procedatur, ita quod celeriter compleantur, exhibeas eisdem expensoribus de Barulo Andria et aliis terris iurisdictionis tue, ita quod continue et quolibet die in operibus ipsis sint, magistros fabricatores 24, incisores lapidum 12, manipulos 120 et currus 20 cum hominibus necessariis ad ducendos eos, quibus mercedem pro tempore, quo in servicio ipso erunt, exhiberi facias per expensores predictos, ad racionem videlicet de gr. 15 pro quolibet magistro fabricatore et incisore lapidum et de gr. 7 pro quolibet manipulo per diem, sicut recipiunt alii magistri et manipuli in aliis operibus laborantes, et loherium predictorum curruum ad illam racionem, ad quam currus pro huiusmodi serviciis conducuntur. et sic instes apud expensores ipsos continue in operibus ipsis et quod in operibus ipsis assidue et sine intermissione bene et sollicite atque efficaciter iuxta provisionem predicti mag. Petri procedant et procedi faciant, ita quod ad tardius usque ad festum Omnium Sanctorum proximo futurum VII. ind. opera ipsa totaliter compleantur, cum tibi exinde incumbamus; cautus, quod expensores ipsi sufficientes sint et ydonei, cum de omni defectu et insufficiencia ipsorum tibi nostra curia ininitatur. de extimacione vero predicta fieri volumus scripta publica consimilia, ut moris est, quorum unum magistris racionalibus etc., statim quod extimacio ipsa facta fuerit, mittere studeas, aliud tibi retineas et consimile dimittas expensoribus predictis. quantitatem pecunie, ad quam extimacio fundamenti dicte cortine et fundamenti et operis dicte turris rotunde per se, et quantitatem etiam, ad quam extimacio expensarum dicte cortine ascenderit, et nomina et connomina expensorum, quos statueris, et totum processum tuum, quem in premissis omnibus habendum duxeris, nobis et magistris racionalibus per litteras tuas scribas. et cautus existas, quod predictam pecuniam recolligendam ab hominibus dicte terre Baroli et pecuniam exigendam a predictis Pascale et Philippo integre secundum predictam formam habeas et recolligas, ut superius dictum est. attente tamen caveas et attendas, ne pretextu quantitatis ipsis hominibus Baroli propterea imponende maior vel alia quantitas eis propterea imponatur. Dat. apud Lacumpensilem ultimo iulii.

685.

*Siehe n. 605.**Lagopsole 1278 August 2.*

686.

*RA 1268 A n. 1 f. 45<sup>b</sup>. RA 1278 D n. 31 f. 23<sup>b</sup> bis 24<sup>a</sup>.**Lagopsole 1278 August 4.*

Iusticiario Terre Bari etc. Cum intencionis nostre sit, quod de fundamento cortine murorum castri Baroli, que nuper passa est ruynam, debeant fieri canne 3 de pecunia recolligenda per te propterea ab hominibus ipsius terre, et reliquum ipsius fundamenti cum tota curtina ipsa refici et fabricari de novo debeant de pecunia exigenda propterea a Philippo de Terreno et Pascale Rubeo de Barulo olim expensoribus operis ipsius castri, qui pro eo, quod cortina ipsa cecidit, ob manifestam culpam eorum extiterunt ad id per nostram curiam condepnati, et predicti Philippus et Pascalis nostre celsitudini supplicarunt, ut expense, que pro predicta cortina reficienda de propria pecunia eorum fieri debent, cum consciencia et noticia eorum ad hoc, quod inde defraudari nequeant, fieri de benignitate regia mandarem: eorum supplicacionibus iustis utpote

inclinati . . . precipimus, quatinus expensoribus, quos super ipsius cortine opere statueris, iniungere debeas, quod expensas omnes, quas pro opere ipsius cortine post predictas 3 cannas fundamenti, que fieri debent, ut dictum est, ad expensas hominum ipsius terre, factas et completas deinde supra usque ad totale complementum ipsius cortine, que de pecunia ipsorum Philippi et Pascalis fieri debent, ut dictum est, per expensores ipsos fieri oportebit, faciant cum plena consciencia et noticia eorundem Philippi et Pascalis et sine ipsorum plena noticia inde aliquid non expendant, quod super hoc nequeant in aliquo defraudari. in exigenda vero et exhibenda pecunia pro opere ipsius cortine serves in omnibus et per omnia formam per alias litteras nostras<sup>1)</sup> datam. volumus preterea et mandamus, quod, recepta prius ab eis ydonea et sufficienti fideiussoria caucione de solvenda tota et integra quantitate pecunie, ad quam ascendet<sup>a)</sup> extimacio expensarum, quas fieri oportet a predictis 3 cannis fundamenti supra usque ad totale complementum ipsius cortine, bona singula mobilia et stabilia eorum, que propterea cepisti autoritate prioris mandati nostri tibi inde directi, eisdem Philippo et Pascali integre restituas et resignes. in opere autem ipsius cortine procedas et procedi facias iuxta provisionem et designacionem mag. Petri de Angicurt, quem ad hoc specialiter duximus ordinandum. Dat. apud Lacumpensulem IIII. augusti.

<sup>a)</sup> excendet.

687.

Lagopesele 1278 August 7.

RA 1278 D n. 31 f. 24<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Bari) etc. Noverit fidelitas tua, quod magistri rationales magne curie nostre die XV. iulii proximo preteriti huius VI. ind. apud Lacumpensilem receperunt quaternum unum sigillatum sigillo tuo et sigillo mag. Petri de Angicuria necnon et scriptum unum puplicum factum Baroli, quod et quem eisdem magistris racionalibus destinasti, in quibus continetur, quod, cum tibi et eidem mag. Petro datum fuisset per nostras litteras<sup>2)</sup> in mandatis, ut, presentibus iudice et notario actorum per nostram curiam tibi datis in testimonio puplico, tu cum eodem mag. Petro faceretis legaliter et provide videri et extimari totum id, quod ultra provisionem in curia nostra de opere ipso habitam iuxta provisionem eiusdem mag. Petri de novo super hiis habitam est additum et mutatum, et pro quanta quantitate pecunie hec addicio et mutacio ultra quantitatem prius extimatam fieri poterit et compleri, providistis et inspexistis diligenter ac per magistris alios fideles nostros expertos in talibus, qui non fuerunt de Barolo, id presentibus vobis et predictis iudice et notario in testimonio puplico extimari fecistis, et opus ipsius taluti predicto modo extimatum est posse fieri secundum provisionem predicti mag. Petri inde per eum de novo habitam pro subscripta pecunie quantitate, sicut de singulis inferius est<sup>a)</sup> distinctum: [1] in primis videlicet, quod extimaverunt, quod canna muri medietatis<sup>b)</sup> ipsius taluti ex parte meridiei, qui erit in longitudine cannarum 16 et palmorum 2, qui restabat faciendus et inceptus erat ad faciendum et provisus fuerat fieri a fundamento per totum amplitudinis palmorum 3 de canna et posse fieri omnibus computatis ad rationem de tar. 12 pro qualibet canna; et nunc provisum est per eundem mag. Petrum, quod fiat grossitudinis palmorum 6 de canna a fundamento usque desuper terram, qui erit altitudinis palmorum 18, posse fieri pro 20 tar. . . omnibus necessariis computatis. [2] item quod a predictis 18 palmis supra usque ad altitudinem cannarum 2 canna medietatis<sup>c)</sup> muri ipsius taluti, qui debet fieri grossitudinis palmorum 5, fieri possit pro tar. aur. 18½, similiter omnibus computatis. [3] item extimaverunt, quod deinde usque ad summitatem ipsius taluti, qui secundum ipsam provisionem erit in altitudine palmorum 14, canna ipsius taluti, qui erit crossitudinis palmorum 4, possit fieri pro tar. aur. 17 et gr. 15. [4] item predictus mag. Petrus providit ad presens ratione dicte mutationis et additionis, talutum ipsum debere ascendere a fundamento supra usque ad cannas 10 et palmum 1, et secundum primam provisionem ascendere debebat<sup>d)</sup> usque ad cannas 6 tantum. [5] item extimaverunt, quod canna muri taluti ipsius castri, qui debet fieri ex parte occidentis, qui est longitudinis cannarum 26½, et secundum predictum modum provisus fuerat fieri a fundamento usque per totum grossitudinis palmorum 3 et posse fieri omnibus computatis ad predictam rationem de tar. 12 per cannam, qui secundum provisionem dicti mag. Petri fieri debet grossitudinis palmorum 6 de canna a fundamento usque super terram, qui erit altitudinis palmorum 18, fieri posset pro tar. aur. 20; et quod ab ipso fundamento supra usque ad altitudinem cannarum 2 canna ipsius muri ipsius taluti, qui debet fieri grossitudinis palmorum 5, fieri posset pro tar. aur. 18½; et deinde usque ad summitatem ipsius taluti, qui secundum primam provisionem erit in altitudine<sup>e)</sup> palmorum 14, canna ipsius taluti, qui fieri debet grossitudinis palmorum 4, fieri posset pro tar.

<sup>a)</sup> fehlt Reg.

<sup>b)</sup> medietate.

<sup>c)</sup> medietate.

<sup>d)</sup> debeat.

<sup>e)</sup> altitinus.

1) n. 683 I.

2) n. 681.

aur. 17 et gr. 15. [6] item predictus mag. Petrus providit ad presens racione dicte mutacionis et adiconis, talutum ipsum debere ascendere ad cannas 8 a fundamento supra usque ad summitatem ipsius, et prius provisum fuerat debere ascendere ad cannas 6 tantum. [7] item extimaverunt, quod canna muri alterius taluti ex parte maris, qui erit in longitudine cannarum 40 et primo provisum fuerat, ipsum fieri grossitudinis palmorum 5 et posse fieri omnibus computatis ad supradictam racionem de tar. aur. 12 pro qualibet canna, qui secundum provisionem eiusdem mag. Petri fieri debet grossitudinis palmorum 9 a fundamento supra per totum usque ad relaxum muri palatii ipsius castri, qui erit altitudinis cannarum 4 et palmorum 4, fieri possit pro tar. aur. 22<sup>1</sup>/<sub>2</sub>. [8] item extimaverunt, quod pro supplemento saburrarum necessariarum in eisdem talutis, cum saburre invente et congregate<sup>1)</sup> prope ipsum opus non sufficiant pro totali complemento ipsius operis, necessarie sunt unc. aur. 8, sicut de singulis in quaterno et instrumento predictis distinte et particulariter continetur.

de quorum quaterni et instrumenti recepcione presentes tibi remittuntur nostre maiestatis littere responsales. et quia beneplaciti nostri est, quod in opere ipsorum talutorum secundum predictam provisionem ipsius mag. Petri sine defectu quolibet procedatur: . . . mandamus, quatinus Philippo de Terreno et Pascali Rubeo de eadem terra expensoribus ipsius operis pecuniam pro predictis operibus oportunam secundum extimacionem predictam de quacumque pecunia curie nostre, que est vel erit per manus tuas, et in defectu alterius pecunie curie de pecunia presentis generalis subventionis congruis temporibus, sicut successive necessaria fuerit, debeas sine defectu quolibet exhibere iuxta aliarum litterarum nostrarum tenorem tibi propterea directarum. nostre tamen curie reservamus, quod, si extimacio ipsa legalis et fidelis non fuerit, liceat nobis, ipsam non acceptare. et de toto eo, quod ultra quantitatem, pro qua secundum ipsam veritatem opera ipsa secundum ipsam provisionem fieri possent, extimacio ipsa excesserit, tu dictus mag. Petrus et alii, qui extimacionem ipsam fecerunt iuxta novam<sup>2)</sup> ordinacionem nostram<sup>1)</sup> super huiusmodi editam, integre teneamini nostre curie respondere et in bonis vestris exinde nostra curia servetur indepnis, ac nullum autoritate presencium super hoc preiudicium nostre curie generetur. volumus nichilominus et mandamus, quod statuas aliquem pro parte tua ydoneum et fidelem, de quo tamquam de te ipso confidas, cum tibi exinde incumbamus, qui sciat et videat expensas omnes, que per manus expensorum ipsorum pro operibus ipsis fient, et de expensis ipsis, sicut eas particulariter de die in diem fieri contigerit, faciat quaternum consimilem quaterno ipsorum, ut super hiis non contingat curiam nostram aliquatenus defraudari. Dat. apud Lacumpensulem VII. augusti.

<sup>1)</sup> saburris inventis et congregatis; *der Sinn erfordert die Berichtigung.*      <sup>2)</sup> novem.

688.

Lagopesele 1278 August 17.

RA 1268 A n. 1 f. 46<sup>a</sup>. RA 1278 D n. 31 f. 25<sup>a</sup>.

Iusticianio Terre Bari etc. [1] Quia pro parte universitatis Baroli de bona voluntate ipsorum fuit in curia nostra promissum<sup>1)</sup>, solvi et exhiberi pro ipsam universitatem pro faciendis de novo turri castri Baroli diruta et tribus cannis fundamenti curtine muri ipsius castri similiter dirutis, quam turrim et tres cannas dicti fundamenti refici mandavimus per eosdem, unc. aur. 600. . . , precipimus, quatinus pecuniam ipsam pro opere ipso de quacumque pecunia curie nostre et eciam de pecunia presentis generalis subventionis, que est vel erit per manus tuas, nomine mutui, sicut oportuna fuerit, debeas exhibere et eam ab hominibus ipsius terre recolligi facias secundum ratam presentis generalis subventionis hominibus ipsis imposita, ut exinde de pecunia curie nostre, quam nomine mutui dederis, satisfacias pro parte nostre curie tibi ipsi. quam pecuniam non simul et semel, set bono modo ab hominibus ipsis recolligas postea subsequenter. [2] et quia intelleximus, te statuisse expensores super faciendis expensis ipsius operis Iacobum de Niversa et Nicolaum Capellettum de eadem terra, et eundem Nicolaum intelleximus esse insufficientem et minus ydoneum, volumus et mandamus, ut eodem Nicolao ammoto alium loco eius sufficientem et ydoneum super expensis ipsis faciendis cum dicto Iacobo debeas ordinare, cum de ipsius insufficientia tibi nostra curia innotuerit. [3] et in omnibus aliis in opere ipso procedas et procedi facias iuxta aliarum nostrarum continentiam litterarum<sup>2)</sup> tibi exinde directarum. et homines ipsos ad exhibendam propterea maiorem quantitatem pecunie aliquatenus non compellas. Dat. apud Lacumpensulem XVII. augusti.

<sup>1)</sup> provisum.

<sup>1)</sup> Trifone p. 62 n. 48.      <sup>2)</sup> n. 686.

689.

Lagopesole 1278 August 23.

RA 1278 D n. 31 f. 26<sup>ab</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Bari) etc. Noverit fidelitas tua, quod magistri rationales magne curie receperunt XX. die presentis mensis augusti apud Lucampensilem scriptum unum publicum sigillatum sigillo mag. Petri de Angecurt, sigillis Roberti de Argenter(ia), Mathei de Pertutis et Dominici iudicum Baroli et subscripcionibus predictorum iudicum et aliorum testium roboratum, in quo continebatur, quod te presente cum iudice et assessore ac notario actorum tibi per curiam nostram datis et presentibus etiam mag. Petro de Angecurt et diversis aliis magistris fabricatoribus et aliis civibus Baroli fidelibus nostris facta est diligens extimacio, pro quanta quantitate pecunie de novo fieri et fabricari poterit cortina murorum et turris castri Baroli, que nuper ruynam<sup>a)</sup> passe sunt, videlicet fundamentum dicte cortine et fundamentum eiusdem turris ac tota ipsa turris per se et predicta cortina murorum similiter per se, secundum provisionem et ordinationem dicti mag. Petri de Angecurt ad hoc per nos specialiter ordinati, modo subscripto videlicet: [1] quod dictus mag. Petrus providit et ordinavit, quod<sup>b)</sup> predicta turris<sup>c)</sup>, que esse debet rotunda, fiat in altitudine computato fundamento pectoralibus et mergulis cannarum 18. [2] et quod habeat de fundamento infra terram in profundum usque ad firmam crustam cannas 5 et a terra supra usque ad summitatem ipsius turris computatis pectoralibus et mergulis cannas 13. [3] et quod turris ipsa sit infra cassum a fundamento supra usque ad summitatem ipsius ad ultimam voltam altitudinis cannarum 13. [4] et quod fiant in eadem turri porte due, quilibet ipsarum longitudinis palmorum 4 et altitudinis palmorum 6, pro introitu et exitu ipsius turris. [5] et quod fiant in eadem turri volte due de tufis cum crucibus<sup>d)</sup> lapidibus. [6] et quod fiant in ea solaria tria de lignaminibus in medio ipsarum voltarum. [7] et quod primum solarium distet a prima volta per cannas 3 et palmum 1. [8] et quod secundum solarium distet a predicto primo solario similiter per cannas 3 et palmum 1. [9] et quod tertium solarium distet a predicto secundo solario per cannas 3 et palmum 1. [10] et quod ultima volta distet a predicto tercio solario per cannas 3 et palmum 1. [11] et quod predicta volta, que erit circa summitatem ipsius turris, distet a predicto tercio solario per cannas 3 et palmum 1. [12] et quod fiat astracum supra ipsam voltam. [13] et supra ipsum astracum fiant pectorales et merguli altitudinis canne 1. [14] et quod principium fundamenti ipsius turris usque ad palmos 4 de canna in altitudine fiat maxicum sive totum plenum calce terra et lapidibus. [15] et abinde supra reliquus murus ipsius fundamenti usque ad primam voltam, quam providit fore faciendam in ea, fiat crossitudinis palmorum 10. [16] et quod volta ipsa distet a predicto fundamento pleno usque ad vacuum cacuminis ipsius volte per cannas 4. [17] et fiat ibi relaxum ex parte exteriori ipsius turris. [18] et quod a predicto primo relaxo supra usque ad cannas 6 et palmos 2 in altitudine, ubi fieri providit secundam voltam et astracum, murus ipsius turris fiat crossitudinis palmorum 8. [19] et quod abinde supra fiant pectorales et merguli 12 de tufis cum 12 arceriis de cantonibus lapideis ex parte exteriori et vaderiis 13. [20] et quod in eadem turri fiant arcerie 3 de lapidibus vivis. [21] et quod supra ipsam turrin fiat logia una de lignaminibus, cohopta ymblicibus de calce ligatis. [22] et quod quilibet predictorum mergulorum sit planctus planctis lapideis. [23] et quod fundamentum predictae cortine sit longitudinis cannarum 15 et palmi 1. [24] et ponatur in profundum infra usque ad cannas 4. [25] et fiat murus ipsius fundamenti crossitudinis palmorum 10. [26] et quod murus predictae cortine faciendus supra ipsum fundamentum fiat longitudinis cannarum 15 et palmi 1, altitudinis cannarum 6 et palmorum 5 usque ad anditum. [27] et deinde supra fiant pectorales et merguli 11 de tufis cum vaderiis 12 altitudinis canne 1. [28] et quod dictus anditus sit planctus. [29] et in eo ponantur corbelli de lapidibus ex parte interiori ipsius castri pro allargando ipso andito, ut anditus ipse fiat largitudinis<sup>e)</sup> palmorum 7. [30] et quod predictae vaderie et merguli fiant plancti planctis lapideis. [31] et quod in quolibet mergulo fiat arceria 1 de lapidibus ex parte exteriori. [32] et quilibet mergulus sit altitudinis canne 1. [33] et quod secundum extimacionem ipsam de predictis omnibus factam necessarie sunt pro fundamento murorum dicte cortine fundamento et opere fabricae dicte turris, solariis voltis<sup>f)</sup> scalis portis et logia ipsius turris et forma pro predictis voltis<sup>f)</sup> per se unc. aur. 630 tar. 18 et gr. 3. [34] et quod necessarie sunt pro predicta cortina facienda et complenda predicto modo per se alie unc. 144 et tar. 5. . . , sicut in eodem scripto publico expense ipse necessarie pro singulis rebus et serviciis necessariis pro operibus ipsis distinte et particulariter continentur.

receperunt etiam eodem die predicti magistri rationales quaternum sigillatum sigillo tuo, continentem predicta omnia, sicut continet scriptum predictum. de cuius scripti et quaterni receptione presentes tibi

<sup>a)</sup> ruine.    <sup>b)</sup> pro.    <sup>c)</sup> turri.    <sup>d)</sup> crustibus.    <sup>e)</sup> longitudinis.    <sup>f)</sup> boltis.

<sup>1)</sup> § 11 ist wohl nur eine Wiederholung von § 10.



remittimus<sup>g)</sup> nostre magestatis litteras responsales, volentes et mandantes tibi, ut in operibus ipsis studiose et bene faciendis et complendis iuxta provisionem et ordinacionem dicti mag. Petri diligenter et sollicitate procedas et procedi facias iuxta nostrarum continenciam litterarum tibi exinde directarum, que date fuerunt apud Lacumpensilem XVII. eiusdem augusti huius VI. ind.<sup>1)</sup>, ut in previso termino iuxta nostrum beneplacitum compleantur et tu exinde possis in conspectu nostro probabiliter commendari. Dat. apud Lacumpensilem XXIII. augusti VI. ind.

<sup>g)</sup> remittuntur.

- 690.** *Barletta 1278 Oktober 28.*  
*Siehe n. 613.*
- 691.** *Neapel 1279 Januar 18.*  
*Siehe n. 283 II.*
- 692.** *bei Capua 1279 März 30.*  
*Siehe n. 621.*
- 693.** *bei Capua 1279 April 19.*  
*Siehe n. 623.*
- 694.** *S. Angelo de' Lombardi 1279 Juli 4.*  
*Siehe n. 790.*
- 695.** *Lagopesole 1279 September 2.*  
*Siehe n. 628.*
- 696.** *Molfetta 1279 November 9.*  
*RA 1276 B n. 26 f. 261<sup>a</sup>.*
- Vicario Karoli carissimi primogeniti nostri principis Salerni etc. Quia intelleximus per mag. Petrum de Angicuria, quod, cum vellet incidi facere ligna pro facienda calce pro opere castri nostri Baroli oportuna in nemoribus Andrie in illa parte, in qua per alios de partibus ipsis pro eorum usibus inciduntur, tu ligna ipsa incidi, ut asserit, non permittis; mirati et moti inde non modicum, cum terras<sup>a)</sup> ipsius principis tamquam nostrum demanium reputemus, . . . : precipimus, quatinus ligna ipsa in dictis nemoribus, in illa videlicet parte, in qua alii pro usibus eorum incidunt, et in qua ex incisione ipsorum minus nemora ipsa dampnificantur, paciariis incidi; cantus, ne occasione lignorum ipsorum maior vel alia lignorum quantitas, quam pro calce ipsa fuerit necessaria, per alios incidatur, et quod idem mag. Petrus alia ligna in nemoribus ipsis incidi faciat, quam que pro facienda calce ipsa fuerint oportuna in opere supradicto. Dat. Melficte die VIII. novembris.
- <sup>a)</sup> terra.
- 697.** *Neapel 1280 Januar 4.*  
*Siehe n. 632 I und II.*
- 698.** *Neapel 1280 Februar 4.*  
*Siehe n. 634.*
- 699.** *Neapel 1280 Februar 4.*  
*Siehe n. 635.*
- 700.** *Neapel 1280 Februar 10.*  
*RA 1279 A n. 34 f. 199<sup>ab</sup>. RA 1279 SO A n. 36 f. 50<sup>a</sup> (sehr defekt). — Auszug: Minicri, Regno 1280 p. 5.*

Iusticiario Terre Bari etc. Recolit excellencia nostra, quod olim feliciter in castro nostro Baroli presentes in recessu nostro de partibus ipsis providimus ibi fieri opera infrascripta: videlicet [1] quod turris rotunda, que fit in castro ipso, continuaretur et completeretur, secundum quod incepta et in ea processum

<sup>1)</sup> n. 688.

erat, usque ad altitudinem per nos provisam<sup>1)</sup> iuxta ordinacionem et provisionem mag. Petri de Angicuria, qui fuit exinde per nostram celsitudinem informatus. quod quidem opus fieri debuit et compleri per Iacobum de Niversa<sup>2)</sup> et Palmerium de Laurecta expensores operis ipsius castrum iuxta extimacionem de opere ipso factam. et quia expensores ipsi nichil de hiis facere curaverunt, ducentes mandatum nostrum temere in contemptum, nolentes eorum temeritatis excessum inpune transire, . . . precipimus, quatinus de provisione modo et altitudine ipsius turris per ipsum Petrum plenarie informatus totum id, quod in eadem turri secundum provisionem ipsam per nos habitam remaneat percomplendum, per expensores ipsos integre compleri facias, prout per nos provisum extitit et mandatum. [2] item providimus et mandamus, quod in circuitu dicti castrum fieret fossatus ab introitu pontis usque ad turrim existentem in capite palatii eiusdem castrum ex parte portus terre predictae, amplitudinis de bucca in buccam in summitate cannarum 8 et in fundo a pede taluti usque ad rendiviam cannarum 5 et profunditatis similiter cannarum 5. [3] et quod elevaretur turris existens ex parte predicti portus in dicto castro ultra altitudinem, cuius tunc erat, cannis 3 pro antepetorale et crinellis, computatis libere cannis ipsis a superficie astraci superioris usque ad summitatem crinellorum ipsorum, non computata crossitudine seu spissitudine ipsius astraci. [4] cumque in facienda et complenda celeriter ipsis operibus per nos dicto modo provisus nullum velimus penitus interesse defectum, . . . precipimus, quatinus. . . opera ipsa per magistros et alios de fidelibus nostris ipsarum parcium extimari diligenter et fideliter facias te presente, factaque extimacione ipsa et factis inde duobus scriptis publicis, ut est moris, quorum unum penes te retineas, alium magistris racionalibus magne curie nostre mittas, ea exponi facias voce preconia in estaleum concedendum; et si apparuerint aliqui, qui ea facere voluerint ad extaleum pro illa quantitate pecunie, pro qua extimata fuerint fieri posse, vel eciam pro minori, super quo diligens et studiosus existas, ea hiis concedas sic in extaleum faciendum; et si non apparuerint aliqui, qui ea voluerint ad estaleum facere, statutis duobus viris fidelibus ydoneis et sufficientibus, per quorum manus pecunia recipiatur et expendatur pro eisdem operibus, ipsa predicto modo fieri facias ad credenciam cum expensis curie nostre iustis necessariis et moderatis, que summam extimacionis predicto modo exinde faciende<sup>b)</sup> aliquatenus non excedant; pro quibus operibus oportunam et sufficientem pecunie quantitatem, sicut expediet successive et procedetur in eis, de quacumque pecunia curie nostre, que sive de presenti generali subvencione vel undecumque est vel erit per manus tuas, sine defectu quolibet exhibere procures; recepta ab estalleriis, si ad estaleum concedi contingerit, sufficienti et ydonea fideiussoria caucione de pecunia, quam eis propterea dederis, iuxta formam tibi super huiusmodi per commissionis tue litteras nostras<sup>2)</sup> datam. et totum processum tuum, quem in hiis habendum duxeris, cum nominibus et cognominibus extalleriorum, si ad extaleum concedentur, et, si ad extaleum concessa non fuerint, nominibus et cognominibus expensorum, quos ad hoc statueris, celsitudini nostre et magistris racionalibus magne curie nostre per litteras tuas significes seriatim. Dat. Neapoli X. februarii.

<sup>a)</sup> Unursa. *Vgl.* n. 688.

<sup>b)</sup> faciendam.

## 701.

bei Capua 1280 April 13.

*RA 1270 B n. 8 f. 105<sup>a</sup>. RA 1279/80 A n. 36 f. 58<sup>ab</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1280 p. 13.*

Eidem iusticiario (Terre Bari). Cum beneplaciti nostri sit, quod circumcirca castrum nostrum Baroli fieri debeat talutum, tam videlicet in cortina et turri rotunda de novo constructa<sup>3)</sup>, quod finiri debet, tam ex parte terre secus turrim rotundam de novo constructam, quam ex parte maris secus turrim quatratam, iuxta provisionem et designacionem mag. Petri de Angicuria, qui est super hoc de provisione nostra per nos presentialiter informatus, et credamus certam esse pecunie quantitatem pro complemento taluti predicti, quod inceptum est et finiri debet, prout superius dictum est, penes Pasqualem Rubeum et Philippum de Terreno<sup>b)</sup> de Barolo ipsius operis expensores de pecunia recepta per eos a Symone de Bellovidere primo et subsequenter a Fulcone de Roccafola olim iusticiario Terre Bari, . . . precipimus, quatinus. . . vocatis in tui presentia dictis expensoribus et scita veraciter quantitate tota pecunie recepta per eos<sup>c)</sup> modo predicto, de quo plenam habes et habere certitudinem debuisti<sup>d)</sup> per mandata nostra pendencia tibi per eundem Fulconem super eisdem operibus assignata, et mensurata tota quantitate operis facta et laborata per eos iuxta provisionem et ordinacionem nostram exinde habitam et extimacionem tunc per curiam nostram factam, totum id, quod de pecunia ipsa penes eos totaliter inveneris superesse, per eos in complendo taluto. . . con-

<sup>a)</sup> Hierauf im Reg. quam, was keinen Sinn gibt.

<sup>b)</sup> Traiano.

<sup>c)</sup> vos.

<sup>d)</sup> habuisti.

<sup>1)</sup> n. 689.

<sup>2)</sup> n. 632 I.

verti mandes et facias, et quicquid ultra necessarium fuerit, eis exhibeas de quacumque pecunia curie nostre, que sive de presenti generali subvencione vel undecumque est vel erit per manus tuas; et facta diligenti et fideli extimacione in testimonio puplico per magistris et alios de fidelibus nostris expertos in talibus te presente de omnibus et singulis, que pro faciando de novo taluto, quod faciendum restat ex parte cortine nove et turre rotunde, fuerit oportunum et pro quanta quantitate pecunie fieri poterunt bono modo, factisque de extimacione ipsa duobus puplicis consimilibus instrumentis, quorum uno penes te retento aliud magistris racionalibus magne curie nostre mittas, pecuniam propterea oportunam pro faciendis expensis eiusdem operis, que statutum curie factum super solucione magistrorum manipulorum et aliarum personarum et extimacionem huiusmodi faciendam inde diligenter et fideliter non excedant, de predicta pecunia curie nostre dictis Pascali et Philippo exhibere debeas, sicut expediet successive et in eisdem operibus procedetur. et de omnibus, que dederis, recipias ad tui cautelam ydoneam apodixam. et totum processum tuum, quem in hiis habendum duxeris, seriatim et lucide nobis et magistris racionalibus supradictis per litteras tuas scribas. et tam super ipsorum quam ceterorum operum nostrorum iurisdictionis tue, quorum celere complementum cordi nobis est, admodum continuo et efficaci processu eam curam et sollicitudinem adhibeas et adhiberi facias incessanter, quod ex celeri perfectione dictorum operum nostris inde beneplacitis satisfiat teque possimus per effectum operis commendare. Dat. apud turrim s. Herasmi XIII. aprilis VIII. ind.

702.

Siehe n. 636.

bei Capua 1280 April 13.

703.

RA 1270 B n. 8 f. 109<sup>b</sup>. RA 1279/80 A n. 36 f. 59<sup>b</sup>.

Neapel 1280 Mai 25.

Eidem iusticiario (Terre Bari). Pro parte Iohannoci de Hies superastantis operis castri Baroli nobis fuit... supplicatum, quod, cum IV. februarii... de exhibendis sibi gagiis suis mandatum nostrum<sup>1)</sup>... tibi direxerimus et tu... gagia ipsa ei solvere distuleris... , sibi super hoc providere benigniter dignemur: ...precipimus, quatinus... eidem gagia ipsa... exhibere procures... Dat. Neapoli die XXV. maii.

704.

RA 1270 B n. 8 f. 111<sup>a</sup> bis 112<sup>a</sup>.

Scafati 1280 Juni 13.

Eidem (iusticiario Terre Bari). Sciat fidelitas tua, quod magistris rationales... receperunt... penultimo die... madii... apud Neapolim quattuor scripta puplica... de negociis infrascriptis... : item aliud scriptum<sup>2)</sup> continens extimacionem operis fossati faciendi in circuitu castri Baroli et elevacionis turre ipsius castri existensis ex parte portus<sup>3)</sup> ipsius terre, de quantitate videlicet pecunie pro faciendis ipsis operibus oportuna; que quidem extimacio... ascendit, videlicet operis fossati ad summam unc. 376 tar. 27 et gr. 7, et elevacionis dicte turre ad summam unc. aur. 36<sup>b)</sup> tar. 7 et gr. 4, computatis in summa ipsa unc. aur. 4 necessariis pro serrandis quattuor balconibus faciendis in ipsa turri, de quibus quinque faciend(e) sunt<sup>c)</sup>, necnon pro<sup>d)</sup> astraco supra ipsa faciando de<sup>e)</sup> ordinatione nostra facta<sup>3)</sup> de operibus ipsis, in terris famosis iurisdictionis tue voce preconia expositis, concedendis in extalium, ut est dictum, comparuit coram te mag. Petrus Antonii de Trano, qui opus murorum turre predicte iuxta provisionem et designationem nostram exinde habitam, superadditis predictis quattuor balconibus et astraco construendo in eo pro unc. aur. 34 tar. 3 et gr. 9 per totum proximum futurum mensem augusti... obtulit se facturum; cui opus ipsum... concessisti, nemine alio componente post substacionem eandem denuo factam... et quia nullus comparuit, qui opus fossati predicti pro predicta quantitate pecunie, pro qua extimatum fuit posse fieri, vel minori ad extalium vellet recipere, commisisti opus ipsum ad credenciam faciendum, ne in hoc interveniret defectus, Robberto iudicis Iohannis et Bartholomeo de Anna de Barolo... ; exhibita tam predictis extallerio quam credenceris pro expensis eorum operum pecunia oportuna, per quos in operibus ipsis continue et ferventer proceditur, sicut... tue littere continebant: de quorum scriptorum recepcione... tibi mittuntur nostre celsitudinis littere responsales... de balconibus autem et astrico predictis faciendis in dicta turri, quamquam provisio et ordinacio nostra<sup>4)</sup> de opere ipso habita exinde mencionem non fecerit, placet nobis, quod fiant ibi, si sic utiliter et necessario facienda fuerint, ut scripsisti... Dat. Sckifati die XIII. iunii VIII. ind.

<sup>a)</sup> porte. <sup>b)</sup> Im Reg. 26; verbessert im Hinblick auf die unten genannte Summe, die eine Unterbietung sein muß  
<sup>c)</sup> sint. <sup>d)</sup> in. <sup>e)</sup> in.  
<sup>1)</sup> n. 635. <sup>2)</sup> Auf Grund des Mandates n. 700. <sup>3)</sup> Erwähnt in n. 700 § 3. <sup>4)</sup> n. 700.

## 705.

Lagopsole 1280 Julii 21.

RA 1270 B n. 8 f. 114<sup>b</sup> bis 115<sup>a</sup>. — *Auszug: Minieri, Regno 1280 p. 24.*

Eidem iusticiario (Terre Bari) etc. Litteras tuas celsitudini nostre missas benigne recepimus et intelleximus diligenter, per quas significasti, tibi fuisse inter alia per litteras nostras<sup>1)</sup> iniunctum, ut in circuito castri nostri Baroli fossatum fieri faceres ab introitu pontis usque ad turrim existentem in capite palacii eiusdem castri ex parte portus terre predictae, quod esset profunditatis cannarum 5; et pro eo quod fossatum ipsum profundius erit, quam talutum de novo factum, talutum ipsum recalciari et submurari faceres iuxta provisionem et designationem mag. Petri de Angicuria, qui est inde per magestatem nostram plenarie informatus<sup>2)</sup>; cuius mandati nostri tenore diligenter inspecto predictus mag. Petrus presencialiter providit et designavit, ut, quia fossatum predictum cavari debeat profundius, quam talutum<sup>3)</sup> ipsum de novo factum, oportet talutum ipsum recalciari et submurari usque ad fundum ipsius fossati et subtus eundem fundum pro maiori firmitate et fortitudine per palmos 2 continuando modum et formam eiusdem taluti, tuque mensurari fecisti altitudinem predicti taluti de novo facti circa ipsum castrum ex parte hospitalis a summitate seu superficie terre usque ad fundamentum eiusdem, unde inceptum extitit talutum ipsum, quod inventum est esse per erectum altitudinis cannarum 3 et palmi 1; et cum inciperetur cavari subtus ipsum talutum pro eo recalciando et submurando, credendo posse venire ad profunditatem aliarum cannarum 2 et palmi 1 ad hoc, ut talutum ipsum<sup>4)</sup> esset altitudinis cannarum 5 et palmorum 2, ut supra distinguitur, cavatum est tantummodo subtus ipsum talutum per palmos 10 et inventa est aqua surgens et postmodum ultra aquam ipsam cavatum est alio palmo 1 et sic sunt palmi 11, ultra quos nullo modo asseritur posse cavari pro eodem taluto profundius submurando; sicque predictis palmis 11, quibus cavatus est taliter, ut est dictum, additis supradictis cannis 3 et palmo 1 muri predicti taluti mensurati modo predicto et in una summa collectis<sup>5)</sup>, sunt in summa, usque ad quarum profunditatem cavari potest, canne 4 et palmi 4; et restant, qui cavandi essent subtus ipsum talutum, alii palmi 6 usque ad complementum predictarum cannarum 5 et palmorum 2, sicut idem mag. Petrus providerat, qui cavari non posse creduntur propter eminentiam aque predictae; simili modo etiam speratur posse inveniri aquam et non posse ulterius cavari ex aliis partibus dicti castri pro aliis videlicet talutis<sup>6)</sup> eius submurandis et pro faciendis ibidem muris renduvie pontis ac pilleriorum, que ibi de novo fieri debent de mandato nostro<sup>7)</sup> propterea tibi facto, de quibus similiter faciebant predictae tue littere consultatoriam mentionem: super quibus omnibus, quia nostrum tibi rescribi beneplacitum petisti, fidelitati tue taliter respondemus, quod incontinenti receptis presentibus habito similiter consilio magistrorum et aliorum proborum virorum in talibus expertis in cavando fossato predicto, submurando et recalciando taluto, faciendo muro renduvie pilleriorum et pontis secundum illam profunditatem, cuius esse poterit bono modo, ita quod non sit exinde aliquatenus dubitandum, procedas et procedi facias, sicut melius tucius et securius videbitur expedire, forma litterarum nostrarum tibi propterea directarum diligenter actenta et in ceteris aliis efficaciter observata. in cavando tamen eodem fossato curam adhibeas et adhiberi facias diligentem, quod, sicut successive cavabitur, sic successive et paulatim submuretur et recalcietur decenter et bene talutum predictum, ut ex eo occasione cave fossati eiusdem sinistrum, quod absit, non possit modo aliquo evenire, et cum pro hiis omnibus habere attractum non modicum preparatum per easdem tuas litteras intimaris, sic quod in celeri prosecutione ipsorum omnium diligenter intendas et intendi facias studiose, ut moram et negligenciam, si qua super hoc commissa est hactenus, efficaciter redimas per effectum diligencie subsequentis et in adventu nostro felici ad partes illas, qui erit infra mensem septembris proximo futurum ad tardius dante Deo, in operibus ipsis inveniamus laudabiliter esse processum teque possimus iuxta processum efficaciam commendare. Dat. apud Lacumpensilem die XXI. iulii VIII. ind.

<sup>1)</sup> So Reg.      <sup>2)</sup> ipsius.      <sup>3)</sup> collecti.      <sup>4)</sup> taliter.

## 706.

Lagopsole 1280 Augusti 1.

RA 1270 B n. 8 f. 115<sup>a</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Bari). . . super negotio vero fossati et taluti castri nostri Baroli, de quo fecerunt. . . tue littere mentionem, et super quo nostram conscientiam consultasti, tibi diximus respondendum, quod, cum negotium ipsum per easdem litteras tuas plene intelligere non possumus, . . . precipimus, ut unum de expensoribus dictorum operum cum aliquo de familia tua, qui de negotio ipso sint plenius informati, ad presenciam maiestatis nostre transmittas, ut per eos bene de ipso negotio informati, quid te inde facere

<sup>1)</sup> n. 700 § 2.      <sup>2)</sup> n. 636 § 4.      <sup>3)</sup> n. 636.

oporteat, diligenti provisione prehabita nostrum tibi beneplacitum explanemus. nichilominus precipias ei, qui in operibus ipsis est pro parte nostre curie superastans, ut ad informandum nos super ipso negotio coram nobis debeat se conferre. . . . Dat. apud Lacumpensilem I. augusti.

707.

RA 1281 B n. 42 f. 87<sup>a</sup>.

Lucera 1281 Februar 13.

Eidem iusticiario (Terre Bari) et fratri Iacobo de Taxi etc. . . . Philippus de Terreno de Barolo expensor quorundam operum castri Baroli una cum Pascali Rubeo, quasdam litteras tui, iusticiarie, nostro culmini presentavit continentes totum processum per te habitum in videndo et mensurari faciendo toto opere in eodem castro facto et laborato per Philippum de Terreno et Pascalem Rubeum supradictos; ad quarum significata tibi duximus taliter respondendum: quod placet nobis et volumus, ut vos ambo, una cum magistris et aliis probis viris expertis in talibus, totum opus huiusmodi faciendum et laborandum per eos in eodem castro, tam in taluto ex parte maris et ex parte hospitalis et terre, quam capella eius, fundamento, barbacano et eciam introitu dicti castri, inspiciatis et . . . mensuretis, et scita per te, iusticiarie, tam ex sacramento dictorum expensorum, quam per quaternum mandatorum pendencium tibi assignatum per . . . tuum in officio precessorem, tota quantitate pecunie recepta per expensores eosdem. . . , totum opus predictum. . . eis admittas et committas ad illam rationem, ad quam fuit per curiam nostram. . . extimatum. . . et si quid de opere ipso factum. . . fuerit ultra vel minus seu<sup>a)</sup> aliter, quam provisio<sup>b)</sup> nostra exinde habita continet, id totum faciatis. . . extimare et opus ipsum. . . expensis ipsis similiter computes. . . . Dat. Lucerie XIII. februarii VIII. ind.

<sup>a)</sup> se.      <sup>b)</sup> promissio.

708.

Siehe n. 396.

Orvieto 1281 Juni 3.

709.

Siehe n. 397, exitus § 4—6, 8, 12.

Orvieto 1281 Juli 5.

710.

RA 1281 B n. 42 f. 95<sup>a</sup>.

Orvieto 1281 Juli 25.

Eidem (iusticiario Terre Bari). [1] . . . precipimus, quatinus . . . ad opus cisterne castri nostri Baroli aqueductus de creta fictiles bene coctos et durabiles fieri facias, per quos pluvialis aqua ad eandem cisternam valeat emanare, . . . de quacumque fiscali pecunia. . . [2] de qua eciam pecunia fenestras de lignaminibus in turribus eiusdem castri et capella in castro ipso incepta conpleri facias secundum provisionem et ordinationem nostram. . . [3] nichilominus ad opus cisterne nostre terre Mauli aqueductus similiter, per quos ad eandem cisternam aqua pluvialis possit decurrere, et cameras privatas in palacio nostro eiusdem terre fieri facias de pecunia supradicta, sic quod in . . . adventu nostro, qui erit. . . in brevi, inveniamus predicta omnia. . . facta. . . [4] et nichilominus circa finale complementum omnium operum nostrorum, que fiunt in iurisdictione tua, instes oportune ac etiam importune, ut. . . celeriter. . . compleantur. . . . Dat. apud Urbem veterem die XXV. iulii.

711.

RA 1282 B n. 44 f. 77<sup>a</sup>. — Schulz IV 103 n. 273.

Neapel 1282 April 25.

Eidem (iusticiario Terre Bari). Quia celsitudini nostre per tuas litteras intimasti, te recepisse a precessore tuo inter alia mandata pendencia assignata tibi per eum mandatum<sup>1)</sup> unum nostrum dudum directum Symoni de Bellovidere olim iusticiario Terre Bari, per quod sibi iniunctum extitit, ut in castro nostro Baroli fieri faceret cappellam unam cum fenestra super altare ipsius et cum portis, pro qua facienda fieri debebant canne murorum 32, que estimate fuerunt posse fieri, computatis lapidibus calcé terra et aliis minutis expensis, ad rationem de tar. 12 per cannam, pro unc. aur. 12 tar. 24, que pecunia Pascali de Umfredo et Philippo de Terreno de Barolo statutis super faciendis operibus dicti castri fuit pro parte curie nostre soluta, et quod predicta cappella restat pavimentanda intabulanda cooperienda et faciende sunt porte fenestram et elevandi sunt in altum cannoni cimenedarum, pro quibus omnibus necessariis pro cappella ipsa dicto

<sup>1)</sup> n. 656, und zwar § 8.

modo complenda pecunia necessaria reputatur, et propterea nostram curiam consultasti, ut, quid inde fieri debeat, nostrum tibi beneplacitum reseramus: tuis consultacionibus respondendo, . . . precipimus, quatinus per magistros fabricatores carpenterios et alios expertos in talibus extimari facias diligenter et fideliter de lapidibus calce arena tabulis trabibus centris planchis operibus magistrorum manipulorum et aliis necessariis pro pavimentanda intabulanda cohoperienda capella ipsa et faciendis fenestra portis et elevandis in altum canonis ciminedarum et quantitate pecunie, pro qua ea omnia emi et<sup>a)</sup> fieri poterunt, particulariter et distincte, de qua estimatione factis tribus consimilibus scriptis puplicis continentibus nomina et connomina estimatorum ipsorum, res singulas necessarias pro capella sic complenda, necessariam quantitatem pecunie pro ipsis emendis et faciendis, quorum uno tibi retento alio camere nostre et tercio magistris racionalibus magne nostre curie destinando, quantitatem pecunie, ad quam estimacio ipsa assendet<sup>b)</sup>, de quacumque pecunia curie nostre quorumcumque residuorum tibi ad recolligendum assignatorum per tuum in officio precessorem et eciam de pecunia generalis subvencionis in iurisdictione tua imposita, que est vel erit per manus tuas, eidem Pascali de Umfredo et Philippo de Terreno pro complenda capella predicta, sicut predictur, et elevandis in altum canonis ciminedarum debeas exhibere, non simul et<sup>c)</sup> semel totam, set per temporum<sup>d)</sup> intervalla, sicut opus ipsum indigebit pecunia successive; a quibus expensoribus recipias sufficientem et ydoneam fideiussionem in bonis stabilibus, quod pecuniam, quam eis vice qualibet dederis, in opere ipso et non in usus proprios aliquo modo convertant; a quibus de hiis, que eis solveris, recipias ad<sup>e)</sup> tui cautelam ydoneas apodixas; et significaturus<sup>f)</sup> celsitudini nostre et magistris racionalibus magne curie nostre quantitatem pecunie, ad quam assendet<sup>g)</sup> supradicta estimacio, et particulariter et distinte; nostre curie nichilominus reservato, quod, si estimacio ipsa legaliter et<sup>h)</sup> bene facta non fuerit et super hiis nostra curia decipi vel fraudari quoquo modo contigerit, totum id, quod puram et nudam veritatem ecesserit, super bonis illorum, qui<sup>i)</sup> extimacionem ipsam sic fraudulenter fecerint, curia nostra recursum habere possit, ut exinde servetur indepnis; non obstante mandato nostro tibi directo de tota pecunia ipsius generalis subvencionis ad cameram castri Salvatoris ad mare de Neapoli destinanda et de ea non expendenda absque speciali<sup>k)</sup> mandato nostro<sup>l)</sup> tibi dirigendo sigillato sigillo nostro magno et parvo secreto faciente plenam et expressam mentionem de inhibitione huiusmodi; a quibus etiam expensoribus recipias fideiussionem<sup>m)</sup> sufficientem similiter in bonis stabilibus, ut, si processu temporis inveniri contigerit, quod ipsis expensoribus de curia nostra vel per aliquos officiales nostros soluta fuerit aliqua pecunie quantitas pro ipsa capella pavimentanda intabulanda cohoperienda, faciendis portis fenestrorum et elevandis in altum canonis ciminedarum, totum id, quod eis propterea invenietur solutum fuisse, restituere nostre curie teneantur expensores predicti, cum pena, que in talibus per nostram curiam observatur. Dat. Neapoli, mense aprilis, XXV. eiusdem, X. ind.

a) fehlt Reg.      b) assendere.      c) set.      d) tempora.      e) a.      f) significaturis.      g) asendere.  
h) fehlt Reg.      i) fehlt Reg.      k) specialibus.      l) fideiusor.

## 712.

Neapel 1282 Mai 6.

LA 1282 B n. 44 f. 95<sup>ob</sup>. — Schulz IV 105 n. 276 (unter falschem Datum).

Eidem (iusticiario Terre Bari). Ex parte Nicolai de Roma et Thomasii de Faresio de Barulo nostrorum fidelium fuit excellencie nostre nuper expositum, quod, licet olim tempore Iohannis de Anchis precessoris tui renduvia, pons cum muris et portis eiusdem pontis ac submuratura barbacani et quorundam tallutorum castri nostri Baroli facienda iuxta provisionem mag. Petri de Angicuria familiaris et fidelis nostri eidem Iohanni precessori tuo per eiusdem mag. Petri litteras designatam extimata fuerunt fieri posse pro unc. aur. 645 tar. 10 et gr. 10 ponderis generalis ac ea postmodum per eundem Iohannem, premissa iuxta mandatum nostrum subastacione sollempni concessa fuerint predictis Nicolao et Thomasio se ad id offerentibus facienda per eos in extalium pro unc. aur. 633 et tar. 10 eiusdem ponderis, nemini alio se pro minori quantitate ad iddem extalium offerente, idem tamen precessor tuus eo forte, quod in racione per eum exinde curie nostre posita circa modificacionem extimacionis predictorum operum plures questiones exceptit, solutis eisdem Nicolao et Thomasio de quantitate ipsius extalii unc. aur. 446 tantummodo, reliquum eis solvere recusavit, per quaternum autem tibi de pendentibus mandatis eiusdem sui officii assignatum confuse posuit, se pro faciendis et complendis predictis operibus exhibuisse ac solvisse predictis extalleriis pecuniam oportu-  
nam, subiuncto tamen per eundem quaternum, quod quedam ex operibus ipsis facienda et complenda restabant, que per eiusdem quaterni continenciam designantur, ad quorum complementum eos absque ulterioris

<sup>l)</sup> Siehe S. 14 Anm. 1.

exhibicione pecunie districte compellis: eis itaque supplicantibus, super hoc per nostram excellentiam providere, predictam rationem ipsius precessoris tui, que in archivo curie nostre servatur, exquiri mandavimus, per quam, licet constet, quod tam circa extimacionis et extalii quantitatem quam circa summam pecunie per eundem precessorem tuum inde solutam<sup>a)</sup> vera sit expositio, supplicantium eorundem tamen predicta extimacio pluribus questionibus impugnatur, per quas, salvis evidencioribus documentis, modificanda videatur in unc. aur. 176 tar. 14 et gr. 3, quibus deductis ex predicta summa unc. aur. 645 tar. 10 et gr. 10 extimacionis eiusdem, restaret extimacio ipsa in unc. aur. 468 tar. 26 et gr. 7, pro quarum supplemento ultra predictas 446 unc. aur.<sup>b)</sup> per predictum precessorem tuum exhibitas, non nisi unc. aur. 22 tar. 26 et gr. 7 inpendende restarent; volentes igitur sic ipsorum petitiones audire, ut<sup>c)</sup> curia nostra in<sup>d)</sup> indebitas et dampnosas non labatur expensas: . . . precipimus, quatinus, recepta prius ab eisdem Nicolao et Thomasio sufficienti fideiuxoria cautione, quod instanter toto posse ac sine intermissione intendant iuxta extimacionis predictae formam ad finalem ipsorum operum complementum, processum tuum occasione predicta in eos vel bona eorum habitum<sup>e)</sup> in irritum<sup>f)</sup> revoces ac pro complemento ipsorum operum predictas unc. aur. 22 tar. 26 et gr. 7 de pecunia proventuum presentis officii tui seu quorumcunque residuorum et in eorum defectu de pecunia presentis generalis subvencionis, non obstante mandato nostri culminis tibi facto de tota pecunia subvencionis ipsius ad nostram cameram destinanda, eisdem Nicolao et Thomasio exhibere procures, apodixam ab eis de hiis, que dederis, recepturus ydoneam, et eos ad id, si desides fuerint, prout expedierit, compulsurus. Dat. Neapoli VI. madii X. ind.

<sup>a)</sup> solvere.    <sup>b)</sup> quadringentas uncias auri sex.    <sup>c)</sup> et.    <sup>d)</sup> fehlt Reg.    <sup>e)</sup> Hierauf im Reg. ein abgekürztes Wort, scheinbar getilgt.    <sup>f)</sup> irritu.

## Castrum Cannarum.

(Canne.)

713.

Siehe n. 812.

Lucera 1275 September 22.

## Castrum Canusii.

(Canosa.)

714.

[1270 Dezember ca. 20].

RA 1271 B n. 10 f. 33<sup>b</sup>. Das Blatt ist sehr stark beschädigt. Am Rande: pro reparatione castri Canusii.

Iusticiario Terre Bari<sup>1)</sup>. Licet[ . . . ]<sup>a)</sup> facienda, tamen, quia in reparatione [ . . . ]<sup>a)</sup> seu defectum nec domini regis subdito[ . . . ]<sup>a)</sup> factum est hactenus per predictum Anfusium circa ext[ . . . ]<sup>a)</sup> neat firmitatis. verum, cum idem Anfusius cir[ . . . ]<sup>a)</sup> arduis sibi commissis servitiis curie occupatus, tibi [ . . . ]<sup>a)</sup> necessariam pro celeriori complemento reparationis eiusdem [ . . . ]<sup>a)</sup> extimationem factam per eundem Anfusium vel aliis, quos ad hoc statuit, facias decetero per probos [ . . . ]<sup>a)</sup> per te statutos vel statuendos de terris et locis, que ad ipsius castri reparationem contribuere tenentur, instanter et fideliter colligi et expendi . . . [decembris ca. XX.]<sup>2)</sup>.

<sup>a)</sup> Lücken durch Textverlust.

715.

Barletta 1271 Februar 4.

RA 1273 A n. 18 f. 230<sup>a</sup>.

Eodem (III. februarii) ibidem (Baroli). Iusticiario Terre Bari<sup>3)</sup>. Pridem tibi scripsisse<sup>4)</sup> recolimus etc. super negotio reparationis castri Canusii, ut statim . . . ad requisicionem Anfusii de Vinay etc. pecuniam debitam a singulis terris, que ad ipsius castri Canusii reparationem tenentur . . . recolligi facias<sup>a)</sup> et expendi.

<sup>a)</sup> faciat.

<sup>1)</sup> Aussteller ist Herzog Hugo von Burgund als Generalvikar. Vgl. Durrieu I 139.    <sup>2)</sup> Das fehlende Datum läßt sich aus der Stellung im Register ungefähr schätzen. Das nächstvorhergehende Datum auf f. 32<sup>b</sup> ist: XIX. eiusdem (decembris); das nächstfolgende auf f. 33<sup>b</sup>: XXI. eiusdem.    <sup>3)</sup> Aussteller ist Herzog Hugo von Burgund als Generalvikar.    <sup>4)</sup> Wohl n. 711.

716.

Cassino 1271 Februar 28.

RA 1271 B n. 10 f. 49<sup>a</sup>. RA 1272 A n. 13 f. 263<sup>b</sup>. — Schulz IV 34 n. 77.

Scriptum est secreto Apulie, ut, adhibitis sibi viris peritis in arte fabricae, totam illam quantitatem pecuniae, pro qua dicent illud, quod reparandum est in castro Canusii, reparari posse, exhibeat Petro Angicourt magistro reparatori castrorum. . . . Dat. apud s. Germanum ultimo februarii XIII. ind.<sup>1)</sup>.

717.

Rom 1271 April 6.

RA 1272 A n. 13 f. 93<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Bari). Ex parte Nicolai Frecze secreti Apulie. . . . fuit etc., ut, cum ipse ad mandatum<sup>2)</sup> sibi ab excellencia nostra directum pro reparatione castrum Canusii ad requisitionem Petri de Angicure magistri eiusdem operis. . . . certam summam pecuniae de suo proprio eidem magistro duxerit mutuandam tuque a maiestate nostra receperis in mandatis, ut pro reparatione ipsius castrum certis universitatibus terrarum provinciae tibi decreta. . . . imponi faceres<sup>3)</sup>. . . . restitui sibi pecuniam. . . . etc. quare. . . . mandamus, quatinus. . . . quantitatem eandem. . . . eidem Nicolao. . . . studeas exhibere. . . . Dat. Rome VI. aprilis.

<sup>a)</sup> feceris.

718.

Trani 1271 Juni 9.

I. AP vol. III n. 135. (olium arc. I maz. 40 n. 10). Orig. membr. RA 1271 B n. 10 f. 52<sup>a</sup>. — Auszüge: SM I 66 n. 5. Schulz IV 36 n. 80.

Eidem secreto (Apulie). Significasti culmini nostro, quod in defectu pecuniae officii tui, quam non habuisti, ut dicis, exhibuisti mag. Petro d' Angicour reparatori castrum nostri Canusii pro reparatione ipsius castrum unc. aur. 150. . . . pro qua pecuniae quantitate provisum est reparari posse id, quod in eodem castro reparandum erat. . . . et, licet requisiveris. . . . iusticiarium Terre Bari. . . . ut quantitatem eandem tibi restituere procuraret. . . . idem iusticiarius. . . . pecuniam ipsam tibi restituere denegat. . . . propter quod eidem iusticiario expresse precipimus<sup>3)</sup>, quod pecuniam ipsam instanter tibi restituat. . . . Dat. Trani IX. iunii.

II. RA 1272 A n. 13 f. 97<sup>b</sup>.

Iusticiario Terre Bari. Entsprechendes Schreiben. Dat. Trani IX. iunii XIII. ind.

719.

Lagopesele 1271 Juni 24.

RA 1271 B n. 10 f. 52<sup>b</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1271/72 p. 24.

Iudici Gaudio de Riso vicesecreto in Terra Bari. Significasti culmini nostro, te exhibuisse mag. Petro de Angicuria preposito reparationi castrorum nostrorum pro fenestris portis et aliis operibus reparandis in castro nostro Canusii miliaria duo de ferro stricto empto per te de pecunia curiae nostrae officii tui pro unc. aur. 5. . . . ad rationem de unc. aur. 2<sup>1</sup>/<sub>2</sub> pro quolibet miliari necnon tabulas de abiete magnas emptas per te de eadem pecunia pro unc. aur. 1. . . . dicto magistro presente et in auro de eadem pecunia unc. aur. 4. . . . ad mandatum Petri domini Bellimontis etc. oretenus tibi factum; quam pecuniam acceptari tibi per nostram excellentiam supplicasti. nos autem solutionem ipsius pecuniae dicto modo factam, dum tamen de solutione ipsarum rerum per apodixam ydoneam venditorum et de assignatione dictarum rerum et dicte pecuniae per apodixam ydoneam eiusdem mag. Petri constiterit, tenore presentium acceptamus et in tuo volumus racionio computari. Dat. ut supra (apud Lacumpensilem XXIII iunii).

720.

Melfi 1271 August 19.

RA 1272 A n. 13 f. 1<sup>b</sup>.

Eidem (secreto Apulie). Cum castellano castrum nostri s. Marie de Monte per litteras nostri culminis iniungatur, ut in aliqua parte foreste circa iddem castrum ligna incidi faciat et abinde ad castrum Canusii deferri ad opus eiusdem castrum, per homines scilicet, currus et animalia sibi propterea per universitatem Andrie. . . . ministranda, . . . mandamus, quatinus eidem. . . . mercedem et expensas. . . . ministrare procuret. . . . Dat. Melfie XVIII. augusti XIII. ind.

721.

Melfi 1271 September 13.

RA 1272 B n. 14 f. 97<sup>b</sup>. — Auszug: Schulz IV 37 n. 87. Minieri, Regno 1271/72 p. 37.

Eidem (iusticiario Terre Bari). Quia intellexit excellencia nostra, quod castrum nostrum Canusii usw. in forma de reparatione. nomina vero terrarum, que ad reparationem dicti castrum tenentur, sunt hec: videlicet Iuvenacium, Minerbinum, Canusium. Dat. Melfie XIII. septembris.

<sup>1)</sup> Das Datum fehlt im Reg. 13.<sup>2)</sup> n. 716.<sup>3)</sup> n. 11.



722.

Foggia 1273 Mai 13.

RA 1279 A n. 3 f. 74<sup>o</sup>.

Iohanni de Burlasio iuniori militi castellano castris Canusii. Nolentes, quod in munitione castris nostri Canusii aliquis defectors intersit, ecce, quod secreto Apulie fideli nostro per nostras litteras iniungimus, quod ad requisicionem tuam emere debeat tibi que assignet intus in eodem castro pro munitione ipsius ibidem in thesauro servandas res subscriptas: videlicet [1] de frumento novo salmas 100 ad salmam generalem; et frumentum vetus, quod est ibi, assignes eidem secreto deferendum Barolum, ut fiat exinde biscottum pro vassellis nostris, iuxta quod sibi damus nostris litteris in mandatis. [2] item de oleo staria 40 ad starum Bari, de carbonibus salmas 100, de filo pro cordis balistarum cantarium 1, picones ferreos 40, palas de ferro 10, palas de ligno 40, de fabis salmas 4, de ciceribus salmas 6, de sepo cantarium 1, coria equorum 4. [3] item de subtularibus ad calciandum paria 100, secures de ferro 10, guerdiles ferreos grossos 4 et guerdiles minus 6, de stappa medietatem cantarii, de sartis de cannape cantaria 4, de cera cantarium 1. [4] item scuta 30 ad arma nostra. [5] item virgas pro machinis 3, unam videlicet magnam et duas parvas. [6] item de abiete tabulas 200 et alia lignamina oportuna pro ipsis machinis construendis iuxta provisionem mag. Iohannis ingenuerii nostri. [7] item de sale salmas 20 ad salmam generalem, de ferro cantaria 4, de aczaro rotulos 40 et de pice cantarium 1. [8] iniungimus etiam sibi, quod, si fovee in eodem castro ad servandum victualia non habentur, faciat ibidem eas fieri, que capiant ad minus salmas 100, ad requisicionem tuam; et quod forgiam, si est ibi, faciat reparari omnibus oportunis, alioquin de novo ibidem fieri faciat eam cum ferramentis et aliis omnibus oportunis. [9] mandamus preterea per litteras nostras magistro massario nostro in Basilicata et Terra Bari, quod de massariis nostris magistratus sui paccones 20 et casei miliare 1; necnon custodibus camere nostre Lucerie, quod 20 capellos de ferro cum viseriis de armis nostris ipsius camere ad dictum castrum tibi transmittant et faciant assignari. [10] iusticiario etiam Terre Bari per nostras damus litteras in mandatis, ut murum, qui est supra portam ipsius castris, necnon cisternas molendinum et furnum eiusdem castris, que, ut significasti, reparacione indigent, reparari faciat per homines illorum locorum et terrarum, que ad reparacionem ipsam tenentur et consueverunt hactenus deputari. [11] . . . precipimus, quatinus predictos omnes officiales nostros de premissis omnibus, prout de quolibet supra distinguitur, requirere debeas ac res omnes assignandas per eos tibi recipias et eas facias in castro ipso pro thesauro diligenter salubriter et fideliter conservari; facturus assignantibus de recepcione ipsarum ydoneam apodixam; et sollicitans dictum iusticiarium de reparacione complenda et dictum secretum de predictis fovea et forgia, si expedierit, faciendis. quantitatem autem frumenti predicti veteris, quod dicto secreto assignari feceris, magistris rationalibus magne curie nostre scribas. nolumus tamen, quod frumentum ipsum vetus extrahatur de castro predicto, donec predictum frumentum novum immittatur ibidem. Dat. Fogie per Iohannem etc. predicto XIII. madii.

723.

Corato 1273 Dezember 3.

RA 1272 B n. 14 f. 204<sup>b</sup>. — *Auszug: Miniari, Regno 1273 p. 60.*

Americo<sup>a</sup>) de Monte Dragone provisorio castrorum Apulie etc. Ex insinuacione castellani castris nostri Canusii. . . nostra serenitas intellexit, quod domus sita in introitu castris predicti, per quam aqua vadit ad cisternam eiusdem castris, minatur ruinam et, si in reparacione ipsius domus non succurratur ad presens, oportebit maiores expensas fieri in eodem nec aqua haberi posset in cisterna predicta ad<sup>b</sup>) non modicum dispendium personarum deputatarum ad custodiam dicti castris. ideoque . . . precipimus, quatinus ad predictum castrum te conferas et facta diligenti provisione et extimatione reparacionis ipsius domus iuxta formam tibi per curiam nostram datam per terras, que tenentur ad reparacionem ipsius castris notatas in cedula tibi data sub sigillo maiestatis nostre de terris, que tenentur ad reparacionem castrorum Apulie, facias reparari; servaturus in premissis omnibus formam et modum per commissionis tue litteras tibi datum. facias etiam reparari furnum ipsius castris, nullam in reparacione ipsius domus et furni moram committens, sicut nostram gratiam caram habes, cum velimus castrum ipsum specialiter inter alia castra semper esse munitum omnibus oportunis. attentum tamen esse te volumus, ut predictam domum faciens reparari terraciam ibi fieri facias, ut firmior perseveret. Dat. Caurati per eundem G (uilielmum) III. decembris II. ind.

<sup>a</sup>) Americo.<sup>b</sup>) et.

724.

Corato 1273 Dezember 13.

RA 1273 A n. 18 f. 184<sup>b</sup>.

Americo de Monte Dragone provisorio castrorum Apulie etc. Ex insinuatione castellani castrum nostrum Canusii... nostra serenitas intellexit, quod domus sita in introitu predicti castrum, per quam aqua vadit ad cisternam ipsius, minatur ruinam. item furnus, molendinum et domus alie, que sunt in eodem castrum, ac pons, qui est ante portam, indigent reparari et, nisi reparentur ad presens, oportebit maiores expensas facere in eisdem et persone deputate ad custodiam dicti castrum ibidem non poterunt comode commorari. ideoque... mandamus, quatinus... predicta omnia... facias reparari. in predicta vero domo, per quam vadit aqua ad eandem cisternam, terraciam fieri facias, ut firmior perseveret... facias etiam reparari cisternas duas, que sunt in eodem castrum, et etiam alia omnia, que reparacione indigent oportuna. Dat. Caurati per eundem G(uilielmum) XIII. decembris II. ind.

725.

Venosa 1274 Oktober 3.

RA 1274 B n. 21 f. 317<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Bari) etc. Quia exposuit celsitudini nostre castellanus castrum Canusii fidelis noster, quod, cum iuxta mandatum nostrum tibi inde directum facta fuerit extimacio de hiis, que in castrum ipso reparanda sunt, et quantitas pecunie, ad quam reparacio ipsa ascendit, inter terras Iuvenacii Minurbini et Canusii distributa et taxata fuerit, secundum quod quamlibet terrarum ipsarum pro rata inde contingit secundum rationem presentis generalis subvencionis in terris ipsis per curiam nostram factam, et homines Canusii et Minorbini iam solverint medietatem pecunie distribute in qualibet terrarum ipsarum pro reparacione ipsa et aliam medietatem solvere promtos se offerant, homines Iuvenacii, quibus pro reparacione dicti castrum secundum ratam predictae generalis subvencionis certa quantitas pecunie imposita est, in tanta contumacia et pertinacia fuerunt et sunt, quod nichil adhuc de quantitate pecunie contingenti eos pro reparacione ipsa solvere voluerunt et volunt, et tu nec eos ad solucionem ipsius pecunie non compellis nec compelli facis, immo, ut dictus castellanus asseruit, super hoc est in tuo pectore cura minor, de quo admodum ammirantes et moti etiam non indigne, ... precipimus, quatinus homines ipsos Iuvenacii ad contribuendam et exhibendam in reparacione ipsa quantitatem pecunie eos predicto modo exinde contingentem continuo et successive, quod celeri et congrua reparacione ipsius castrum expediens fuerit, et etiam homines predictarum terrarum Minerbini et Canusii, si fuerit oportunum, ut ipsius castrum reparacio celeriter et comode compleatur, precipue cum, si ad presens non reparentur cisterne ipsius castrum et compleantur necessario fulcimento, in eis aqua pluvialis iam instantis yemis congregari non poterit et servari<sup>a</sup>), omni qua expedit coercicione compellas et compelli facias, ne occasione eorum contumacie et<sup>b</sup>) desidia tue, quam in hiis diceris commisisse, ipsius castrum reparacio finalis ultra debitum retardetur; sciturus pro certo, quod, si super hoc negligens fueris vel remissus, et<sup>c</sup>) reparacionem ipsam occasione defectus<sup>d</sup>) tui et specialiter reparacionem cisternarum, que ob predictam causam differenda non est, contra tenorem prioris mandati nostri tibi super reparacione ipsius castrum directi differri contingat, defectus, si quis ex desidia tua super hoc emergerit, suppleri de tuo proprio faciemus, cum nolimus te et alios officiales nostros super exequcione negociorum fiscalium remisse<sup>e</sup>) et lento modo procedere et sic transire oculis semiclausis. Dat. Venusii per mag. G(uilielmum) III. octubris III. ind.

<sup>a</sup>) *Statt et servari im Reg. reservari.*<sup>b</sup>) *fehlt Reg.*<sup>c</sup>) *ad.*<sup>d</sup>) *defecti.*<sup>e</sup>) *remisise.*

726.

Capua 1275 April 19.

RA 1274 B n. 21 f. 330<sup>b</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Bari). Mandavimus tibi pridem<sup>1</sup>)... ut castrum nostrum Canusii reparari faceres... verum quia, referente castellano eiusdem castrum Canusii, nostra excellentia intellexit, quod homines Iuvenacii... pecuniam, quam eos contingit pro reparacione castrum predicti solvere, contradicunt, ... precipimus, quatinus... eosdem homines... ad solvendum... compellas... Dat. Capue XVIII. mensis aprilis III. ind.

727.

Neapel 1277 Januar 9.

RA 1278 A n. 29 f. 228<sup>a</sup>.

VIII. ianuarii Neapoli. Iusticiario Terre Bari<sup>2</sup>). Cum significavit per litteras suas Iohannes de Burlasio iunior miles castellanus regii castrum Canusii, quod, cum castrum ipsum eo, quod reparacione indigebat, domi-

<sup>1</sup>) n. 725.<sup>2</sup>) *Aussteller ist Karolus primogenitus als Generalvikar.*

nus pater noster per litteras suas vobis inde directas per universitates Iuvenacii Canusii et Minerbini, que castrum ipsum reparare tenentur... faceret comode reparari, vos, licet super reparatione ipsius castri in parte processum fuerit, nondum castrum ipsum in illis partibus, in quibus extimatum fuit reparari debere, fecistis totaliter reparari nec adhuc huiusmodi reparatio est completa; et significavit etiam, quod nuper cecidit turris, que erat in palatio, quod est supra portam castri eiusdem, ita quod castrum ipsum est apertum in loco, ubi predicta turris existerat... (mandamus), quatinus castrum ipsum... facientes comode celeriter et totaliter reparari, universitates predictas... requiratis, ut unum eorum ordinent pro parte omnium sive mittant syndicum... , quem volumus interesse extimationi operis dicte turris, *usc. in forma de reparatione*. Dat. Neapoli etc. die VIII. ianuarii etc.

728.

bei Capua 1278 März 14.

RA 1276 B n. 26 f. 219<sup>a</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Bari). Quia intellesimus, quod castrum nostrum Canusii indiget reparari *usc. in forma de reparatione*. nomina vero terrarum, que castrum ipsum reparare debent, sunt hec: videlicet Iuvenacium, Minerbinum et Canusium. Dat. apud turrim prope Capuam XIII. marcii VI. ind.

729.

bei Capua 1280 April 4.

RA 1279 A n. 34 f. 203<sup>a</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Bari). Girardus Divort miles... culmini nostro exposuit, quod quidem collectores pecunie olim imposite pro reparatione castri nostri Canusii custodie sue commissi in<sup>a</sup>) ipsa terra Canusii et Iuvenacio per... tuum in officio precessorem... quandam quantitatem ipsius pecunie recollecte per eos penes se detinent nec expensoribus reparationis ipsius... assignare procurant... : precipimus, quatinus<sup>b</sup>)... collectores ipsos ad assignandum... pecuniam recollectam... compellas... Dat. apud turrim IIII. aprelis VIII. ind.

<sup>a</sup>) et.      <sup>b</sup>) fehlt Reg.

730.

Lagopesole 1280 August 29.

RA 1270 B n. 8 f. 118<sup>a</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1280 p. 27.

Eidem (iusticiario Terre Bari) etc. Quia nuper ex relatione Girardi Divort... castellani castri nostri Canusii nostra serenitas intellexit, quod castrum ipsum in locis aliquibus indiget reparari et, nisi reparatur ad presens, maiores expensas sua requiret reparacio subsequenter, ... precipimus, quatinus... facias castrum ipsum per homines subscriptarum terrarum iurisdictionis tue, qui ad reparationem huiusmodi consueverunt etc. in forma de reparationibus castrorum. terre vero, que ad reparationem ipsius castri deputari consueverunt, sunt hec: videlicet Iuvenacium, Minerbinum et Canusium. Dat. apud Lacumpensilem die XXIX. augusti.

731.

Foggia 1280 Oktober 1.

RA 1281 B n. 42 f. 79<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Bari). Litteras tuas... accepimus, continentes, quod, cum habueris a nostra curia in mandatis<sup>1</sup>), ut castrum nostrum Canusii reparari faceres omnibus oportunis per certas universitates terrarum, que ad id tenentur, facta prius... extimacione, in qua... provisor castrorum nostrorum Terre Ydronti et Terre Bari personaliter interesset, idem provisor... misit ad te unum pro parte sua, qui una tecum in premissis loco sui personaliter interesset. tibi... duximus taliter respondendum, quod, si predictus provisor hiis personaliter nequiverit interesse... , tu in negotio ipso procedas in presencia... illius, quem ad hoc statuendum duxerit loco sui... Dat. Fogie I. octubris VIII. ind.

732.

Orvieto 1281 April 21.

I. RA 1281 A n. 42 f. 90<sup>a</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Bari). Mandavimus<sup>2</sup>) tibi dudum... , quod a certis universitatibus iurisdictionis tue pro reparatione castri Canusii... necessariam recolligi faceres pecunie quantitatem... ; set sicut per Girardum de Drivort castellanum eiusdem castri etc. nuper nostra serenitas intellexit, predicta

<sup>1</sup>) n. 730.    <sup>2</sup>) n. 730.

pecunie quantitate iam . . . recollecta, pons ipsius castri, qui reparacione eget, ut dicitur, restitit reparandus, in nostre curie preiudicium manifestum: quocirca . . . mandamus, quatinus de predicta pecunia . . . recollecta pontem ipsum . . . reparari instanter mandes . . . Dat. apud Urbem veterem die XXI. aprilis.

II. Eidem (iusticiario Terre Bari). *Wie oben bis recollecta. Dann weiter:* castrum ipsum in ponte et pluribus aliis restitit reparandum, in nostre curie *usw. wie oben mutatis mutandis.* Dat. apud Urbem veterem die XXI. aprilis.

733.

Orviato 1281 Juli 5.

Siehe n. 397, introitus § 2 und exitus § 14.

## Castrum s. Marie de Monte.

(Castel del Monte.)

734.

Gubbio 1240 Januar 29.

RF f. 59<sup>a</sup>. — Carcani p. 327 sq. Schulz IV 8 n. 17. Huillard-Bréholles V, 2 p. 697. E. Merra, Castel del Monte (2. ed., Trani 1895) 191 n. 1. BF n. 2742.

Ianuario in Agubio<sup>1</sup>). XXVIII<sup>2</sup>).

Item de eodem<sup>3</sup>) mandato facto per eundem<sup>4</sup>) scripsit eidem<sup>5</sup>) G (ualterius) de Cusencia. Cum pro castro, quod apud s. Mariam de Monte fieri volumus per te, licet de tua iurisdictione non sit, instanter fieri velimus attractum, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus attractum ipsum in calce lapidibus et omnibus aliis oportunis fieri facias sine mora; significaturus nobis frequenter, quid inde duxeris faciendum; tale in hoc studium habiturus, ut, sicut hoc specialiter sollicitudini tue committimus, sic etc.

735.

Foggia 1269 Februar 12.

FA M (3) (Carte sciolte) f. 27<sup>b</sup>.

Secreto Apulie. . . mandamus, quatinus . . . castellano et cappellano castri et cappelle s. Marie de Monte 2 unc. aur. . . pro ornamento ipsius cappelle . . . exhibere procures . . . Dat. Fogie XII. februarii XII. ind.

736.

vor Lucera 1269 Mai 7.

RA 1269 B n. 4 f. 17<sup>a</sup>. — Merra p. 197 n. 4. Del Giudice, Re Manfredi p. 276 not. 1. Auszug: Minieri, Alcuni fatti p. 49.

Eidem iusticiario (Terre Bari) etc. Meminimus tibi alia vice . . . dedisse per nostras litteras in mandatis, ut castrum nostrum s. Marie de Monte per homines terrarum iusticiariatus tui, qui ipsum reparare tenentur, faceres reparari; tu nichil inde in preiudicium nostre curie facere curavisti. ideoque . . . mandamus, quatinus predictum castrum reparatione necessaria per homines terrarum, qui ipsum reparare tenentur, . . . facias reparari . . . Dat. in castris in obsidione Lucerie VII. maii XII. ind.

737.

vor Lucera 1269 Mai 21.

RA 1269 B n. 4 f. 17<sup>b</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Bari) etc. Ex parte hominum Bucheti vassalorum monasterii Montis Regalis . . . maiestati nostre fuit expositum cum querela, quod, cum retroactis temporibus ex obtpenta libertate indulta eis per quondam regem Guilielmum, sicut in eius<sup>6</sup>) privilegiis continetur, immunes fuerint a reparatione castri s. Marie de Monte, excepto quod aliquando tempore, quo quondam Federicus olim imperator amissa gratia Romane ecclesie per quosdam officiales suos ipsos homines compelli fecerit ad comunicandum in reparatione dicti castri, et post mortem ipsius Federici usi fuerint libertate predicta, tu contra predictam obtpentam libertatem eorum ac contra sententiam absolucionis, latam pro eis per Drivum de Regio Baio Guilielmi de Modiobladi regni Sicilie magistri iusticiarii vicarium et iudices magne curie nostre, ad reparandum dictum castrum eosdem compellis<sup>7</sup>) indebite in eorum preiudicium et gravamen: . . . mandamus, quatinus contra tenorem dicte sentencie eorundem vicemagistri iusticiarii et iudicum magne curie nostre dictos homines Bucheti super reparatione dicti castri indebite non molestes . . . Dat. in obsidione Lucerie XXI. maii XII. ind.

<sup>6</sup>) eis.      <sup>7</sup>) compellit.

<sup>1</sup>) So lautet die Überschrift der Seite.      <sup>2</sup>) So das Datum des ersten Mandates auf jener Seite.      <sup>3</sup>) d. h. imperiali.  
<sup>4</sup>) d. h. magistrum R(iccardum) de Traiecto.      <sup>5</sup>) d. h. R(iccardo) de Montefusco iusticiario Capitate.

738.

RA 1269 B n. 4 f. 18<sup>ab</sup>. — Schulz IV 18 n. 46

vor Lucera 1269 Mai 25.

Eidem iusticiario (Terre Bari). Ex parte universorum hominum de Botonto... maiestati nostre fuit expositum cum querela, quod, cum ipsi pro reparatione castri s. Marie de Monte et cisterne eiusdem castri solverint ad mandatum Nicolai Frece<sup>a)</sup> olim secreti Apulie... iudici Riccardo de Andria<sup>b)</sup> et sociis statutis per eundem Nicolaum super reparatione predicti operis unc. aur. 43 et tar. aur. 15... pro reparatione dicti castri et cisterne, nunc tu ad reparandum dictum castrum et cisternam dictos fideles nostros compellis: ... mandamus, quatinus, si tibi constiterit predictum iudicem Riccardum et socios recepisse ab hominibus supradictis dictam pecunie quantitatem pro reparatione eadem ad mandatum Nicolai predicti, prenominos fideles nostros exinde non molestans pecuniam ipsam a predicto iudice Riccardo et sociis pro parte nostre curie exigas... ipsosque ad solvendum tibi ipsam pecuniam districte compellere debeas... et de ipsa pecunia predictum castrum et cisternam facias reparari. Dat. in obsidione Lucerie XXV. madii XII. ind.

a) Frezzi.      b) Andrea.

739.

Melfi 1271 Oktober 3.

RA 1272 B n. 14 f. 98<sup>a</sup>. — Schulz IV 38 n. 89 (unter falschem Datum). Del Giudice, Re Manfredi p. 276 not. 1. Merra p. 197 n. 5. Minieri, Regno 1271/72 p. 38 (unter falschem Datum).

Eidem (iusticiario Terre Bari). Quia intellexit excellencia nostra, quod castrum nostrum s. Marie de Monte usw. in forma de reparatione. nomina vero terrarum et locorum, que ad reparacionem dicti castri tenentur, sunt hec: videlicet Monopolium, Bitontum et Betettum. Dat. Melfie mense octubris, III. eiusdem.

740.

Brindisi 1277 April 13.

I. RA 1276/77 A n. 27 f. 96<sup>a</sup>. — Del Giudice, Re Manfredi p. 282. Merra p. 225 n. 34. Minieri, Regno 1277 p. 14.

Eidem iusticiario (Terre Bari<sup>1)</sup>). Quia significavit nobis Americus de Monte Dragone provisor castrorum nostrorum Apulie familiaris et fidelis noster, quod in turribus castri nostri s. Marie de Monte faciente sunt bertesce et 4 guaytarole et omnes fenestre eiusdem castri ferrande sunt, ... precipimus, quatinus ... facta diligenti... extimacione... berdescas necessarias in predictis turribus et 4 guaytarolas fieri<sup>a)</sup> et fenestras eiusdem castri ferrari facias de quacunque fiscali pecunia ... Dat. Brundusii XIII. aprilis V. ind.

a) afieri.

II. Siehe n. 177 I.

741.

bei Capua 1278 April 6.

RA 1276 B n. 26 f. 220<sup>b</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1278 p. 18.

Scriptum est iusticiario Terre Bari in forma de reparationibus castrorum, quod reparari faciat castrum s. Marie de Monte etc. nomina videlicet terrarum, que castrum ipsum reparare debent, sunt hec, videlicet: Monopolium, Betettum et Botontum. Dat. apud turrin s. Herasmi VI. aprilis.

742.

bei Capua 1279 Mai 8.

RA 1278/79 H n. 33 f. 177<sup>a</sup>. Vgl. n. 743.

Eidem iusticiario (Terre Bari). In forma de reparatione castrorum. Nomina...: Monopolium, Bietettum<sup>a)</sup> et Botontum. Dat. apud turrin s. Herasmi VIII. madii.

a) n. 743: Bietectum.

743.

Neapel 1279 Mai 31.

RA 1278/79 H n. 33 f. 178<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Bari). In forma de reparatione castrorum wie n. 742 mit der dort verzeichneten Abweichung. Dat. Neapoli ultimo madii.

1) Daß dieser der Adressat ist, ergibt sich aus n. 177 I. Im Register steht das Dokument irrtümlicherweise bei den Mandaten an den iusticiarius Basilicate.

## Terra Mauli.

(Mola di Bari.)

744.

*Siehe n. 573, besonders § III und § VII.*

*Venosa 1277 Juni 8.*

745.

*Siehe n. 574, besonders § 1 und 2.*

*Venosa 1277 Juni 11.*

746.

*RA 1276 A n. 25 f. 103<sup>b</sup>.*

*S. Gervasio 1277 Juni 20.*

Similes<sup>1</sup>) facte sunt extalleriis operis terre Mauli. Dat. ut supra (apud s. Gervasium die XX. iunii V. ind.).

747.

*RA 1276/77 A n. 27 f. 148<sup>b</sup>.*

*S. Gervasio 1277 Juni 24.*

Similes<sup>2</sup>) facte sunt verbis competenter mutatis iusticiario Terre Bari pro opere Mauli. et missus Guilielmus de Lifeunt cum stipendiariis equitibus 42 et servientibus 100 ac servitoribus eorum. Dat. ut supra (apud s. Gervasium die XXIII. iunii).

748.

*Siehe n. 576.*

*Lagopesole 1277 Juli 11.*

749.

*Siehe n. 577.*

*Lagopesole 1277 Juli 23.*

750.

*Siehe n. 578.*

*Lagopesole 1277 Juli 25.*

751.

*RA 1276 A n. 25 f. 144<sup>a</sup>. RA 1276 B n. 26 f. 76<sup>a</sup>. — Auszüge: Minieri, Regno 1277 p. 41. De Santis p. 40.*

*Lagopesole 1277 August 4.*

Philippo de s. Cruce prothontino Baroli militi consiliario et familiari suo etc. Cum in extimacione facta per mag. Petrum de Angicurt de opere murorum terre Mauli et ex pacto etiam habito inter curiam nostram et extallerios ipsorum murorum in fabricis murorum ipsorum in lapidibus incisis, ex parte videlicet exteriori, in intrinseca et extrinseca linea deberent apponi due partes calcis et tertia pars arene et in saburratura murorum ipsorum medietas calcis et medietas arene, et extallerii operum murorum ipsorum nuper exposuerint excellencie nostre, quod melius et utilius erit, quod fabrica murorum ipsorum et muri etiam ipsi fortiores et meliores erunt, si loco arene apponatur terra cum calce, pro eo quod arena ipsarum partium mala est et minus bona ac inutilis et terra satis bona et utilis est et bene coniungitur et cohattatur cum calce: . . . mandamus, quatinus usus in hoc consilio magistrorum fabricatorum et aliorum nostrorum fidelium de murorum fabricis peritorum diligentem provisionem consideracionem et circumspectionem in hiis habere studeas, utrum utilius et melius sit pro fabricis murorum ipsorum et muri ipsi meliores et fortiores fuerint, si apponatur arena vel terra, et quod melius et utilius exinde fore inveneris pro meliori et fortiori fabrica murorum ipsorum, et quod in muris ipsis propterea defectus aliquis non existat et de eis non sit in posterum in aliquo dubitandum, si predicto modo videlicet cum calce apponatur arena vel terra, per eosdem extallerios statuas et facias observari, ut de muris ipsis occasione huiusmodi nullum possit in posterum penitus intervenire sinistrum. et quod super hiis melius et utilius inveneris et per extallerios ipsos statueris observari, celsitudini nostre per tuas litteras studeas intimare. Dat. apud Lacumpensulem IIII. augusti V. ind.

<sup>1</sup>) *Wie n. 575.*

<sup>2</sup>) *Wie n. 955.*

752.

RA 1276/77 A n. 27 f. 128<sup>b</sup>. — Auszug: De Santis p. 40.

Eidem (iusticiario Terre Bari). Satis expresse dudum per litteras nostras tibi mandavimus<sup>1</sup>), ut pro stipendiariis, quos ad locum Mauli pro custodia eiusdem loci misimus, et pro personis etiam in opere muro-  
rum ipsius terre morantibus sufficientem quantitatem fodri, panis videlicet, vini, carniun, ordei et aliarum  
singularum rerum venalium, per homines terrarum vicinarum iurisdictionis tue continue et sine defectu  
quolibet mitteres ad vendendum. set quia nuper intelleximus per litteras capitanei stipendiariorum ipsorum  
in Mola et etiam ipsorum stipendiariorum, quod ad locum ipsum modica<sup>a</sup>), immo quasi nulla<sup>b</sup>) fodri quan-  
titas deportatur<sup>a</sup>) . . . : precipimus, quatinus huiusmodi fodrum . . . ad locum predictum . . . deferri mandes . . .  
Dat. apud Lacumpensilem die XIII. augusti.

<sup>a</sup>) modicam.<sup>b</sup>) nullam.

Lagoposole 1277 August 13.

753.

Siehe n. 580.

Lagoposole 1277 September 11.

754.

RA 1278 D n. 31 f. 14<sup>a</sup>. — Auszug: De Santis p. 40.

Eidem (iusticiario Terre Bari). . . precipimus, quatinus ad capitaneum et stipendiarios nostros in  
custodia terre Mauli . . . existentes et magistros et alios laborantes in opere eiusdem terre fodrum panis,  
vini, casei, carniun, ordei et aliarum rerum necessariorum victui hominum et equorum per homines  
terrarum vicinarum . . . mittere debeas ad vendendum — nolumus enim, quod huiusmodi rerum venalium  
aliquem patiantur defectum —, que mittas ad eos sub pretio competenti. Dat. ibidem (Melfie) XXIII. sep-  
tembris VI. ind.

Melfi 1277 September 23.

755.

Siehe n. 581.

Foggia 1277 November 2.

756.

Siehe n. 582.

Neapel 1277 November 24.

757.

Siehe n. 583.

Neapel 1277 Dezember 17.

758.

Siehe n. 584.

Neapel 1278 Januar 8.

759.

Siehe n. 232.

bei Capua 1278 März 4.

760.

Siehe n. 586 I und II.

bei Capua 1278 März 8.

761.

Siehe n. 587.

bei Capua 1278 März 8.

762.

Siehe n. 594.

bei Capua 1278 April 26.

763.

Siehe n. 595.

bei Capua 1278 April 26.

764.

RA 1268 A n. 1 f. 174<sup>b</sup>; RA 1276 B n. 26 f. 223<sup>b</sup> bis 224<sup>a</sup>.

Iusticiario Terre Bari etc. Supplicavit excellentie nostre mag. Petrus de Baro estallerius murorum  
terre Mauli et operis castri Bari, quod, cum muri circuitus eiusdem terre Mauli extimati fuissent secundum  
mensuram tunc temporis inde factam esse cannarum 250 et muros ipsos eiusdem mensure in longitudine

bei Capua 1278 April 26.

<sup>1</sup>) n. 747.

fieri facere convenisset ad certam rationem pro qualibet canna et eandem terram muris in longitudine claudi fecerit circumcirca, qui muri sunt canne 271, quantitatem pecunie contingentem eum pro cannis 21, quas fieri fecit in longitudine murorum ipsorum et pro illa etiam quantitate murorum, quam in eisdem muris in altitudine fieri fecerit et compleri ultra quantitatem et numerum illum cannarum, quam et quem fieri facere convenit secundum conventiones et pacta habita de extaleo ipso inter nostram curiam et eundem, sibi exberi de benignitate regia mandaremus. nos autem ipsius supplicationibus iustis utpote inclinati, . . . mandamus, quatinus certificatus per Simonem de Bellovidere tuum in officio precessorem de quantitate et mensura murorum ipsius terre, quam dictus mag. Petrus facere tenetur secundum pactum predictum, et ad quam rationem, et de pecunia sibi exhibita propterea per eundem secundum continentiam litterarum nostrarum<sup>1)</sup> sibi tempore sui officii directarum, pro tota illa quantitate murorum, quam in muris ipsis hactenus fieri fecit et inantea fieri faciet ultra quantitatem et mensuram, quam secundum predictum pactum facere tenetur et debet, mensuratis muris omnibus factis usque nunc et inantea faciendis, secundum quod consuerunt huiusmodi murorum opera mensurari, ita quod inde curiam nostram circumveniri vel decipi in aliquo non contingat, presente tecum in mensurandis eisdem mag. Bancelino familiari et fideli nostro provisoro ipsius operis, pro illa quantitate cannarum, quas usque nunc fieri fecit, ad presens et successive pro alia quantitate murorum, quam fieri et compleri faciet in muris ipsius terre ultra quantitatem et mensuram, quam secundum predictum pactum facere debet, ad illam rationem, ad quam recipere debet pro qualibet canna murorum secundum pactum predictum, sicut muros ipsos fieri et compleri contigerit per eundem, de quacumque fiscali pecunia, que est vel erit per manus tuas, recepto ab eo vice qualibet ydonea fideiussoria cautione de tanta quantitate pecunie, quantam pro muris, qui facti non sunt, sibi<sup>a)</sup> qualibet vice dederis, quod pecuniam ipsam, quam sic successive sibi pro opere murorum ipsorum solveris, totaliter in opere ipso convertatur et nichil de pecunia ipsa sibi retineat vel pro aliquibus negociis suis expendat, sine defectu quolibet debeas exhibere. que quidem fideiussio duret, quousque de pecunia, quam sic sibi vice qualibet dederis, quantitatem murorum, quam de pecunia huiusmodi facere debuerit, fecerit totaliter laborari ad rationem predictam. et si<sup>b)</sup> completo opere, quod fieri debebit per eum in muris ipsis pro quantitate pecunie, quam vice qualibet reciperet, fideiussores illi, qui primo fideiusserunt pro eo, fideiubere voluerint, sicut alias sunt sufficientes et ydonei, ipsos vel alios in defectu ipsorum, qui sint sufficientes et ydonei, secundum predictam formam et modum recipias ab eodem, ut de tota pecunia, quam sibi dederis, in opere murorum, quos fieri et compleri fecerit, secundum mensuras eorum ad predictam rationem integre nostre curie satisfiat. si vero de alia pecunia curie non haberes, exhibeas sibi de pecunia presentis generalis subventionis in tua iurisdictione imposita, ut occasione pecunie in opere ipso defectum aliquem intervenire aliquatenus non contingat, set potius in faciendis et complendis ipsis muris diligenter bene et continue iuxta nostrum beneplacitum procedatur. Dat. apud turrin s. Herasmi prope Capuam mense aprilis, XXVI. eiusdem, VI. ind.

<sup>a)</sup> ibi.      <sup>b)</sup> sic.

### 765.

*Siehe n. 246.*

*Melfi 1278 Juli 10.*

### 766.

*I. RA 1278 D n. 32 f. 260<sup>a</sup>.*

*Lagopsole 1278 Juli 26.*

Mag. Petro de Angicurt etc. Scire volumus fidelitatem tuam, quod mag. Petro de Baro extallerio operum murorum terre Mauli nuper ad nostram presenciam veniente et exponente nobis, quod fieri fecit muros in circuitu ipsius terre Mauli altitudinis cannarum 2, providimus<sup>2)</sup>, quod muri ipsi ultra ipsam altitudinem cannarum 2 erigantur in altum in alia canna 1, que sit illius grossitudinis qualitatis et forme, cuius sunt alii muri ipsius terre per eum facti iuxta convenciones et pacta habita inter curiam nostram et eum; et supra ipsum murum sit parapectus, qui sit altitudinis palmorum 5; et supra ipsum parapectum fiant merguli, qui sint altitudinis palmorum 3, ita quod totus parapectus et merguli sint grossitudinis palmi  $1\frac{1}{2}$ , ut restet anditus ipsius muri de palmis  $2\frac{1}{2}$ ; quod anditus ipse possit fieri largior, fieri debent in muro ipso palunbarie seu foramina oportuna, in quibus apponantur trabes, super quibus anditus ipse possit<sup>a)</sup> usque ad palmos 4 de lignaminibus elargari, computatis palmis  $2\frac{1}{2}$  remanentibus de muro ipso pro anditu; et de mergulis

<sup>a)</sup> fehlt Reg. Ergänzt nach dem fast gleichen Wortlaut von n. II.

<sup>1)</sup> n. 576.      <sup>2)</sup> n. II.



ipsis omnibus unus erit cum archeria et alius sine archeria. et mandavimus per litteras nostras iusticiario Terre Bari, quod pro huiusmodi addito<sup>b)</sup> faciendo in muris ipsis secundum predictam formam et modum predicto mag. Petro pecuniam contingentem eum pro huiusmodi addito murorum ipsorum ad illam rationem, ad quam fieri fecit alios muros, iuxta predictam conventionem habitam inter curiam nostram et eum debeat exhibere, in tanta videlicet quantitate simul, de quanta vice qualibet idem mag. Petrus sibi sufficientes et ydoneos fideiussores dederit, quod pecuniam totam, quam vice qualibet receperit, in opere murorum ipsorum convertat et nichil de eis sibi retineat vel pro propriis negociis expendat, et quod de pecunia ipsa, quam sic successively receperit, fieri et compleri faciat illam quantitatem murorum, quam fieri et compleri facere tenebitur, ad illam rationem videlicet, ad quam fieri et compleri fecit muros predictos. et ut in opere murorum predictae terre Maui et murorum terre Ville nove celerius et efficacius laboretur, ita quod muri ipsi bene et studiose et celerius compleantur, magistris manipulis et aliis operariis laborantibus in opere ipsius terre Maui Guilielmum de Charre<sup>1)</sup>, et magistris manipulis et aliis operariis laborantibus in opere dicte terre Ville nove Karolum de Chapott<sup>2)</sup> duximus proponendos, ut magistros manipulos et operarios ipsos omnes ardenter sollicitent et apud eos instent oportune et, si expedierit, importune, quod se non fingant nec remisse ac tepide in operibus ipsis procedant, ad hoc, quod opera ipsa celeriter iuxta nostrum beneplacitum compleantur. que omnia tibi duximus intimanda, ut possis de processibus ipsorum operum plenarie super omnibus informari. preterea quia providimus, quod tam in muris terre Maui quam Ville nove fieri debeant scale lignee secus muros ipsos, per quas ascendatur ad eosdem muros et descendatur, . . . mandamus, quatinus diligenter provideas et consideres, quot scale lignee in muris terre Maui et quot in muris terre Ville nove necessarie fuerint, et cuius altitudinis et qualitatis existant, et pro quanta quantitate pecunie fieri poterunt scale ipse, et ad quam rationem pro qualibet ipsarum; et id statim nobis distinte et particulariter per litteras tuas studeas intimare. volumus etiam, quod, si in predictis operibus aliquae scale lapideae factae sunt, eas dirui facias ad expensas extalleriorum operum predictorum, cum intencionis nostre non fuerit de ipsis scalis lapideis faciendis in circuitu murorum predictorum. Dat. apud Lacumpensilem XXVI. iulii.

<sup>b)</sup> aditu.

II. RA 1278 D n. 32 f. 260<sup>a</sup>. — *Auszug: De Santis p. 40, 43, 47.*

Mag. Petro de Baro extallerio operis murorum Maui etc. *Befehl gemäß n. I.* Dat. apud Lacumpensilem XXVI. mensis iulii.

767.

Lagopesole 1278 Juli 26.

RA 1278 D n. 32 f. 260<sup>b</sup>. — *Auszug: De Santis p. 40 not. 3.*

Similis<sup>3)</sup> facta est Guilielmo de Charre familiari, *Ernennung gemäß n. 766 I*, ut supra usque datum et hoc addito: et ecce, quod iusticiario Terre Bari. . . precipimus, ut incontinenti mittat ad te ad predictum opus terre Maui . . . magistros fabricatores 12, magistros incisores lapidum 12, scappatores lapidum 24, manipulos 60, currus 4 — quemlibet ipsorum cum bubus duobus — preter alios duos currus, qui sunt ibi, Bartholomeum de Guisa calcararium, Lucam filium eius, Petrum generum dicti Bartholomei, et Angelum Malabranca de Rutiliano calcararium et eos omnes ad veniendum. . . debeat cohercere, quos recipias et in opere ipso. . . facias laborari. . . et. . . iusticiario Terre Bari. . . iniungimus, ut tibi. . . expensas ad rationem de tar. aur. 2 per diem debeat exhibere. Dat. apud Lacumpensilem XXVI. iulii.

768.

Lagopesole 1278 August 15.

RA 1278 D n. 32 f. 273<sup>b</sup>. — *Auszug: De Santis p. 40, 41.*

Guilielmo de Charro superastanti operis terre Maui. Exposuit nobis mag. Petrus de Rapucio extallerius murorum terre Maui, quod, cum conduxerit scappatores lapidum, magistros et manipulos necessarios pro eodem opere, et scappatores ipsi, eo quod de die ob nimium calorem laborare non possunt, laborent de nocte, tu ipsos scappatores laborare de nocte non permittis<sup>a)</sup> et magistros et manipulos ipsos molestas indebite et de eorum mercede te intromittis. . . : mandamus, quatinus, cum ipse extallerius sit, scappatores, quos pro opere ipso conduxerit, de nocte sive de die laborare permittas et magistros et manipulos in eodem opere laborantes indebite non molestes nec de ipsorum mercede te nullatenus intromittas; attendas tamen, quod . . . ipsis de eorum mercede. . . satisfiat. . . et quod in opere ipso. . . efficaciter. . . procedatur. . . Dat. apud Lacumpensilem XV. augusti.

<sup>a)</sup> permittis.

<sup>1)</sup> n. 767.

<sup>2)</sup> n. 979.

<sup>3)</sup> Wie n. 979.

769.

Lagopesole 1278 September 20.

RA 1277 F n. 28 f. 200<sup>b</sup>. RA 1278 B n. 30 f. 5<sup>b</sup>. — Auszug: De Santis p. 26.

Angelo Sagnelle magistro portulano et procuratori Apulie et Aprucii etc. . . mandamus quatinus stipendiarios nostros morantes in terra nostra Mauli vel unum aut duos vel ipsorum nuncium pro eis extrahere de portu Baroli ordei salmas 120 ad salmam generalem cum barcis parvis onerariis a 100 salmis infra deferendas per mare ad dictam terram Mauli pro usu equorum eorum libere et sine molestia paciatis; et pro eo quod in dicta terra Mauli portus non est nec portulani ecciam ordinati, mittas aliquem de latere tuo ydoneum et fidelem, de quo tamquam de te ipso confidas, cum predictis barcis, que ordeum ipsum deferent, ut<sup>a)</sup> oculata fide videat exoneracionem ipsius ordei faciendam in predicta terra Mauli et de exoneracione ipsius facienda ibidem referat tibi a capitaneo nostro stipendiariorum ipsorum ibidem morancium necnon et a Guilielmo de Cyarreyo<sup>b)</sup> preposito et superastante operum curie nostre, que fiunt in terra ipsa, ydoneas litteras responsales tui racioninii tempore producendas; attentius provisurus, ne pretextu quantitatis ipsius maior vel alia ordei frumenti seu quorumlibet aliorum victualium seu leguminum quantitas aut queque alia prohibita de portu ipso in fraudem nostre curie quomodolibet extrahantur, et quod predicta quantitas ordei alias quam ad predictam terram Mauli nullatenus deferatur. Dat. ibidem (apud Lacumpensilem) die XX. septembris.

<sup>a)</sup> et. <sup>b)</sup> Im Reg. 30: Gyarreczo.

770.

Melfi 1278 September 25.

Siehe n. 610.

771.

Bari 1278 Oktober 31.

RA 1278/79 H n. 33 f. 160<sup>ab</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Bari). . . receperunt preterea dicti magistri racionales litteras tuas, per quas significasti eis, quod murus factus in circuitu terre Mauli ex parte meridiei et occidentis, qui est longitudinis cannarum 115, est altitudinis per totum cannarum 3; et in eo factus est murus pro parapecto in longitudine cannarum 60 et in altitudine palmorum  $4\frac{1}{2}$  de canna; et quod murus eiusdem circuitus, qui est ex parte septentrionis, qui est in longitudine cannarum 66, est altitudinis cannarum 2 et palmorum  $6\frac{1}{2}$  de canna; et murus alius circuitus eiusdem terre ex parte orientis, qui est in longitudine cannarum 43 et palmorum 2 de canna, est in altitudine cannarum 2; et supra ipsum murum facti erant parapectus et merguli secundum primam provisionem<sup>1)</sup>; qui parapectus et merguli diruendi sunt, ut erigatur murus ipse in altum iuxta provisionem nostram ultimo inde habitam<sup>2)</sup>; et quod murus alter ex parte orientis, qui est in longitudine cannarum 33, est altitudinis cannarum 2 et palmorum 5 de canna; et continue in opere murorum ipsorum proceditur: . . . respondemus, quod volumus et . . . precipimus, quod apud extallerios et superastantes ipsius operis instes continue. . . , quod in faciendis et complendis muris ipsis iuxta convenciones et pacta inter curiam nostram et eos habita . . . sollicito procedant. . . , ut muri ipsi. . . compleantur. . . Dat. Bari ultimo octubris VII. ind.

772.

Trani 1278 November 30.

RA 1277 F n. 225<sup>b</sup> bis 226<sup>b</sup>. — Auszüge: Minieri, Regno 1278 p. 60. De Santis p. 15, 24.

Iusticiario Terre Bari etc. Licet per litteras nostras<sup>3)</sup> tibi directas super revocandis de terris prelatorum comitum et baronum certis hominibus terrarum demanii nostri in litteris ipsis nominatim expressis et mittendis masnatis hominum ipsorum 150 ad habitacionem terre Mauli inter alia iniungamus, ut cuilibet masnatarum ipsarum de solo vacuo in eadem terra pro faciendis domo camera et stalla cannas 8 distribuas et assignes, tamen pro alleviacione tua, ut revocacione dictorum hominum et aliis nostris serviciis tibi incumbentibus efficacius et melius possis intendere, Iohannem de Ogento . . . super recipiendis et collocandis hominibus ipsis in terra ipsa duximus ordinandum, . . . mandantes, quatinus homines ipsos per te revocandos et mittendos, circa quorum celerem et festinam revocacionem et missionem iuxta predictum mandatum nostrum tibi directum ferventer intendas, ipsi Iohanni in terra ipsa, prout successive per te revocabuntur, assignes cum litteris tuis, continentibus nomina et cognomina omnium et singulorum collocandorum per eum ibidem, sicut sibi damus per nostras litteras in mandatis; significaturus nobis et magistris racionalibus etc. sub sigillo tuo: nomina et cognomina omnium et singulorum hominum, quos assignaveris predicto Iohanni, de quibus terris fuerint, et a quibus revocabuntur, prout habes exinde nostris litteris in mandatis. volumus preterea et mandamus, quod una cum eodem Iohanne diligenter sollicito studiose fideliter et pru-

1) n. 534.

2) n. 766 I.

3) Vom 23. November 1278. De Santis p. 22 und 41.

denter inquirere debeas de antiquo tenimento ipsius terre Mole, cum terra ipsa habitabatur, et usque quo pretendebatur tenimentum ipsum tam in longitudine quam in amplitudine, et qui hodie, et quo iure tenimentum ipsum tenent, et cuius capacitatis esset in semine, et si tenimentum ipsum in parte vel in totum est per aliquem vel per aliquos occupatum, et per quantum temporis ipsum tenimentum occupatum tenuerunt, ac de omnibus aliis et singulis circumstantiis negocium ipsum tangentibus particulariter et distincte, ita quod de contingentibus nil omittas. et quicquid<sup>a)</sup> de hiis omnibus simul inveneritis, debeas fideliter una cum eodem Iohanne sub amborum sigillis nobis et eisdem magistris racionalibus intimare, ut scita<sup>b)</sup> veritate quantitate et qualitate tenimenti predicti ad distribuendum de tenimento ipso inter predictos homines, prout expedire videbimus, procedatur; cautus, ne aliud, quam quod de hiis scriperitis, valeat exinde per alium ullo unquam tempore inveniri. et quia predictum Iohannem in nostris serviciis expensis propriis nolumus laborare, tibi expresse precipimus, ut, donec idem Iohannes in serviciis nostris huiusmodi continuus fuerit, expensas ei pro se scuteriis duobus et equis tribus iuxta assisiam regni de quacumque fiscali pecunia nostre curie, que est vel erit per manus tuas, sine diminutione qualibet largiaris; recepturus de hiis, que dederis, ad tui cautelam ydoneas apodixas. Dat. Trani mense novembris ultimo eiusdem.

<sup>a)</sup> quiquid.

<sup>b)</sup> sita.

**773.**

Siehe n. 616.

Trani 1278 Dezember 3.

**774.**

RA 1278/79 H n. 33 f. 161<sup>a</sup>. — Auszug: De Santis p. 24, 25.

Neapel 1279 Januar 4.

Iusticiario Terre Bari etc. Pridem tibi per litteras nostras sub certa forma districte mandasse recolimus, ut 150 masnatas de hominibus terrarum nostri demanii, qui a terris ipsis recesserunt et ad terras ecclesiarum, comitum et baronum iurisdictionis tue eorum transtulerunt incolatum, sicut de singulis te ipse nostre littere docuerunt, revocare et cum earum rebus ad terram Mauli, quam pro publicis et privatis utilitatibus circuitu murorum ambitu et de novo providimus habitandam, destinare deberes, ut eam inhabitent et ibi domos construant in solo, quod ipsis in terra ipsa distribui et assignari mandavimus per Iohannem de Ogento ad hoc per excellentiam nostram specialiter ordinatum, iniuncto tibi expresse, quod circa id sic diligens et studiosus existeres, quod ibi domos huiusmodi possent habere constructas per totum mensem marcii proximo venientem, tu tamen, sicut nuper accepimus, aliquas de masnatis ipsis ad terram ipsam adhuc mittere non curasti. de quo mirantes non modicum, contra te moti etiam non indigne pro eo precipue, quod, quo habitationem ipsius terre nostris nosti desideriiis residere, adeo circa executionem mandatorum nostrorum, que tibi propterea diriguntur, omnem diligentiam et sollertiam curiosus adhibere deberes, ut et intentionis nostre propositum suum sortiretur effectum et tu apud celsitudinem nostram tibi locum benivolencie et gratitudinis vindicares, iterato . . . precipimus, quatinus . . . masnatas huiusmodi revoces et mittas ad incolatum ipsius terre iuxta traditam tibi in hiis predictis litteris nostris formam, locandas et recipiendas ibidem per eundem Iohannem et domos in solo, quod ipsis in eadem terra per eum assignari mandavimus, constructuras; circa quod illam curam et sollicitudinem adhibeas et facias adhiberi, quod in predicto termino vel ante domos ipsas habeant in eadem terra constructas et per efficaciam subsequentis processus contumaciam et negligentiam redimas hucusque commissam, sic quod in felici reditu nostro ad partes ipsas domos ipsas inveniamus completas iuxta beneplaciti nostri votum et tu per effectum operis nostre occurras celsitudini commendandus, non expectato, quod plura super hoc mandata nostra recipias, sicut nostram gratiam caram habes et incurrere non vis iracundie nostre motus. de processu autem tuo, quem in hiis successive habueris, celsitudinem nostram et magistros rationales etc. successive et sepe sepius per litteras tuas studeas intimare. Dat. Neapoli die IIII. ianuarii.

**775.**

Siehe n. 283 II.

Neapel 1279 Januar 18.

**776.**

RA 1278/79 H n. 33 f. 167<sup>a</sup>; inseriert RA 1277 F n. 28 f. 227<sup>a</sup> und RA 1278/79 H n. 33 f. 169<sup>a</sup> (unten n. 778); ebendort f. 172<sup>b</sup> (oben n. 620) und ebendort f. 178<sup>b</sup> (unten n. 788). — Auszug: Schulz IV 73 n. 192 (vom 14. Februar 1279). Minerva, Regno 1279 p. 3. De Santis p. 42.

Neapel 1279 Januar 19.

Iusticiario (Terre Bari), mag. Petro de Angicurt et mag. Iohanni de Tullo. Cum pridem, quando transitum habuimus per terram Mauli, providerimus, quod in loco ipso fieri et construi deberet palacium unum cum sala cameris ciminedis cisterna et aliis habitatibus oportunis secundum provisionem et designationem

inde tunc factam in nostri presentia, vobis predictis mag. Petro et mag. Iohanne presentibus et scientibus, que quidem provisio et designacio apud magistros remansit, et beneplaciti nostri sit, quod in faciendo et complendo eodem palacio efficaciter procedatur, ut possimus in eo, cum nos ad partes ipsas accessum feliciter habere contigerit, hospitari, . . . precipimus, quatinus statim . . . provideatis, quod in faciendo eodem palacio procedatur, concedentes opus murorum eiusdem palatii quam predicta cisterna et aliis in eodem palacio faciendis ad extaleum illi, qui muros ipsius terre Mauli ad extalium fieri fecit, et ad illam rationem, ad quam muros ipsos fieri facere convenit, secundum conventiones et pacta habita inter curiam nostram et eundem, que vos credimus bene scire, vel, si ipse opus huiusmodi ad extalium recipere nollet proponendo super hoc aliquam iustam et rationabilem causam, per alios, qui ipsum opus ad extaleum recipere voluerint, ad rationem predictam vel minorem, si fuerint aliqui, qui debita super hoc subastacione premissa in terris famosis iurisdictionis tui, iusticiarie, pro minori quantitate pecunie opus ipsum recipere voluerint. et concessio opere ipso ad extalium modo predicto, tu, iusticiarie, pecuniam pro expensis eiusdem operis hiis, quibus opus ipsum ad extalium concedetur, successive, sicut fuerit oportunitum, necessariam et oportunitam<sup>a)</sup> de quacumque pecunia curie nostre, que est vel erit per manus tuas, et etiam de pecunia presentis generalis subventionis, quam per te in iurisdictione tua imponi et recolligi mandavimus, sine defectu quolibet debeas exhibere, in tanta videlicet quantitate simul, de quanta tibi vice qualibet sufficientes et ydoneos fideiussores dederint, quod pecuniam totam, quam eis sic vicissim dederis, in opere ipso convertant et nichil de ea sibi retineant vel in propriis serviciis eorum expendant, et quod de pecunia ipsa faciant et compleant illam quantitatem operis, quam facere tenebuntur secundum conventiones et pacta, que secundum predictam formam et modum intervenerint inter vos pro parte nostre curie et extallerios ipsos; factis super hoc vice qualibet scriptis puplicis ad curie nostre cautelam, continentibus: quantitatem pecunie, quam ipsis dederis, nomina et cognomina fideiussorum, quos dederint, et tenorem fideiussionis ipsius. nichilominus vos omnes ante tempus provideatis et ordinatis, quod pro palacio ipso habeantur lignamina ferrum et alia oportuna, que tu, iusticiarie, similiter iusto et comuni precio emas de pecunia supradicta, ita quod in emptione ipsorum curia nostra non possit in aliquo circumscribi, cum de omni circumventionem et fraude, si que affuerit, tibi totaliter nostra curia inhitatur. de extalio vero predicto fieri faciatis tria puplica scripta consimilia, continencia: provisionem et ordinationem nostram habitam vobis predictis magistris presentibus de predicto palacio cum cisterna et predictis aliis faciendis, et ea omnia, que ipsi extallerii ad extalium facere convenerint secundum predictam provisionem et ordinationem nostram, ad quam rationem, usque ad quem terminum competentem, quem apponi volumus particulariter et distincte; quorum unum nobis et magistris racionalibus etc. sine mora transmittatis, aliud dimittatis dictis extalleriis, reliquum tibi retineas tu, predice iusticiarie<sup>1)</sup>, in tuo racionio producendum. nichilominus vos omnes provisionem et ordinationem habitam in nostri presentia, vobis predictis magistris presentibus, de faciendo ipso palacio cum salis cameris cisterna et aliis oportunis, et quibus opus predictum ad extalium concedetis, et ad quam rationem, et totum processum vestrum . . . nobis et predictis magistris racionalibus . . . significare curetis. Dat. Neapoli XVIII. ianuarii.

<sup>a)</sup> hierauf im Reg. nochmals pecuniam.

777.

Neapel 1279 Februar 2.

Siehe n. 618.

778.

bei Capua 1279 Februar 14.

RA 1277 F n. 28 f. 227<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 169<sup>b</sup>. — Schulz IV 73 n. 192 (unter falschem Datum). Miniari, Regno 1279 p. 4. De Santis p. 43.

Iusticiario Terre Bari, mag. Petro de Angicuria et mag. Iohanni de Tullo familiaribus. Scripsimus vobis pridem . . . in hec verba: *es folgt n. 776.* verum quia post missionem prescriptarum litterarum vos, predicti mag. Petre et Iohannes, celsitudini nostre per vestras litteras intimastis, quod provisio facta de palacio et cisterna predice terre Mauli et de palacio et cisterna terre Ville nove assignata fuit condam Iohanni Puzoalto<sup>2)</sup> statuto super officio graffi hospicii nostri, set tamen recollecto, quod provisum fuit de predicto palacio et cisterna predice terre Mauli, quod palacium debeat esse in longitudine cannarum 10 in amplitudine cannarum 3 $\frac{1}{2}$  et in altitudine cannarum 2 usque ad solarium et a solarario usque ad tectum cannarum 2 $\frac{1}{2}$ ; item cisterna eiusdem palatii deberet esse in longitudine cannarum 10 et in amplitudine cannarum 3, et altitudo ipsius deberet esse, usque quo perveniretur ad aquam vivam: . . . precipimus,

<sup>1)</sup> Die Worte tu bis iusticiarie fehlen in RA n. 33 f. 167<sup>b</sup>.

<sup>2)</sup> In n. 274 heißt er Iohannes Pinzaltus.

quatinus in predictis operibus faciendis secundum provisionem et ordinacionem predictam in presencia nostra de hiis habitam, quam vos, predicti magistri, per vestras litteras descripsistis, procedi cum diligencia cautela debita et sollicitudine qualibet faciatis iuxta tenorem prescriptarum litterarum<sup>1)</sup> nostrarum vobis super ipso negocio directarum, ut possimus ibidem, cum ad partes ipsas duce Deo venerimus, habiliter hospitari; concedentes opus murorum dicti palacii ad extalium modo predicto; factis de concessione ipsius extalii scriptis puplicis consimilibus mittendis et retinendis per vos, sicut superius est expressum. pro quibus omnibus compendis et faciendis tu, iusticiarie, pecuniam oportunam et sufficientem successive, sicut necessarium fuerit, de quacumque pecunia curie nostre, que est vel erit per manus tuas, et etiam de pecunia presentis generalis subvencionis, quam per te in iurisdictione tua imponi et recolligi mandavimus, sine defectu quolibet debeas exhibere sub predictis condicionibus et cautelis omnibus in prescriptis nostris litteris declaratis; providentes et ordinantes, quod pro predicto palacio habeantur lignamina ferrum et alia oportuna, que tu, iusticiarie, similiter iusto et comuni precio de pecunia ipsa emas, secundum quod superius in eisdem litteris declaratur, quarum tenorem in hiis et aliis, que negocium ipsum tangunt, in omnia et per omnia observetis, nichil de provisione predicta addi vel minui facientes. Dat. apud turrim Capue die XIII. februarii.

779.

Siehe n. 620 § 1.

bei Capua 1279 März 21.

780.

RA 1277 F n. 28 f. 228<sup>b</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 172<sup>b</sup>.

bei Capua 1279 März 23.

Eidem (iusticiario Terre Bari) etc. Quia intelleximus per mag. Petrum de Angicuria . . . , quod in terra Mauli, que de novo construitur, non sunt facte porte de ligno tam in magnis portis quam in posterulis, . . . mandamus, quatinus . . . de pecunia curie nostre, que undecumque est vel erit per manus tuas, fieri facias in predicta terra Mauli tam in portis magnis quam in posterulis portas de ligno bene fortes et in ipsis portis et posterulis apponi. predictas vero portas, que apponentur in magnis portis, fieri facias bonas et fortes et cum bonis barris ferratis. et predicta omnia in defectu alterius pecunie fieri facias de pecunia presentis generalis subvencionis terris tue iurisdictionis imposita, ut nullus in hoc defectus intersit. Datum apud turrim s. Herasmi die XXIII. martii.

781.

RA 1278/79 H n. 33 f. 173<sup>a</sup>; desgl. ebendort wiederholt, aber getilgt mit dem Vermerk: bis posita.

bei Capua 1279 März 27.

Eidem (iusticiario Terre Bari). Quia confisi de fide et legalitate mag. Balzolini de Lonegio ipsum superastantem operum curie nostre palacii et cisterne, que fieri facimus in Maulo in iurisdictione tua, et operum palacii et cisterne, que fieri facimus in Villa nova in iusticiariatu Terre Ydronti, amotis inde superstantibus ibi per curiam nostram ordinatis, usque ad nostrum beneplacitum duximus statuendum, ut in operibus ipsis procedat et procedi faciat diligenter: . . . precipimus, quatinus eidem . . . expensas, ad rationem de tar. aur. 1, si equum unum . . . habuerit, pro eundo et redeundo de uno ad aliud operum eorundem et, si sine equo ipsum morari contigerit, ad rationem de gr. aur. 15 . . . per diem . . . debeas exhibere . . . a quo quidem mag. Balsolino iuramentum . . . recipias, quod in operibus ipsis studiose et fideliter procedat et procedi faciat iuxta informacionem mag. Petri de Angicurve, qui de provisione et ordinacione nostra ad plenum est super hoc nostre conscius voluntatis. Dat. apud turrim s. Herasmi XXVII<sup>o</sup>. marcii.

<sup>a</sup>) in der getilgten Registereintragung: XXVI.

782.

Siehe n. 622, besonders § II.

bei Capua 1279 April 5.

783.

RA 1277 F n. 28 f. 230<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 174<sup>b</sup>. Inseriert in RA 1279 A n. 34 f. 207<sup>a</sup> und RA 1279/80 A n. 36 f. 63<sup>a</sup> (unten n. 801).

bei Capua 1279 April 6.

Iusticiario Terre Bari. Cum mag. Guidonem de monasterio s. Iohannis . . . superastantem et prothomagistrum operis palaciorum et cisterne, que fiunt de mandato nostro in terris Mauli et Ville nove . . . duximus statuendum, . . . precipimus, quatinus ipsi magistro gagia sua, ad rationem de tar. aur. 1 . . . per diem, si habuerit unum equum continue, et, si non habuerit equum ipsum, gr. aur. 15 . . . die quolibet, . . . debeas exhibere . . . Dat. apud turrim s. Herasmi die VI. aprilis.

<sup>1</sup>) n. 776.

784.

Siehe n. 297 II.

bei Capua 1279 April 8.

785.

Siehe n. 623 § 1.

bei Capua 1279 April 19.

786.

Siehe n. 624 I § 1 und 2.

bei Capua 1279 April 20.

787.

Siehe n. 625 § 3 und 5.

Neapel 1279 Mai 26.

788.

RA 1278/79 H n. 33 f. 178<sup>a</sup>. — Auszug: De Santis p. 43.

Neapel 1279 Mai 30.

Eidem (iusticiario Terre Bari) etc. Olim tibi et mag. Petro de Angicuria ac mag. Iohanni de Tullo sub pendenti sigillo celsitudinis nostre scripsimus in hac forma: *es folgt n. 776.*

item per alias litteras<sup>1)</sup> nostras exequatorias predicti mandati nostri tibi tantum, iusticiarie, directas expressimus, quod predictum palacium fieri debet ab uno capite muri ambitus dicte terre usque ad aliud caput eiusdem terre, iuxta provisionem et designationem exinde habitam per dictum mag. Petrum et tibi missam sub sigillo suo per notarium Angelum notarium tuum in camera, sicut idem mag. Petrus exposuit nobis in curia nostra presens.

item per aliud mandatum<sup>2)</sup> nostrum tam tibi, iusticiarie, quam predictis magistris super negocio predicto directum distinximus et declaravimus, quod ipsi magistri celsitudini nostre per eorum litteras intimarant, quod predicta provisio facta de palacio et cisterna predictis talis fuit: videlicet quod palacium debet esse longitudinis cannarum 10 amplitudinis cannarum  $3\frac{1}{2}$  et altitudinis cannarum 2 usque ad solarium et a solario usque ad tectum altitudinis cannarum  $2\frac{1}{2}$ ; item cisterna eiusdem palacii debet esse longitudinis cannarum 10 amplitudinis cannarum 3, et altitudo ipsius debet esse, usque quo perveniretur ad aquam vivam.

verum quia mag. Petrus de Rapucca de Baro extallerius predictorum murorum circuitus dicte terre presencialiter convenit nuper cum curia nostra, fieri facere ad extaleum ad omnes expensas suas opus murorum predicti palacii ad rationem de tar. aur. 6 pro qualibet canna murorum ipsorum mensuranda per quaratum seu quarratum, sicut fit de aliis operibus nostris, per totum proximo futurum mensem septembris VIII. ind. cum sala cameris ciminetis et aliis habitatibus oportunitate secundum provisionem et designationem prescriptam, exceptis fenestris ipsius palacii et cisterna predicta, quas fenestras et cisternam per te in credenciam providimus fieri faciendas; qui muri debent esse amplitudinis supra terram palmorum 4 et in fundamento palmorum 5; et fundamentum ipsum debet esse profundum usque ad firmam terram vel petram; et ponere et immittere debet ex pacto in fabrica ipsorum murorum, videlicet in intrinseca et extrinseca linea eorum, duas partes de calce et unam de terra et in saburratura ipsorum unam partem de calce et tantundem de terra; propter quod opus ipsum murorum, tantum exceptis predictis fenestris et cisterna, dicto modo faciendum per totum mensem predictum, si aliis<sup>a)</sup> per te auctoritate prescriptorum mandatorum nostrorum tibi missorum pro minori quantitate in extaleum concessum non est, prefato mag. Petro in curia nostra presenti duximus in extaleum concedendum: . . . precipimus, quatinus, ipsorum prescriptorum mandatorum nostrorum proinde directorum tenore diligenter attento et in omnibus observato, si, ut dictum est, opus predictum pro minori quantitate aliis per te concessum non est, sic diligenter ac sollicitè in opere ipsius palacii procedi facias per ipsum mag. Petrum secundum provisionem formam et modum predictos, quod nichil de premissis penitus obmittatur et per totum predictum mensem septembris ad tardius completum sit, ut possimus ibi, cum ad partes ipsas feliciter Deo duce veniemus, habiliter hospitari; exhibiturus predicto extallerio pro ipso extalio faciendo necessariam et opportunam quantitatem pecunie de quacunque pecunia curie nostre, que<sup>b)</sup> est vel erit per manus tuas, et in defectu alterius fiscalis pecunie de pecunia predictæ generalis subventionis particulariter et successive, iuxta quod expedierit et superius declaratur; recepta tamen prius ab eo vice qualibet fideiussione et cautela; et factis inde scriptis publicis, ut dictum est. predictas vero fenestras necessarias in dicto palacio, prout melius et utilius expedire videbitur, et

<sup>a)</sup> alii.      <sup>b)</sup> fehlt Reg.

<sup>1)</sup> n. 620 § 1.      <sup>2)</sup> n. 778.

predictam cisternam secundum provisionem predictam ad credenciam fieri facias cum iustis necessariis utilibus et moderatis expensis curie nostre, que fines modestie non excedant, de eadem pecunia facienda per aliquos fideles ydoneos et sufficientes viros statuendos per te in hiis loco tui, de quibus tanquam de te ipso plene confidas, per quos opera nostra sic diligenter fideliter studiose et sollicitate infra predictum terminum compleantur, quod nullus in hiis defectus seu aliqua fraus vel negligentia committatur, cum exinde tibi et non ipsis totaliter incumbamus; diligenti tamen et fideli provisione et extimacione pro maiori cautela prehabita per fideles ydoneos et sufficientes magistros et alios probos viros de omnibus et singulis expensis eisdem proinde oportunis, ne possimus in hiis sub aliquo involucro circumscribi. de omnibus autem, que tam predicto extallerio pro predicto extaleo dederis, quam de omnibus aliis, que pro operibus ipsis expenderis, ad tui cautelam recipias ydoneas apodixas. volumus preterea et mandamus, quod, si alia fundamenta murorum circuitus ipsius terre cavata fuerint per Symonem de Bellovidere tuum in officio precessorem ad expensas curie nostre et non per eundem extallerium, fundamentum ipsius palatii fodi et cavari facias ad expensas nostras iustas et moderatas de pecunia supradicta; et si per ipsum extallerium fundamenta ipsa murorum cavata fuisse inveneris et non per ipsum Symonem, id inde observes et facias, quod de predictis aliis fundamentis murorum ipsius terre tempore ipsius Symonis factum extitit et servatum. et si forte extalium ipsum aliquibus aliis concessisti pro minori vel eadem quantitate, nolumus, quod illud eidem mag. Petro concedas, set fieri et compleri permittas et facias per illos, quibus forte taliter est concessum; ita tamen, quod opus ipsum, per quemcumque fiat, usque ad predictum terminum infallibiliter compleatur. Dat. Neapoli penultimo maii.

789.

Neapel 1279 Mai 31.

RA 1278/79 H n. 33 f. 179<sup>a</sup>. — *Auszug: De Sants p. 47.*

Eidem (iusticiario Terre Bari) etc. Mag. Petrus Rampocius de Baro extallerius operis murorum circuitus terre Mauli. . . culmini nostro exposuit, quod, cum habuerit facere ad extaleum pro parte curie nostre ipsos muros in longitudine cannarum 250 pro certa pecunie quantitate ad certam rationem et formam contentam in litteris nostris<sup>1)</sup> tibi directis de pacto habito inter curiam nostram et eum de extaleo ipso et de exhibenda ei pecunia ipsa proinde sibi conventa, hac condicione adiecta, quod, si maiorem vel minorem quantitatem murorum ipsorum per eum fieri contingeret, adderetur vel minueretur in dicta pecunia ipsi mag. Petro, iuxta quod<sup>a)</sup> adderetur vel minueretur in muris predictis, et ipse fecerit, sicut dicit, ad omnes expensas suas fundamenta murorum ipsorum subtus terram, que fore asserit in longitudine cannarum 20 ultra mensuram predictam 250 cannarum murorum, quos fecit fieri supra terram, tu, satisfacto sibi auctoritate ipsarum litterarum nostrarum tantum de muris ipsis factis supra terram, satisfacere noluit eidem de fundamentis ipsis factis subtus terram in suum preiudicium et gravamen. super quo supplicavit sibi de benignitate regia provideri. cuius supplicationibus inclinatus, cum ipsum magistrum contra pactum suum de hiis cum curia nostra habitum in hoc gravari nolumus, . . . precipimus, quatinus, si est ita, tu ad illam rationem modum et formam, ad quam iuxta mandatum nostrum tibi directum satisfacisti eidem, de aliis fundamentis murorum aliorum operum nostrorum, que fecit, satisfacias ei de pecunia curie nostre, que undecunque est vel erit per manus tuas, et in defectu alterius pecunie fiscalis de pecunia presentis generalis subventionis iurisdictionis tue de fundamentis ipsis, de quibus per te non extitit satisfactum; provisione et cautela per te cum consilio magistrorum et aliorum fidelium virorum expertorum in talibus habita diligenti ad plene sciendum mensuram et quantitatem fundamentorum ipsorum, si per te primo mensurata non fuerunt, ut in hoc sub aliquo<sup>b)</sup> involucro fraudari vel decipi non possimus, nisi forte contineatur in eisdem litteris nostris tibi missis de predicto extaleo, quod fundamenta ipsa ad omnes expensas suas facere debuerit iuxta formam ipsius extalei simul cum aliis muris predictis factis supra terram, nulla per vos pecunia sibi proinde tribuenda; quo casu curiam nostram super hiis conserves indempnem, ut contra pactum ipsum in aliquo non gravetur; certificatus primo per Symonem de Bellovidere tuum in officio precessorem, qui fundamenta ipsa facere vel committere facienda debuit<sup>c)</sup>, si illa fieri fecit ad expensas curie nostre vel pro ipsis aliquam solvit extallerio ipsi pecunie quantitatem, et computata quantitate ipsa exhibita ei per eundem Symonem cum alia quantitate data ei pro extaleo ipso et in unum collecta, si quid sibi<sup>d)</sup> restiterit solvendum, ei<sup>e)</sup> exinde satisfacias modo predicto; et si per eundem Symonem sibi inde fuerit satisfactum, ad exhibendum sibi propterea aliquid non procedas, set curiam nostram conserves indempnem, cum inde tibi totaliter incumbamus. Dat. Neapoli ultimo maii.

<sup>a)</sup> fehlt Reg.<sup>b)</sup> alio<sup>c)</sup> fehlt Reg.<sup>d)</sup> tibi.<sup>e)</sup> eis.

1) n. 576.

790.

RA 1278/79 H n. 33 f. 180<sup>b</sup>.

S. Angelo de' Lombardi 1279 Juli 4.

Eidem iusticiario (Terre Bari). Cum opera nostra, que in iurisdictione tua . . . fiunt, satis cordi nostro resideant et ipsorum celere complementum affectemus, . . . precipimus, quatinus . . . celere complementum ipsorum . . . accelerare facias<sup>a)</sup>, quod in felici adventu nostro ad partes ipsas, que erit circa finem mensis septembris . . . inveniamus in operibus ipsis bene . . . esse processum . . . ; et sic omnino procures . . . , quod palacium nostrum, quod fieri mandavimus in terra Mauli, inveniamus factum totaliter et completum, ut in eo possimus bene et habiliter hospitari. statum vero et conditionem, in quibus omnia opera ipsa sunt . . . , sepe sepius nobis et magistris racionalibus . . . scribas. Dat. apud s. Angelum de Lombardis IIII. iulii.

a) faciat.

791.

Siehe n. 627.

Lagopesole 1279 August 1.

792.

RA 1278/79 H n. 33 f. 186<sup>b</sup>.

Lagopesole 1279 August 11.

Eidem (iusticiario Terre Bari). [1] Cum in brevi versus partes iurisdictionis tue gressus nostros dirigere . . . disponamus et ad tardius per totum proximum futurum mensem septembris . . . precipimus, quatinus circa celere complementum palacii nostri, quod in Maulo fieri iussimus, instes . . . , quod in predicto termino . . . possimus in palacio ipso habiliter et commode infallibiliter hospitari . . . [2] preterea, quia datum est nobis intelligi, quod prope terram ipsam puteus unus est, quo incole dicte terre aquas commode habere poterunt . . . , mandamus, quod ad fieri faciendum cisternam in eodem palacio, quam per te ad extaleum concedi celsitudo nostra mandaverat<sup>1)</sup>, aliquatenus non procedas, set summam pecunie, ad quam opus ipsius cisterne ascendit, de illa quantitate, pro qua tam cisternam ipsam quam opus fenestrarum et portarum dicti palacii ad extaleum concesseras, . . . deducere debeas, et fenestras et portas ipsas fieri facere iuxta mandatum ipsum; rescripturus nobis et magistris racionalibus . . . , quam quantitatem pecunie pro cisterna ipsa deduxeris, et pro qua, et cui fenestre et porte ipse remanserint faciente . . . Dat. apud Lacumpensilem die XI. augusti.

793.

RA 1278/79 A n. 33 f. 186<sup>b</sup>. — Auszug: De Santis p. 24, 45.

Lagopesole 1279 August 12.

Eidem (iusticiario Terre Bari) etc. Per litteras Iohannis de Ogento statuti super recipiendis et collocandis incolis in terra Mole celsitudini nostre missas nuper accepimus, quod, cum tibi dederimus satis expresse per plures et diversas nostras litteras<sup>2)</sup> in mandatis, ut de hominibus demanii nostri revocandis per te de terris ecclesiarum comitum et baronum sibi in terra ipsa 150 masnatas assignare deberes sufficientes et ydoneas ad construendum domos et commorandum ibidem cum rebus et familiis earumdem, tu non nisi 104 de masnatis eisdem, aliquas silicet cum familiis et rebus earum, aliquibus et aliis nichil habentibus, sibi per commissarios tuos assignari fecisti; que nichil habentes ob eorum paupertates et impossibilitates ad construendum ibi domos reputantur penitus impotentes, de quo mirantes non modicum et contra te moti etiam non indigne . . . mandamus, quatinus . . . totum numerum predictarum 150 masnatarum sufficientes et ydoneas ad construendum domos et morandum ibidem cum omnibus rebus et familiis earumdem de predictis hominibus demanii nostri revocandis per te, sicut satis aperte et lucide per nostras habes litteras in mandatis, eidem Iohanni in terra ipsa assignes vel facias assignari, ita quod statim eis omnes masnatas ipsas assignatas habeas et per totum mensem septembris proximo future VIII. ind., quo ibi erimus dante Deo, inveniamus in constructione domorum ipsarum processum esse bene et laudabiliter iuxta votum teque possimus de diligentia commendare. et ipsius negotii expeditionem ulterius quoquo modo non proroges, quia, si prorogaveris et ad nostram iterato audientiam deducatur, ita quod iterato tibi super eodem negotio litteris inculcare cogamur, nostram contra te maiestatem ad iracundiam graviter provocabis. intendimus enim, quod, cum illuc venerimus, gens et familia nostra possit in domibus ipsis bene et habiliter hospitare. Dat. apud Lacumpensilem die XII. augusti VII. ind.

794.

Siehe n. 628.

Lagopesole 1279 September 2.

1) n. 776.

2) n. 774.



## 795.

RA 1279 A n. 34 f. 191<sup>a</sup>. — Auszug: De Santis p. 24, 46.

Melfi 1279 September 22.

Eidem (iusticiario Terre Bari). Litteras tuas... recepimus et... tibi duximus taliter respondendum: [1] ad primum videlicet, per quod significasti, de masnatis 150, quas invenisti VII. . . . septembris . . . fore revocatas ad terram Mauli cum rebus et familiis earundem per commissarios tuos... , masnatas 60 domos habere ad instantiam tuam ibidem factas... : placet nobis... [2] ad aliud vero, per quod etiam significasti, quod de predictis masnatis... 55 masnatas incepisse facere fieri domos et vacare circa ipsas faciendas continue et complendas: . . . mandamus, quod... instes... apud eos, quod ipsas domos factas et totaliter completas habeant in adventu nostro, qui erit illic in proximo... [3] ad aliud autem, per quod significasti, quod reliquas masnatas usque ad complementum 150 masnatarum, quas esse providimus in terra predicta, esse pauperes et impotentes, quod ibidem domos nequeant pro habitatione ipsorum facere quoquomodo usque ad numerum supradictum, set, si due masnate combinate ex ipsis domum unam construerent... , tali modo induci possent ad faciendum ipsas domos usque ad numerum supradictum: placet excellencie nostre... [4] et quia... intimasti, quod utile et necessarium est incolis dicte terre, construere ibidem ecclesiam unam, et petiisti... , tibi reserari super hoc nostre beneplacitum voluntatis: volumus, quod, cum venturi simus ad partes ipsas in brevi, tu ad designandum locum, ubi fieri debet dicta ecclesia, aliquatenus non procedas, quia... , quid inde fieri debeat, nostra excellencia providebit. Dat. Melfie die XXII. septembris.

## 796.

RA 1279 A n. 34 f. 191<sup>a</sup>. — Auszug: De Santis p. 45.

Melfi 1279 September 22.

Eidem (iusticiario Terre Bari). [1] Pridem tibi scripsisse<sup>1)</sup> recolimus... , ut in terra Mole fieri faceres palacium unum ad expensas curie nostre... , ut possemus in eo habiliter hospitari... verum quia nuper nostra excellencia intellexit, quod palacium ipsum nondum fieri et compleri fecisti... , cum iam sit annus unus elapsus, . . . mirantes inde non modicum et tuam... negligenciam et desidiam... arguentes, . . . precipimus, quatinus statim... in faciendo et complendo dicto palacio intendi et procedi facias... , ita quod XV. . . . octobris... , quo in terra ipsa... esse disponimus, possimus in palacio ipso... hospitari; faciens fieri in ea ignem<sup>2)</sup>, ita quod odoratus calcis proinde penitus auferatur... [2] et quia significasti nobis... , quod utile et necessarium esset fieri in eadem terra Mole furnum pro quoquendo pane pro incolis terre predictae, . . . volumus, ut in terra ipsa ad expensas curie nostre fieri facias furnum unum... , sicut in aliis terris demanii nostri fieri hactenus consuerit... Dat. Melfie XXII. septembris VIII. ind.

<sup>a)</sup> innem.

## 797.

RA 1279 A n. 34 f. 192<sup>a</sup>. — Auszug: De Santis p. 46.

Melfi 1279 Oktober 1.

Eidem (iusticiario Terre Bari) etc. [1] Cum novi habitatores terre Mauli ad ipsius terre de mandato nostro venientes incolarum certo et proprio territorio frui velimus pro eorum agriculturis ortis et vineis faciendis ac sumendis pascuis et aliis utilitatibus ipsorum usibus oportunis, . . . precipimus, quatinus... universitati hominum ipsorum huiusmodi territorium, quantum protenditur per spacium duorum miliariorum ex parte Bari et tantundem ex parte Rutiliani et duorum etiam miliariorum ex parte Monopolis, determines et designes per fines lapideos infigendos et apponendos in finibus tenimentorum ipsorum, qui vulgariter termini nuncupantur, tenendum per eos comuniter, donec nobis ad partes ipsas feliciter venientibus in proximo Deo duce cuilibet hominum ipsorum, quantum proportionaliter unumquemque de territorio ipso contigerit, particulariter designetur. [2] volumus etiam et tibi de complendo palacio nostro ipsius terre districte precipimus sub pena omnium expensarum factarum et faciendarum in constructione et perfectione ipsius palacii de tuo proprio absque alicuius relaxationis spe sine diminutione qualibet exigenda<sup>a)</sup>, si<sup>b)</sup> palacium ipsum in adventu nostro felice ad terram ipsam non fuerit totaliter percompletum, ut sic ferre-venter et diligenter opus ipsum acceleres et ad<sup>c)</sup> certam perfectionem ipsius oportune et importune insistere debeas, ut, cum ibi fuerimus, possimus in eo habiliter hospitare, ita quod nichil prorsus in ipso deficiat de omnibus et singulis comoditatibus oportunis iuxta tenorem mandatorum nostrorum tibi super hoc pluries directorum; alioquin omnes expensas factas et faciendas in opere ipsius palacii, ut est dictum, faciemus de

<sup>a)</sup> exigendas. <sup>b)</sup> fehlt Reg. <sup>c)</sup> fehlt Reg.<sup>1)</sup> n. 776.

tuo proprio irremissibiliter extorquere et nostre curie resarcire. [3] preterea volumus et mandamus, ut locum ydoneum et actum dictis hominibus extra fortelliciam ipsius terre ex parte predictae terre Rutiliani pro facienda ibidem ecclesia provideas et assignes, ubi etiam venientibus ad<sup>d)</sup> habitacionem ipsius terre, qui infra muros conlocari non poterunt, locum actum habitacionis ipsorum hominum assignare procures, videlicet inter puteum et portam ipsius terre ex parte fontis, ita quod aliquo casu contingente<sup>e)</sup> homines ipsius terre possint defendere alios habitantes extra terram eandem; cautus tamen existas, quod dicta ecclesia non sit contigua et coherens muris predictis auditus dicte terre. Dat. Melfie I. octobris VIII. ind.

<sup>d)</sup> et. <sup>e)</sup> contigerit.

**798.**

Melfi 1279 Oktober 2.

RA 1279 A n. 34 f. 191<sup>b</sup>. — Auszug: De Santis p. 45.

Iusticiario Terre Bari. [1] Ut super celeri complemento... palatii nostri terre Mauli... ferventer intendas, ...intimamus, quod VII. ...octobris a Melfia... recedemus et per Capitinatam ...ad partes iurisdictionis tue venire disponimus, abinde Brundusium profecturi, ita quod XVIII. die ipsius mensis in Barulo et deinde, triduo ibi moram protracta, erimus in ... festo Omnium Sanctorum... apud Barum. ideoque ...precipimus, ut in complendo... dicto palacio... sic... insistas ... , ut in adventu nostro... possimus in eo... hospitari... [2] volumus preterea et mandamus... , quod in cameris castri nostri Trani, in quibus consuevimus hospitari, statim fieri facias ciminedas bonas ydoneas et convenientes, prout anno proximo preterito, quo ibi fuimus, extitit in presencia nostra provisum<sup>a)</sup>, ita quod XV. presentis mensis ad tardius facte sint... , in quibus statim, quod facte fuerint, ignem inmitti facias ob causam... auferendi odoratum et fumisticatem<sup>b)</sup> calcis, ut possimus habiliter in cameris ipsis esse. Data Melfie II. octobris VIII. ind.

<sup>a)</sup> provissum. <sup>b)</sup> so Reg.

**799.**

Lucera 1279 Oktober 11.

Siehe n. 471.

**800.**

Lucera 1279 Oktober 13.

Siehe n. 629.

**801.**

Bari 1279 Dezember 1.

RA 1279 A n. 34 f. 207<sup>a</sup>. RA 1279/80 A n. 36 f. 63<sup>a</sup> (stark beschädigt).

Iusticiario Terre Ydronti. Olim... iusticiario Terre Bari scripsimus in hac forma: *es folgt n. 783.* verum quia ipsum mag. Guidonem tam predictorum operum, quam ecciam omnium operum nostrorum, que fiunt in Brundusio, superastantem et prothomagistrum nuper statuimus, et exposuit nobis, quod predictus iusticiarius Terre Bari non satisfacit sibi de predictis gagiis suis ei per nos statutis autoritate prescripti mandati sibi directi, nisi tantum per totum mensem augusti VII. ind. nuper elapse, et supplicavit nobis, quod a I. sequentis mensis septembris huius VIII. ind. inantea sibi de gagiis ipsis per te satisfieri mandarem, ... precipimus, quatinus, constituto tibi per litteras ipsius iusticiarii Terre Bari, videlicet quod a I. ipsius septembris usque nunc continue fuerit in predictis operibus terrarum Mauli et Ville nove, et quod ab ipso I. septembris usque nunc nichil sibi de gagiis ipsis solverit, et quod habuerit continue dictum equum, tu ab ipso I. die septembris usque nunc et inantea, quamdiu continue fuerit in serviciis omnium operum Brundusii, sibi huiusmodi gagia, ad rationem predictam de tar. I... per diem, si habuerit equum unum continue et, si non habuerit, ad rationem de gr. aur. 15... die quolibet, de quacumque fiscali pecunia et in defectu alterius pecunie de pecunia presentis generalis subvencionis, que est vel erit per manus tuas, iuxta ipsius mandati tenorem eidem Fulconi directi debeas exhibere; apodixam inde ydoneam recepturus. quem Fulconem reddas per litteras tuas cautum, quod prefato mag. Guidoni a predicto mense septembris inantea nulla sibi gagia auctoritate prescripti mandati nostri, quod inde habuit, largiatur. Dat. Bari I. decembris.

**802.**

Neapel 1280 Januar 4.

Siehe n. 632 I und II.

**803.**

Neapel 1280 Februar 4.

Siehe n. 634.

- 804.** *Melfi 1280 Juli 13.*  
Siehe n. 642 § 2.
- 805.** *Orvieto 1281 Juni 3.*  
Siehe n. 396.
- 806.** *Orvieto 1281 Juli 5.*  
Siehe n. 397, exitus § 13.
- 807.** *Orvieto 1281 Juli 25.*  
Siehe n. 710 § 3 und 4.

## Castrium Rubi.

(Ruvo di Puglia.)

- 808.** *Barletta 1278 Dezember 8.*  
*RA 1278/79 H n. 33 f. 165<sup>a</sup>.*

Eidem iusticiario (Terre Bari) etc. Quia exposuit nobis Calkinus Flamingus castellanus castris Rubi fidelis noster, quod quidam de terra ipsa ausu temerario ducti furtive abstulerunt portas et balcones ligneos palatii et domorum ipsius castris, . . . precipimus, quatinus de hiis . . . caute et diligenter inquiras et illos, quos inveneris portas et balcones huiusmodi abstulisse, ad faciendas portas et balcones ipsos bonos et novos incontinenti per bona eorum et personas, si expedit, instanter compellas, pena alia super hoc inferenda eisdem nostro beneplacito reservata. processum vero tuum totum, et quicquid super predictis inveneris et feceris, cum nominibus et cognominibus illorum, quos ad hoc culpabiles inveneris, statim nobis et magistris racionalibus etc. distinte per litteras tuas scribas. Dat. Baroli VIII. decembris.

## Castrium Trani.

(Trani.)

- 809.** *Foggia 1240 April 13.*  
Siehe n. 570 I und II.
- 810.** *Bari 1271 Januar 24.*  
*RA 1270 C n. 9 f. 223<sup>b</sup>.*

Eodem (XXIII. ianuarii) ibidem (Bari). Scriptum est<sup>1)</sup> iusticiario Terre Bari, quod ad requisitionem Anfusii de Vinay etc. pecuniam necessariam pro reparatione castris et pontis Trani universitatibus civitatis Trani et Melfite, qui ad hoc teneri dicuntur, imponens ipsam . . . colligi faciat ab eisdem . . .

- 811.** *Foggia 1273 Mai 13.*  
*RA 1269 A n. 3 f. 74<sup>b</sup> bis 75<sup>a</sup>.*

Castellano castris Trani. Volentes, quod in munitione castris nostri Trani nullus defectus intersit usue. *fast wörtlich wie n. 722, nur daß hier die Zahlen durchweg verdoppelt sind, bis einschließlich § 9. ideoque . . . precipimus, quatinus usw. wie n. 722. Dat. Fogie XIII. madii.*

<sup>1)</sup> *Aussteller ist Herzog Hugo von Burgund als Generalkar.*

**812.***RA 1275 B n. 23 f. 18<sup>v</sup>.**Lucera 1275 September 22.*

Iusticiario Terre Bari et provisorio castrorum Apulie presentibus scilicet et futuris. Ex parte universorum hominum Vigiliarum et Cannarum fuit etc., quod nonnulli officiales nostri, quibus castrorum nostrorum reparatio pro tempore per curiam nostram committitur, ad hoc, quod ab eisdem hominibus aliquam extorqueant pecunie quantitatem, asserentes, ipsos teneri ad reparacionem castri nostri Trani, ipsos propter hoc molestant . . . : cum quesitis quaternis de reparacione castrorum . . . inveniatur, predictos homines . . . teneri ad reparacionem castri Cannarum et non ad reparacionem castri Trani, . . . mandamus, quatinus eosdem homines Vigiliarum et Cannarum occasione reparacionis dicti castri Trani nec molestetis nec permittatis ab aliis molestari. Dat. ut supra (Lucerie XXII. septembris IIII. ind.).

**813.***Siehe n. 615.**[Trani 1278 November 7.]***814.***Siehe n. 615.**Trani 1278 November 28.***815.***Siehe n. 798 § 2.**Melfi 1279 Oktober 2.*

# Terra Ydronti

(Terra d'Otranto)



## Brundusium mit turris Lucaballu.

(Brindisi mit Torre Cavallo.)

816.

Capua 1273 März 19.

RA 1272 B n. 14 f. 152<sup>c</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1273 p. 9.

Provisori castrorum Apulie. . . mandamus, quatinus. . . castrum de mari Brundusii. . . facias reparari, ita quod servientes possint ibidem comode habitare, quos ad ipsius castri custodiam contingerit deputari. Dat. ut supra (Capue XVIII. marcii I. ind.).

817.

Lagopesole 1275 August 15.

RA 1274 B n. 21 f. 361<sup>b</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1275 p. 16.

Eidem iusticiario (Terre Ydronti) etc. Dudum nobis quorundam fidelium nostrorum relatione veridica<sup>a</sup>) intimato, quod quondam Pascalis Faccirosus civis Brundusii olim in sua ultima voluntate considerans, quod vassella ingredientia et egredientia portum ipsius terre in ingressu et egressu ipsius portus interdum periculis et nocturnis precipue temporibus subiacebant propter ignorantiam et incertitudinem situs loci, pro salute anime sue legavit de bonis suis unc. aur. 50 ipsasque assignari fecit prebitero Iohanni de s. Martino et Iohanni de Messana civibus dicte terre pro facienda ex eis fieri in maritima prope portum ipsum in loco, ubi dicitur Lucaballus, turri una, in qua fieri deberent signa, que vulgariter dicuntur fano, ad notificandum de nocte et temporibus aliis oportunitis vassellis navigantibus per partes ipsas situm loci ad salutrem ingressum et egressum dicti portus, ut sine impedimento redirent dicta pericula evitandi, et quod, licet dicti presbiter et Iohannes inceperint turrin ipsam, tamen opere ipso imperfecto dimisso dictam pecuniam penes se retinebant, in preiudicium dicti operis et dispendium plurimorum, turrin eandem compleri mandavimus, dum olim Brundusii feliciter morabamur, sub certa forma tunc Nicolao de Galiano de Barulo per nos presencialiter designata pro eo, quod inepte et minus convenienter fuisse videbatur incepta. et quia intelleximus, quod nondum in ipso opere est processum moraque in hoc multorum periculum ad se trahit, mirantes et moti inde non modicum, . . . precipimus, quatinus predictam pecuniam a prefato presbitero et socio custodibus ipsius ad manus tuas instanter presentium autoritate recipias, et certificatus per litteras dicti Nicolai, cui exinde scribimus, de forma et modo predicti operis sibi per nos hactenus designato, habitoque in hiis aliquorum fidelium nostrorum in talibus expertorum diligenti consilio, turrin predictam de pecunia ipsa iuxta formam et modum ipsum diligenter et celeriter fieri facias et compleri. et si pecunia ipsa pro dicti operis complemento sufficiens forte non fuerit, totum id, quod pro necessariis expensis perfectionis operis ipsius defuerit, de quacumque pecunia curie nostre et in defectu alterius pecunie de pecunia presentis generalis subventionis iusticiariatus tui, quod oportunum fuerit, supplere procures; statutis super expensis ipsius operis faciendis aliquibus fidelibus nostris sufficientibus probis viris, per quorum manus ipsa pecunia fideliter et provide expendatur, ne opus ipsum tam utile et salubre remanere valeat imperfectum. volumus tamen, quod opus predictum per magistros et alios fideles nostros expertos in talibus nichilominus te presente facias cum diligentia qualibet extimari, pro quanta videlicet pecunie quantitate fieri poterit et compleri. de qua extimacione fieri volumus tria publica consimilia instrumenta, continentia extimationem eandem cum nominibus et cognominibus extimatorum et expensorum predictorum seriatim particulariter et distincte, quorum unum tibi retineas, aliud expensoribus ipsis assignes et tertium magistris racionalibus etc. mittas, mandato nostro aliquo de mittenda pecunia ad cameram nostram seu quolibet alio contrario super supplendo predicto defectu de pecunia predictae subventionis aut quacumque alia pecunia curie nostre, que est vel erit per manus tuas, per quod etc., non obstante. et quia opus predictum est profectuosum et utile universaliter navigantibus omnibus et specialiter domibus hospitalis Templi et Theotonicorum propter vassella eorum transfretancia ultra mare, qua ex causa credimus, quod circa opus ipsum fratres ipsarum domorum magis

<sup>a</sup>) veritica.

quam alii sint diligentes sollicite et fideles, volumus, ut requiras preceptorem alicuius ipsarum domorum in Brundusio, illum videlicet, quem ad hoc inveneris promptiorem, ut exhibeat tibi unum ex fratribus suis, quem reputaverit meliorem, ipsumque expensoribus predictis adiungas, ut intersit sciat et videat expensas omnes, que fient in opere supradicto, et acceleret opus ipsum. Dat. apud Lacumpensulem XV. augusti III. ind.

**818.**

RA 1274 B n. 21 f. 362<sup>a</sup>.

Lagopesele 1275 August 23.

Eidem iusticiario (Terre Ydroni) etc. . . . precipimus, quatinus debita prius substacione premissa et aliis sollempnitatibus observatis, que in locandis et concedendis iuribus et operibus curie servari consueverunt et debent, si opus et fabricam<sup>a)</sup> turris, quam in portu Brundusii fieri mandavimus, iuxta mandatum nostrum<sup>1)</sup>, quod tibi nuper inde direximus, aliqui ad extalium recipere voluerint, si in extalio ipso melior condicio nostre curie fieri possit, ut<sup>b)</sup> totum opus et fabrica dicte turris de bonis lapidibus et bona calce et in omnibus aliis fiat et totaliter compleatur, sicut de ordinacione et mandato nostro processit, fabricam et opus totum ipsius turris ad extalium concedere debeas, preposito per te pro parte curie nostre aliquo ydoneo et sufficienti viro, qui sic<sup>c)</sup> in opere ipso continuus inspiciat et ad oculum videat, si per extallerios ipsos in opere ipso bene et fideliter procedatur et si turris ipsa fiat et totaliter compleatur de bonis lapidibus et calce et de omnibus aliis in eodem opere oportunis, secundum quod steterit ex pacto inter te pro parte curie nostre et extallerios ipsos. et in opere ipso celeriter procedi facias et bene, quod, antequam yems proximo ventura superveniat, compleatur, ut ex resistantia temporis yemalis operi eiusdem turris non possit impedimentum et obstaculum generari. volumus etiam, quod a predictis extalleriis, si ad extalium locari poterit, ad maiorem cautelam ydoneam fideiussoriam cautionem recipias, quod turrin ipsam studiose et bene et fideliter de bonis lapidibus calce et aliis oportunis iuxta tenorem mandati nostri, quod pridem tibi super hoc direximus, et sicut ex pacto inter te et eos steterit, fieri et compleri faciant, ita quod in opere ipso nullus defectus existat, in termino ad invicem ordinando. et nomina et cognomina extalleriorum ipsorum, et pro quanta pecunie quantitate predictam turrin predicto modo facere et complere convenerint, et in quo termino, et omnia pacta, que super hoc cum eis habueris, ac totum<sup>d)</sup> processum tuum, quem in hiis habueris, celsitudini nostre et magistris racionalibus etc. distinte et particulariter sine mora per litteras tuas scribas. ideo volumus magis, quod in extalium concedatur, quam in credenciam fiat, pro eo, quod sepe invenimus, quod cum minoribus expensis fiunt ea, que in extalium conceduntur, quam illa, que fiunt in credenciam per credencios, qui super expensis faciendis pro operibus curie statuuntur. Dat. apud Lacumpensulem die XXIII. augusti III. ind.

a) fabrica.      b) et.      c) sit.      d) tuum.

**819.**

RA 1275 A n. 22 f. 98<sup>a</sup>.

Nocera 1275 September 30.

Eidem iusticiario (Terre Ydroni) etc. Significasti culmini nostro per litteras tuas, quod receptis per te pridem litteris nostris<sup>2)</sup> tibi directis de facienda fieri in maritima prope portum Brundusii turri una dudum ibidem incepta in loco, qui dicitur Lucaballus. . . , statim vocatis coram te predictis presbitero Iohanne de s. Martino et<sup>a)</sup> Iohanne de Messana, qui dicebantur predictam pecuniam habuisse, ut<sup>b)</sup> ab eis pecuniam ipsam exigeres et procedereres in opere supradicto, asseruerunt se non habuisse nec eis assignatas fuisse de bonis dicti Pascalis predictas unc. aur. 50. verum cum dictus presbiter ostendit quoddam transcriptum ultime dispositionis quondam Theodori de Gallipulo, qui cum quibusdam aliis fuit epitropus dicti Pascalis, continens inter alia, quod dictus Theodorus tamquam epitropus ipsius Pascalis confitebatur habuisse de pecunia legata per eundem Pascalem pro salute anime sue pro opere dicte turris unc. aur. 24, et mandavit ac legavit, quod adderentur de suo proprio ipsis unc. 24 legatis per eundem Pascalem alie unc. aur. 16 et omnes ipse unc. 40 expenderentur per ipsum presbiterum Iohannem et quosdam alios epitropos suos in constructione operis supradicti, qui ad mandatum tunc temporis magistrorum tarsionatum Apulie predicto Iohanni de Messana statuto super predicto opere predictas unc. aur. 40 pro expensis ipsius operis assignarunt, quam pecuniam totam idem Iohannes docere offert in opus ipsum per apodixas et cautelas alias expendisse: ad<sup>c)</sup> que omnia

<sup>a)</sup> Die Worte Iohanne bis et fehlen im Reg., sind aber nach der Konstruktion des Satzes und nach Analogie von n. 817 mit Sicherheit zu ergänzen.      <sup>b)</sup> nec.      <sup>c)</sup> at.

<sup>1)</sup> n. 817.      <sup>2)</sup> n. 817.



tibi taliter respondemus, quod, cum non sit in huiusmodi operibus acquiescendum tantum apodixis et cautelis ipsis, set opera ipsa consueverunt per magistros et alios fideles viros expertos in talibus extimari, volumus et mandamus, ut totum id, quod fecit fieri dictus Iohannes in turri predicta, per magistros et alios fideles viros expertos in talibus diligenter et fideliter facias extimari, pro quanta fieri potuit pecunie quantitate, ut videatur et sciatur, si tota ipsa pecunia in dicto opere est conversa. et nichilominus diligenter et studiose inquiras, si per quoscumque alios et per quos aliqua pecunie quantitas, que fuerit pro opere ipso legata, sit<sup>d)</sup> per officiales aliquos de mandato dominorum<sup>1)</sup>, qui fuerunt pro tempore, prefato Iohanni seu quibuscumque aliis proinde assignata. et si per extimationem predictam inveneris, quod tota predicta quantitas 40 unc. aur. non fuerit in opere predicto conversa et per eandem inquisitionem constiterit aliquam pecunie quantitatem fuisse per quoscumque alios quam predictos in opere supradicto legatam aut fuisse aliquibus per quoscumque officiales exhibitam, totum id, quod sic<sup>e)</sup> pro opere ipso receptum nec in opere ipso conversum extitisse compereris, ad manus tuas pro parte curie nostre recipias. et tam de pecunia ipsa quam in ipsius defectu de quacumque fiscali pecunia curie nostre, que est vel erit per manus tuas, supplenda per te pro opere ipso predictam turrim compleri celeriter facias iuxta formam predictarum litterarum nostrarum tibi super ipso negotio directarum. et quia relatione veridica<sup>f)</sup> nostrorum fidelium nostra serenitas intellexit, quod predicti presbiter Iohannes de s. Martino et Iohannes de Messana habuerunt supradictas unc. 50 integre pro dicto opere, sicut superius est expressum, . . . precipimus, ut de hiis per aliquos fideles et ydoneos viros, per quos melius fieri possit, studiose et diligenter inquiras, ita quod veritatem inde invenias. et si inveneris eos ipsam pecuniam habuisse nec convertisse ad opus predictum, statim uncias ipsas exigas et convertas in opus ipsum iuxta mandatum nostrum proinde tibi missum. et si forte per extimationem predictam inveneris omnes 40 unc. supradictas in predicto opere fuisse conversas, ita quod nichil inde remanserit apud expensorem predictum, et per dictam inquisitionem non inveneris aliam pecuniam pro opere predicto legatam seu per officiales aliquos assignatam, tu nichilominus totum opus ipsum de predicta fiscali pecunia modo predicto fieri facias et compleri, ne tam salubre opus remaneat imperfectum. Dat. apud Nuceriam Christianorum pro mag. G (uilielmo) ultimo septembris IIII. ind.

d) seu. e) sit. f) veritica.

## 820.

Sulmona 1276 September 18.

RA 1272 E n. 16 f. 109<sup>a</sup>.

Iusticiario Terre Ydronti<sup>2)</sup>. Quia intelleximus, quod castrum Brundusii . . . indiget reparari, devocioni vestre . . . mandamus, quatinus universitates subscriptarum terrarum et locorum baronum et demanii domini regis . . . requiratis, ut unum eorum ordinent . . . quem volumus interesse extimationi operis dicti castri . . . predictum vero castrum reparari debet per universitates terrarum et locorum subscriptorum: videlicet per homines casalis s. Petri de Yspanis, casalis Campie, s. Viti et homines Brundusii et ecclesiarum habencium pheoda in Brundusio, pheodi Rogerii de Mayfino, homines Licii et ecclesiarum eiusdem terrarum habencium pheoda in Licio. Dat. Sulmone 1276 mense septembris, XVIII. eiusdem, V. ind.

## 821.

Neapel 1276 November 19.

RA 1278 A n. 29 f. 199<sup>b</sup>.

XIX. novembris Neapoli. Iusticiario Terre Ydronti<sup>3)</sup>. Recepimus et intelleximus litteras vestras, quas nobis misistis super quibusdem negotiis castri Avellone et opere turris, que dicitur Lucabellus, incepte dudum in litore prope portum Brundusii, de qua complenda . . . regium mandatum<sup>4)</sup> habuisse scripsistis. . . de opere . . . dicte turris illud . . . faciatis, quod vobis iniungitur per mandatum eiusdem domini patris nostri, quod exinde habuistis. Dat. ut supra.

## 822.

Viterbo 1276 November 29.

RA 1276/77 A n. 27 f. 133<sup>b</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Ydronti) etc. Benigne receptis et intellectis litteris, quas nostre celsitudinis destinasti, et ipsarum intellecto tenore, super eo, quod significasti nobis inter alia, que continebantur in eisdem litteris nobis missis, quod per magistros et alios fideles viros expertos in talibus, iuxta quod recepisti

1) Hiermit sind die staufischen Vorgänger Karls von Anjou gemeint. Vgl. n. 822. 2) Aussteller ist Carolus princeps Salernitanus als Generalvikar. 3) Aussteller ist Kronprinz Karl als Generalvikar. 4) n. 819.

a nostra celsitudine in mandatis<sup>1)</sup>, extimari fecisti, pro quanta fieri potuit pecunie quantitate ac quod per Iohannem de Messana civem Brundusii et presbyterum Iohannem de s. Martino<sup>2)</sup> in opere turris, que Lucaballus dicitur, est constructum; et inventum est per extimacionem eandem, potuisse fieri pro unc. 40, quas et non plures inventum est per quondam Pascalem Fatturosom et Theodorum de Gallipulo in ipso opere legatas et expensas per predictos Iohannem de Messana et Benecasam de Tarento statutos ad hoc per quondam Philippum Ginardum tunc regni Sicilie ammiratum<sup>3)</sup>; et nichilominus inquisivisti, si per quoscumque alios aliqua pecunie quantitas pro ipso opere legata fuisset seu per officiales aliquos de mandato dominorum<sup>3)</sup>, qui fuerunt pro tempore, prefato Iohanni seu quibuscumque aliis proinde assignata; et per inquisitionem eandem nichil exinde, ut asseris, est inventum; ac consideratis omnibus oportunis de<sup>b)</sup> complemento ipsius turris et singulariter extimatis, inventum est turrim ipsam, que ad presens 8 palmis est supra terra, ut elevetur abinde usque ad cannas 9, sic quod altitudo ipsius a terra sint canne 10 preter mergulos, posse<sup>c)</sup> fieri pro unc. aur. 286 tar. 26 et gr. 10; et opere ipso pluries subastato, nullus comparuit, qui opus ipsum ad extaleum reciperet construendum: tibi taliter respondentes iniungimus, quod ad construendam dictam turrim, que dicitur Lucaballus, nullo modo procedas, set facta diligenti et legali extimacione per probos et fideles viros expertos in talibus, pro quanta posset fieri pecunie quantitate turris una similis tertie turri, que est prope turrim predictam, que dicitur Lucaballus, ita quod in extimacione ipsa curia nostra nequeat modo aliquo defraudari, cum de ipsa extimacione tibi totaliter incumbamus et tempore tui racioninii nostre curie tenearis, habitoque consilio cum eisdem, in quo loco posset fieri turris ipsa, ita tamen, quod sit eiusdem altitudinis grossitudinis et mensure et sit in eminenti et altiori parte eiusdem loci, ut navigantes cum vassellis venientibus tam de ultramarinis quam Romanie partibus quam etiam aliunde nocturno tempore phano videant, quod fieri contigerit in eadem, extimacionem et provisionem ipsam magistris racionalibus etc. statim, quod in regno erimus, debeas intimare, ut tibi exinde nostrum beneplacitum rescribamus. Dat. Viterbii penultimo novembris V. ind.

a) Marco.    b) et.    c) potest.

## 823.

Brindisi 1277 April 26.

RA 1276/77 A n. 27 f. 137<sup>ab</sup>; inseriert ebendort f. 138<sup>a</sup> (unten n. 824) und RA 1276 A n. 25 f. 65<sup>b</sup> bis 66<sup>a</sup> (unten n. 825).

Eidem (iusticiario Terre Ydronti). Scire volumus fidelitatem tuam, quod Rogerius dompne Belle de Brundusio convenit cum curia nostra fieri et compleri facere ad extalium turrim inceptam dudum in loco, qui dicitur li Caballi, pro fano faciendo navibus et vassellis ad portum Brundusii accedentibus, de subscriptis fabricis murorum secundum conventiones et pacta subscripta habita inter nostram curiam et eundum<sup>1)</sup>: videlicet [1] quod in eadem, que est circumcirca canne<sup>2)</sup> murorum 22, ultra totum id, quod operatum et fabricatum est in ea, fieri faciet muros illius amplitudinis, cuius sunt muri veteres eiusdem turris, de bonis tufis Gangeti<sup>b)</sup> et de bona calce mixta et temperata cum arena vel bona terra ad murum faciendum, ita quod tertia pars sit calcis et due partes sint arene vel terre, circumcirca eandem turrim, qui sint altitudinis cannarum 10. et omnes muri ipsi circumcirca, computatis cannis 10 in altitudine pro qualibet predictarum 22 cannarum circuitus per latitudinem ipsius turris, sunt in summa canne murorum 220; pro quibus debet recipere a curia nostra ad rationem de tar. 19 pro qualibet canna unc. 139 et tar. 10. [2] et debet fieri facere in eadem turri voltas duas, unam videlicet inferius, que distet a terra in altum cannis 3½. [3] et in volta ipsa fieri faciat subtus in cellario prope voltam ipsam 4 arcerias, quarum quelibet ex parte interiori ipsius turris sit amplitudinis palmorum 4 et ex parte exteriori amplitudinis ad mensuram medii pedis; unam videlicet ipsarum in quolibet latere ipsius turris pro lumine faciendo. [4] et supra voltam ipsam prope tabulamentum, quod fiet in ea, fieri faciet similiter 4 arcerias similes supradictis, unam videlicet in quolibet latere ipsius turris. [5] et supra ipsum tabulamentum fieri faciet 4 fenestras, unam videlicet in quolibet latere, ipsius turris, quarum quelibet erit altitudinis palmorum 6 et amplitudinis palmorum 4. [6] item fieri faciet supra ipsam voltam archeriam<sup>c)</sup> unam cohoptam in eo latere ipsius turris, ubi fiet porta, supra ipsam portam per rectitudinem, pro prohibendis inde lapidibus, si necesse fuerit, et defendendo introitu ipsius. [7] et fieri etiam faciet aliud tabulamentum supra predictum primum tabulamentum. [8] in quo tabulamento fieri faciet fenestras 4 similes predictis fenestris, videlicet in quolibet latere ipsius turris fenestram

a) racione.    b) So in n. 825 und n. 903; hier Gangen.    c) alteriam. Zu berichtigen nach n. 825 und n. 903.

<sup>1)</sup> n. 819.    <sup>2)</sup> Ermordet vor 1267 März 23 (Del Giudice, Codice I 308), wahrscheinlich schon vor September 1266. Vgl. Cohn S. 100 f. Siehe auch BF n. 9731.    <sup>3)</sup> Vgl. S. 83 Anm. 1.    <sup>4)</sup> § 1 bis 16 kollationiert mit n. 903 § 1.

unam. [9] item fieri faciet aliam voltam unam supra ipsum secundum tabulamentum de predictis tufis et bona calce mixta cum arena et terra. [10] et fieri faciet modo predicto in eadem volta 4 arcerias, unam videlicet in quolibet latere. [11] et fieri faciet in eadem turri ex parte terre portam unam altitudinis palmorum 6 et amplitudinis palmorum 4, que distet a terra per altitudinem ex parte exteriori eiusdem turris palmis 12. [12] et ultra summitatem ipsorum murorum, qui fieri debent per eum in eadem turri, qui debent esse altitudinis circumcirca eandem turrim cannarum 10 ultra id, quod ad presens factum edificatum et fabricatum est in eadem turri, ut superius dictum est, fieri et compleri faciet de predictis tufis et calce<sup>4)</sup> mista similiter cum arena et terra, ut superius dictum est, circumcirca eandem turrim pectorale et mergulos, qui erunt altitudinis 1 canne et grossitudinis palmorum 2; qui muri, quos fieri facere tenetur pro predictis pectorale et mergulis, sunt in summa circumcirca eandem turrim canne murorum 22; pro quibus debet habere a curia nostra ad rationem de tar. 10 pro qualibet canna unc. aur. 7 et tar. 10. [13] item in uno ex angulis ipsius turris ex parte maris debet fieri facere ultra totam summitatem ipsius turris muros illius grossitudinis, cuius erit totus murus eiusdem turris, altitudinis cannarum 3, ita quod 2 canne ex muris ipsis libere remaneant supra mergulos ipsorum, pro fano faciando. [14] et supra murum ipsum fieri faciet locum convenientem altitudinis palmorum 8 pro fano decenter et bene faciando. [15] et supra ipsum locum debet fieri facere voltam convenientem pro cohoptura ipsius fani. [16] pro quibus muris, quos fieri facere tenetur predicto modo pro dicto fano faciando, debet habere a curia nostra unc. aur. 2. [17] que universa et singula supradicta, ut superius sunt expressa, studiose diligenter et bene fieri et compleri facere tenetur ex pacto in eadem turri per totum mensem aprilis future VI. ind. [18] et de tota summa pecunie debita et conventa ei a curia nostra pro predictis omnibus operibus, que in predicta turri fieri facere debet, que est in summa unc. 148 et tar. 20, debet dari ei statim, quod tibi dederit sufficientes et ydoneos fideiussores, quod predicta omnia in eadem turri, sicut dicta sunt superius, decenter et bene fieri et compleri faciet in termino supradicto, pro apparatu faciando unc. aur. 50; et deinde satisfiet sibi de residuo summe dicte pecunie successive, sicut in eodem opere procedetur et pro expensis eiusdem operis fuerit oportunum.

quocirca . . . precipimus, quatinus . . . opera ipsa cum predictis pactis et conventionibus in terris famosis iurisdictionis tue et vicinis precipue ad extalium concedenda facias publice subastari. et si fuerint aliqui, qui ipsa secundum conventiones et pacta predicta et in predicto termino velint fieri facere et complere pro minori quantitate quam predicta summa pecunie, pro qua predictus magister fieri et compleri facere obtulit, huiusmodi opera omnia ad extalium eis pro parte nostra concedas cum pactis et conventionibus supradictis. et utrum opera ipsa aliis quam predicto mag. Rogerio concedas, qui velint ea fieri facere, ut predictum est, pro minori pecunie quantitate, utrum quod ipsum extalium ipsi magistro remaneat, non apparentibus aliis forte, qui extalium ipsum velint recipere pro minori pecunie quantitate, recipias pro parte curie nostre ab extalleriis ipsis, quibus predicto modo extalium ipsum remanserit, sufficientes et ydoneos fideiussores approbandos per sufficientes et ydoneos approbatores, de quorum fideiussorum et approbatorum sufficientia tibi totaliter curia nostra incumbit, quod omnia opera supradicta in eadem turri, sicut superius sunt distincta, iuxta conventiones et pacta predicta decenter studiose et bene fieri et totaliter perfici et compleri faciant ad tardius usque ad terminum supradictum, factis super hoc tribus scriptis publicis consimilibus, continentibus formam presentium, nomina et cognomina extalleriorum ipsorum et nomina et cognomina fideiussorum, quos ab eis receperis, et nomina etiam et cognomina eorum, per quos fideiussores ipsi fuerint approbati, quorum uno tibi retento, alio eisdem extalleriis dimisso, tertium magistris racionalibus magne nostre curie sine mora transmittas; et huiusmodi fideiussione recepta ab extallerio seu extalleriis ipsis, unc. aur. 50 ad presens pro apparatu faciando et deinde supplementum totum summe pecunie, de qua cum eo conventum extitit pro extalio supradicto, successive, sicut in eodem opere procedetur et pro expensis eiusdem operis fuerit oportunum, de quacumque pecunia curie, que est vel erit per manus tuas, et etiam de pecunia presentis generalis subventionis in tua iurisdictione imposita, non obstante aliquo mandato nostro huic etc., sine difficultate et defectu quolibet debeas exhibere. et instes apud ipsum vel extallerios ipsos, sicut expediens fuerit, quod continue in predictis operibus bene et studiose procedant et procedi faciant, ita quod usque ad predictum terminum secundum conventiones et pacta predicta totaliter sint completa. si vero extallium ipsum concesseris pro minori quantitate pecunie, quam illa, pro qua predictus magister ea, ut dictum est, facere convenit, et quibus ac pro quanta summa pecunie et totum processum tuum, quem super hiis habendum duxeris, celsitudini nostre nec minus magistris racionalibus per litteras tuas sine mora particulariter et distincte studeas intimare. Dat. Brundisii die XXVI. aprilis V. ind.

<sup>4)</sup> calce.

## 824.

Brindisi 1277 Mai 1.

RA 1276/77 A n. 27 f. 138<sup>a</sup>; inseriert in RA 1276 A n. 25 f. 65<sup>b</sup> bis 66<sup>a</sup> (unten n. 825).

Eidem iusticiario (Terre Ydronti) etc. Pridem tibi per patentes litteras nostras scripsimus in hec verba: *es folgt n. 823.* verum quia mag. Petrus de magistro Calachuro de Licio veniens ad curiam nostram obtulit et convenit cum curia nostra, fieri et compleri facere ad extalium omnia opera supradicta in predicta turri secundum conventiones et pacta predicta et usque ad terminum supradictum, sicut predicta omnia in prescriptis nostris litteris continentur, eo tamen salvo quod diminuto tar. 1 per cannam de predictis cannis murorum 220, que faciende sunt primo in turri predicta circumcirca ultra id, quod ad presens edificatum et factum est in eadem turri, pro quibus dictus mag. Rogerius debebat habere ad rationem de tar. 19 pro qualibet canna unc. 139 et tar. 10, idem mag. Petrus debet habere, sicut ex pacto stetit inter nostram curiam et eundem, ad rationem de tar. 18 pro qualibet canna unc. 132, et omnia alia opera ipsius turris debet fieri facere et complere pro illa quantitate pecunie, que proinde solvi debebat predicto mag. Rogerio, sicut in eisdem prescriptis nostris litteris continentur, et de faciendis et complendis omnibus operibus ipsis in eadem turri secundum conventiones et pacta predicta usque ad terminum supradictum convenit et promisit dare et ponere tibi pro parte curie nostre sufficientes et ydoneos fideiuxores usque ad quantitatem 50 unc. aur., quia de maiori quantitate dicit se fideiuxores dare non posse, hoc modo tamen videtur, quod datis etiam ydoneis et sufficientibus fideiuxoribus de ipsis unc. 50, dentur ei de summa pecunie debita sibi pro toto predicto estalio, que est in summa unc. 141 et tar. 10, unc. aur. 50 et conversis ac expensis per eum totaliter ipsis unc. 50 in expensis eiusdem operis, ita quod nichil sibi inde remaneat nec<sup>a</sup>) pro aliquibus negociis et serviciis suis expendat, dentur ei simul ana 50 unc. vel infra et non in maiori quantitate qualibet vice, sicut pecunia, quam predicto modo vicissim receperit, in expensis eiusdem operis totaliter per eum conversa et liberata fuerit, de qua etiam constet vice qualibet per Rogerium de Ripa et Nicolaum de Ogento de Brundusio fideles nostros, quos operibus dicte turris, ut bene studiose et diligenter fiant et compleantur secundum conventiones et pacta predicta, superstantes duximus s'atuendos, . . . mandamus, quatinus . . . opera ipsa cum predictis pactis et convencionibus in terris famosis iurisdictionis tue et precipue vicinis terre Brundusii ad estalium concedenda facias puplice subastari, *usw. wie n. 823 mutatis mutandis bis* debeas exhibere. si vero extalium ipsum concesseris pro minori quantitate pecunie, quam illa, pro qua predictus magister ea, ut dictum est, facere convenit, et quibus ac pro quanta summa pecunie, et totum processum tuum, quem super hiis habendum duxeris, celsitudini nostre nec minus magistris racionalibus supradictis per litteras tuas sine mora distincte et particulariter studeas intimare. Dat. Brundusii I. madii V. ind.

<sup>a</sup>) fehlt Reg.

## 825.

Brindisi 1277 Mai 1.

RA 1276 A n. 25 f. 65<sup>b</sup> bis 66<sup>a</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1277 p. 18, 19.

Rogero de Ripa et Nicolao de Ogento de Brundusio etc. Scire vos volumus, quod nos iusticiario Terre Ydronti etc. litteras nostras direximus in hec verba: *es folgt n. 824 und darin inseriert n. 823.* volentes itaque, quod predicta turris secundum conventiones et pacta predicta usque ad predictum terminum studiose bene fiat et totaliter compleatur, vos superstantes operibus singulis eiusdem turris pro parte nostre curie duximus statuendos, . . . mandantes . . . , quatinus in eisdem operibus faciendis et complendis per illum vel illos, cui vel quibus extalium ipsum remanserit, continue debeatis personaliter interesse et diligenter ad oculum videre et inspicere et apud extallerios ipsorum operum instare continue et ardentem, ut opera ipsa omnia in eadem turri extallerius vel extallerii ipsi bene studiose et diligenter, iuxta quod superius sunt expressa, fieri et compleri faciant usque ad terminum supradictum. et sic super eis accurata sollicitudine et oculis apertis intendatis, quod nullum omnino defectum in eis intervenire contingat, quin potius omnia bene fiant et compleantur, iuxta quod declarantur superius et de beneplacito nostro procedit, cum vobis exinde incumbamus, ut possitis exinde in conspectu nostro meritorum obsequiis commendari. et sicut successive in eisdem operibus procedetur, frequenter et sepe celsitudinem nostram nec minus predictos magistris racionales per vestras litteras seriatim et distincte informare curetis. Dat. Brundusii I. madii V. ind.

## 826.

Brindisi 1277 Mai 2.

I. RA 1276/77 A n. 27 f. 139<sup>a</sup>; inseriert RA 1276 A n. 25 f. 69<sup>a</sup> (unten n. II).

Eidem iusticiario (Terre Ydronti) etc. Scire volumus fidelitatem tuam, quod Rogerius de donna Bella de Brundusio fidelis noster convenit nuper cum curia nostra fieri facere ad extalium opus cuiusdam palatii, quod fieri volumus in castro nostro Brundusii ex parte septemtrionis, subscripto modo et pacto et forma

et secundum subscripta pacta et convenciones habita inter curiam nostram et eum, prout inferius distincte et particulariter denotatur: videlicet [1] quod dictus Rogerius debet fieri facere ad extalium palacium ipsum hoc modo, quod sala ipsius palacii debet esse longitudinis cannarum 10; et habebit portam unam in capite ex parte fontis longitudinis palmorum 6; et abinde debet fieri fenestra una dupla de palmis 6, que distabit a porta per cannas 2; et debet fieri ibi cumineda una, que distabit a fenestra per palmos 9; et ipsa cumineda erit longa palmorum 12; et debet esse post ciminedam fenestra una, que distabit per cannas 2 et palmum 1; et erit ampla palmorum 6; et ab ipsa fenestra usque ad angulum erit canna 1. [2] item debet fieri facere in ipso palacio cameras duas in capite ipsius sale ex parte horientis, quarum quelibet erit longitudinis infra muros cannarum 5 et palmorum 6; et in qualibet earum in angulo debet fieri cimineda una longitudinis palmorum 10, videlicet 5 ab uno latere et 5 ab alio; et fiet fenestra 1 in qualibet ipsarum camerarum de palmis 5; que distabit a cimineda per palmos 6; et fiet alia fenestra longitudinis palmorum 5, que distabit ab alia per cannas 2 et palmum 1, et ab ista fenestra usque ad angulum per cannam 1. [3] simili modo fieri facere debet fenestras et ciminedas subtus predictam salam et subtus predictas cameras, prout superius distincta sunt, preter portam, que debet fieri prope scalam. [4] item debet fieri facere muros palacii a tabulato solarii usque ad laccones altitudinis cannarum  $2\frac{1}{2}$  non computata grossicie tabulamenti; et a terra usque ad solarium erit similiter altitudinis cannarum  $2\frac{1}{2}$  computata grossicie tabulamenti; et debent esse predicta sala et camere astracate de parvis mattuncellis tam in tabulamento superius quam in solo terre inferius. et totus murus tocus predicti palacii debet esse amplitudinis palmorum 4. que sala et camere erunt per totum longitudinis cannarum  $22\frac{1}{2}$  et altitudinis cannarum 5 et amplitudinis infra muros cannarum  $3\frac{1}{2}$ ; que omnes canne sunt in summa operis canne 110. [5] item sala debet dividi a predictis cameris, quod sala remaneat de cannis 10 per longitudinem; et quelibet ipsarum camerarum de ana cannis  $5\frac{3}{4}$  deductis de qualibet ipsarum camerarum pro muris palmis 2; et sic quelibet camerarum ipsarum debet esse de ana cannis  $5\frac{3}{4}$ . [6] item debet fieri facere muros duos, qui dividant salam ab ipsis cameris et dividant ipsas cameras; et quelibet murus computata amplitudine et altitudine ipsius erit mensura cannarum 20; et sic ambo muri ipsi debent esse in summa canne 40. [7] item debet fieri facere arcus duos subtus murum camerarum ipsarum; quod totum predictum opus convenit fieri facere de tufis albis Coriliani. [8] item fieri facere debet scalam unam lapideam in palacio ipso cum parapectis in ea de lapidibus de Olivola. predictae vero fenestre debent fieri in similitudine fenestrarum, que sunt in camera alta supra mare domorum, que fuerunt quondam Aroldi de Ripalta proditoris nostri. [9] et convenit predictus Rogerius poni facere in fabrica tocus predicti operis terciam partem calcis et duas partes arene vel bone terre, preterquam in elementis tuforum et lapidum, in quibus debet poni facere calcem et arenam tantum. [10] pro quo predicto extalio tocus predicti operis idem Rogerius debet recipere a curia nostra subscriptam pecunie quantitatem: videlicet pro predictis 110 cannis murorum predicti palacii ad rationem de tar. aur. 19 pro qualibet canna unc. aur. 69 et tar. 20; et pro predictis 40 cannis murorum, que fieri debent infra ipsum palacium ad dividendam salam a predictis cameris et ipsas cameras inter eas, sicut superius dictum est, ad rationem de tar. 12 pro qualibet canna unc. aur. 16; item pro predictis 6 cyminedis ad rationem de unc. 4 pro qualibet cyminedarum ipsarum unc. aur. 24; item pro predictis 12 fenestris ad rationem de unc. aur. 1 pro qualibet unc. 12; item pro predictis arcibus et scalis unc. 6 tar. 27 et gr. 12; item pro astracando predicto palacio tam sale quam camerarum predictarum superius et inferius, sicut dictum est, de parvis mattuncellis unc. aur. 9 et tar. 25. que tota predicta pecunia est in summa unc. 138 tar. 12 et gr. 12. [11] et predictus Rogerius convenit et ex pacto tenetur curie nostre facere et complere totum predictum opus, sicut predictum est, usque per totum mensem aprilis proximo future VI. ind. [12] tabulamentum vero predicti palacii, quod predictus extallerius astracari facere debet, non debet fieri per eum set per curiam nostram. pro quibus omnibus faciendis complendis et adimplendis secundum convenciones et pacta predicta, et sicut universa et singula superius sunt expressa, usque ad terminum supradictum predictus Rogerius de donna Bella posuit curie nostre fideiussores subscriptos: videlicet Rogerium Cavalerium et Alexandrum de Ripa de Brundusio, ipsis fideiussoribus in curia nostra presentibus et se voluntarie constitutibus pro eodem. quocirca... mandamus, quatinus... opera ipsa cum predictis pactis et convencionibus in terris famosis iurisdictionis tue et vicinis precipue ad extalium concedenda facias publice substari usw. wie n. 823 mutatis mutandis.

volumus preterea et mandamus, ut, si predictum extaleum eidem Rogerio de dompna Bella, qui fideiussores in curia nostra posuit, ut est dictum, remanserit, formam presencium litterarum nostrarum retinendam sibi, ut sciat pacta et convenciones, secundum quam predicta opera facere tenetur et debet, eidem Rogerio

<sup>1)</sup> Vgl. n. 841 § 1.

sub sigillo tuo debeas assignare. [13] fundamentum enim predictorum murorum eiusdem palacii, qui debent fieri per extallerium seu extallerios ipso, per Rogerium de Ripa et Nicolaum de Ogento superstantes ipsorum operum fieri ad expensas curie nostre mandamus. quod fundamentum debet esse amplitudinis palmarum 5 et profunditatis secundum provisionem predictorum Nicolai et Rogerii suprastancium, secundum quod eis melius pro comodo curie nostre videbitur expedire. et fundamentum ipsum fieri facient de lapidibus, qui extrahi debent de muro veteris ballii, quod est extra castrum ipsum. et in fabrica ipsius fundamenti ponantur tertia pars calcis et due partes bone terre. et fundamentum ipsum similiter facias subastari et ipsum ad extaleum concedere debeas ad faciendum pro minori quantitate pecunie, pro qua ipsum concedere poteris, faciendum secundum formam et modum predictum. et si aliqui fuerint, qui fundamentum ipsum accipere voluerint ad extaleum, computes eis predictos lapides, qui extrahentur de muro predicti ballii, ex quibus fundamentum ipsum fieri volumus, in precio extalii fundamenti predicti. [14] predicti vero muri, qui debent dividere predictam salam ab ipsis cameris et ipsas cameras inter se, debent esse alti usque ad piczulum tecti, ita quod nulla vacuitas remaneat inter muros ipsos et tectum ipsarum camerarum et sale. Dat. Brundusii II. maii V. ind.

II. RA 1276 A n. 25 f. 69<sup>o</sup>. Auszug: Minieri, Regno 1277 p. 20.

Rogero de Ripa et Nicolao de Ocento de Brundusio etc. Scire volumus fidelitatem vestram, quod iusticiario Terre Ydronti nostras litteras dirigimus in hec verba: *es folgt n. I.* volentes itaque, quod predictum palacium secundum conventiones et pacta predicta usque ad predictum terminum studiose et bene fiat et totaliter compleatur, vos superstantes operibus singulis eiusdem palacii pro parte nostre curie duximus statuendos, . . . mandantes etc., quatinus *usw. wie n. 825 mutatis mutandis bis* informare curetis. predictum vero fundamentum ipsius palacii, quod, sicut predictum est, fieri debet ad expensas curie nostre *usw. wie n. I mutatis mutandis*. et si forte ipsum fundamentum non poteritis concedere ad extaleum, faciatis fieri fundamentum predictum ex predictis lapidibus secundum formam et modum predictum ad expensas curie nostre de pecunia, quam vobis per predictum iusticiarium exhiberi mandamus pro aliis operibus per vos in eodem castro de mandato nostre celsitudinis fieri faciendis. Dat. Brundusii II. maii V. ind.

827.

Brindisi 1277 Mai 4.

RA 1276/77 A n. 27 f. 140<sup>o</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Ydronti) etc. Quia Fulconi de Roccafolia militi olim iusticiario Calabriae etc. pro nostras mandamus litteras speciales, ut unc. aur. 50 . . . tibi distribuendas et exhibendas per te pro operibus turris Brundusii, quod dicitur Lucavallus, palacii castrum nostri Brundusii et etiam dicti castrum prepositis et extalleriis operum eorumdem incontinenti exhibeat et assignet, . . . mandamus, quatinus predictas unc. aur. 50 statim ab eodem Fulcone recipias et eas incontinenti, prout tibi per alias nostras litteras<sup>1)</sup> est iniunctum, eisdem extalleriis et prepositis predictorum operum, videlicet mag. Petro de Gallucio<sup>2)</sup> extallerio operis dicte turris, Rogerio donne Belle extallerio operis palacii castrum nostri Brundusii et Rogerio de Ripa et Nicolao de Ogento prepositis operis dicti castrum, distribuendas per te inter ipsos, prout tibi melius pro debito processu ipsorum operum videbitur expedire, solve et exhibere procure; recepturus etc. et nichilominus omnia alia mandata nostra super huiusmodi operibus tibi facta cum omni studio et sollicitudine diligenter et efficaciter exequaris. de receptione vero predictarum unc. aur. 50 eidem Fulconi militi ad sui cautelam facias apodixam. Dat. Brundusii IIII. madii V. ind.

828.

Brindisi 1277 Mai 7.

RA 1276/77 A n. 27 f. 142<sup>o</sup>, RA 1276 A n. 25 f. 76<sup>o</sup> (nur kurzer Auszug); — Auszug: Minieri, Regno 1277 p. 21—23.

Rogero de Ripa et Nicolao de Ogento de Brundusio etc. Quia preter palacium, quod in castro nostro Brundusii fieri volumus, quod per curiam nostram ad extalium concessum est faciendum, fieri providimus in castro ipso opera infrascripta, que nobis feliciter existentibus in Brundusio extimate sunt posse fieri pro descripta pecunie quantitate: videlicet [1] quod in turri rotunda eiusdem castrum Brundusii, que est ex parte maris versus fontanam, que girat per circuitum mensura cannarum 17 exterius et interius cannarum 9  $\frac{1}{2}$ , que sunt computato utroque muro canne 13  $\frac{1}{4}$ , debet fieri volta, que ascendit usque ad parapectum ipsius turris, mensura palmarum 13; et sic sunt in summa canne 21 et palmus 1, que extimate sunt posse fieri ad rationem de unc. aur. 1 tar. 14 et gr. 4 pro qualibet canna pro unc. 31 tar. 3 et gr. 14. [2] item debet fieri para-

<sup>1)</sup> n. 824 und n. 826 I.

<sup>2)</sup> In n. 824 heißt er de Licio.

pectus in mergulis in ipsa turri, qui erunt circumcirca cannarum 17; et parapectus erit altus palmorum 5 et amplus palmorum 2; et quilibet mergulus erit supra parapectum palmorum 3; et murus mergulorum erit amplus palmorum  $2\frac{1}{2}$ . qui extimati sunt posse fieri ad rationem de tar. 24 et gr. 6 pro qualibet canna pro unc. 13 tar. 23 et gr. 2. [3] item debet fieri in eadem turri astracum et sala supra voltam ipsius turris, que extimata sunt posse fieri pro unc. 2 et tar. 20. [4] item in alia turri, que est supra tarsianatum, que est eiusdem amplitudinis et altitudinis qualitatis et quantitatis de opera, sicut predicta turris rotunda, videlicet de cannis 21 et palmo 1, debet fieri volta parapectus et merguli simili modo et forma per omnia, sicut in predicta turri rotunda; et similiter debet fieri astracus et scala in ea, sicut in ipsa turri rotunda. que opere faciende in predicta turri, que est supra tarsianatum, extimate sunt posse fieri pro ea quantitate pecunie, pro qua extimate sunt posse predictae opere faciende in predicta turri rotunda, videlicet predictae canne operis 21 et palmus 1 ad rationem de unc. aur. 1 tar. 14 et gr. 4 pro qualibet canna pro unc. 31 tar. 3 et gr. 14; parapectus et merguli pro unc. 13 tar. 23 et gr. 2; et astracus et scala pro unc. 2 et tar. 20. [5] item in turri magna, que dicitur magistra, que est per circuitum exterius mensura cannarum 30, debent fieri parapectus et merguli, qui erunt altitudinis canne 1, videlicet parapectus altus palmorum 5 et merguli supra parapectum palmorum 3; et erit parapectus grossus palmorum 2; et quilibet mergulus erit supra parapectum palmorum 3; et murus mergulorum erit amplus palmorum  $2\frac{1}{2}$ ; qui extimati sunt posse fieri ad rationem de tar. 24<sup>a</sup>) et gr. 6 per cannam pro unc. 24 et tar. 9. et pro faciendo astraco in ipsa turri supra voltam ipsius unc. aur. 1 et tar. 25. [6] item in alia turri rotunda, que est prope turrim de porta, que girat per circuitum exterius mensura cannarum 17 et palmorum  $5\frac{1}{2}$  et interius cannarum 8 et palmorum  $2\frac{1}{2}$ , que sunt in summa canne 26, et computata opera debet esse in summa operis cannarum 13, debet fieri volta, que ascendit mensura palmorum 11 usque ad parapectum; et connumerata volta ipsa sunt omnes predictae canne operis 18 minus uno palmo, que extimate sunt posse fieri ad rationem de unc. aur. 1 tar. 14 et gr. 4 pro qualibet canna pro unc. 26 tar. 10 et gr. 2. [7] item pro parapecto et mergulis faciendis in eadem turri, que sunt in summa canne 17 et palmi  $5\frac{1}{2}$  ad rationem de tar. 24 et gr. 6 pro qualibet canna pro unc. 14 tar. 9 et gr. 16. qui parapectus erit altitudinis palmorum 5 et grossitudinis palmorum 2; et quilibet erit altitudinis supra parapectum palmorum 3; et murus mergulorum erit grossus palmorum  $2\frac{1}{2}$ ; et pro astraco faciende in dicta turri supra voltam ipsius unc. 1 et tar. 20. [8] item in alia turri, que est supra portam, que girat per circuitum exterius mensura cannarum 24 et interius cannarum  $12\frac{1}{2}$ , que sunt computata utraque facie muri canne  $18\frac{3}{4}$ , debent addi et elevari canne 2; et erunt in summa operis canne  $36\frac{1}{2}$ , que extimate sunt posse fieri ad rationem videlicet de unc. aur. 1 tar. 14 et gr. 4 pro qualibet canna pro unc. 53 tar. 23 et gr. 6. [9] item debet fieri in eadem turri volta magna et volta parva supra scalam ipsius; et debent fieri gradones, que extimata sunt posse fieri pro unc. 11. [10] item debent fieri in ea parapectus et merguli, qui sunt in summa operis canne 24, que extimate sunt posse fieri ad rationem de tar. 24 et gr. 6 pro qualibet canna pro unc. 19 tar. 13 et gr. 4. qui parapectus erit altitudinis palmorum 5 et grossitudinis palmorum 2; et quilibet mergulus supra parapectum erit altitudinis palmorum 3; et murus mergulorum erit amplus palmorum  $2\frac{1}{2}$ . et pro astraco faciende in ipsa turri supra voltam ipsius unc. 2. [11] item alie due turres mergulate ex parte orientis debent astracari supra voltam ipsarum; et extimata sunt posse fieri astraca in eis computata calce tegulis manibus magistrorum et manipulorum ac omnibus aliis pro<sup>b)</sup> unc. 3 et tar. 15. [12] item in muro, qui est ex parte orientis eiusdem castris, qui est mensura cannarum 10, faciendi sunt parapectus et merguli; et in alio muro supra minianum ex parte maris, qui est mensura cannarum 22, similiter faciendi sunt parapectus et merguli; qui omnes canne sunt in summa canne 32, que extimate sunt posse fieri ad rationem de tar. 24 et gr. 6 pro qualibet canna pro unc. 25 tar. 27 et gr. 12. qui parapectus erit altitudinis palmorum 5 et grossitudinis palmorum 2; et quilibet mergulus erit supra parapectum altitudinis palmorum 3; et murus mergulorum erit amplus palmorum  $2\frac{1}{2}$ ; item alie due linee, que deficientur in muro ex parte maris prope minianum ipsius castris, extimate sunt posse fieri pro unc. 2 et tar. 20. [13] item debet fieri tabulamentum in turri de porta, in quo necessarie sunt trabes sarcinales tabule et centre; quod tabulamentum estimatum est posse fieri computatis omnibus necessariis pro faciendo ipso tabulamento pro unc. 3 et tar. 29. [14] item compleri debet cymineda, que est in predicta turri de porta, cuius complementum estimatum est posse fieri pro unc. 1. [15] item faciendi sunt in predicto miniano turrii 46, qui vulgariter vocantur foramina; et debent fieri in ea forma et modo, quibus sunt foramina facta et completa in eodem miniano; qui extimati sunt posse fieri pro unc. 4. [16] item faciende sunt porte de lignis sursum in castro in<sup>c)</sup> omnibus balconibus seu fenestris, preterquam in sala et cameris; pro quibus necessarie

<sup>a)</sup> Im Reg.: 34. Die Berechnung erfordert die Berichtigung in 24.

<sup>b)</sup> fehlt Reg.

<sup>c)</sup> fehlt Reg.

sunt tabule fraxineae barre centre et alia necessaria; que extimate sunt posse fieri pro unc. 7. [17] item faciendae sunt ingenia cum corredis necessariis pro collandis lapidibus calce saburra et aliis necessariis; que extimate sunt posse fieri pro unc. 10. [18] item lignamina necessaria pro faciendis formis in omnibus voltis et arcibus extimate sunt posse haberi pro unc. 5. [19] item fieri debet extra predictum castrum circumcirca ipsum castrum fossatum, quod incipiet fieri a predicta turri, que est supra tarsianatum usque versus fontanam; et erit fossatum ipsum longitudinis cannarum 81 ex interiori parte, et exteriori usque ad dictam fontanam erit longitudinis cannarum 93; et sic computato utroque latere ipsius fossati erit totum ipsum fossatum in summa canne 87; et debet distare dictum fossatum a muro cuiuslibet turris mensura cannarum 2 computato muro braye; qui murus erit grossus mensura palmorum 3; et erit amplus parapectus palmorum 2; et sic restant liberi palmi 13 inter turrim et parapectum. et totum dictum fossatum erit desuper amplitudinis cannarum 5 et in profundo cannarum  $3\frac{1}{2}$ ; et computata utraque mensura sunt canne 4 et palmi 2; et erit altitudinis in profundo cannarum  $2\frac{1}{2}$  ad plumbum. que omnes canne predicti fossati sunt in summa canne  $524\frac{1}{2}$ , extimate posse fieri ad rationem de tar. 3 pro qualibet canna pro unc.  $52^d$ ) tar.  $13\frac{1}{2}$ . [20] item debet fieri maczia una grossa palmorum 3 de lapidibus Olivole a principio fossati, quod est supra domus tarsianatus, et finiet, ubi similiter debet fossatum prope fontanam, que erit a fundo fossati usque ad bracas mensura cannarum 2 et palmorum 6; et erit longitudinis circumcirca cannarum 81; et pes dicte maczie distabitur ab interiori latere ipsius fossati per palmos 10 et ascendet usque ad bracas mensura palmorum 22. que omnes predictae canne sunt in summa canne 239, que extimate sunt posse fieri ad rationem de tar. 16 et gr. 1 pro qualibet canna pro unc. 127 tar. 25 et gr. 19. [21] item debent fieri parapectus et merguli supra predicta maczia, qui parapectus erit altitudinis palmorum 5 et largus palmorum 4 et longitudinis cannarum  $81^1$ ); et scutus merguli erit altitudinis palmorum 10 et amplitudinis canne 1; et spacium unius merguli ad alium erit largum palmorum 4; et quilibet mergulorum erit altus palmis 10; et habebit tria foramina; et ab ipsis superius erunt altitudinis palmorum  $4\frac{1}{2}$ ; et ab ipsis inferius palmorum  $5\frac{1}{2}$ ; et in quolibet ipsorum mergulorum subtus foramina erit arceria una; qui parapectus et merguli sunt in summa canne  $17\frac{1}{2}$ ; et extimate posse fieri ad rationem de tar. 16 et gr. 14 pro qualibet canna pro unc. 9 tar. 22 et gr.  $5^2$ ). [22] item retrahatur talonus versus turrim rotundam prope falsam posterulam, que vadat prope fontem, quod via remaneat libera. [23] item fieri debet una<sup>e</sup>) falsa posterula in pede turris rotunde<sup>e</sup>) supra fontanam cum muro parapecto et mergulis supra ipse, que erit altitudinis palmorum 10 et amplitudinis palmorum 6; et computatis parapecto et mergulis erit altitudinis cannarum 3 cum fundamento; que extimate est posse fieri cum portis ipsius pro unc. 8. [24] item debet fieri alia maczia grossitudinis palmorum 3 iuxta dictam falsam posterulam usque ad principium fossati predicti, quod est supra tarsianatum; que maczia erit longitudinis cannarum 42 altitudinis cannarum 11 cum fundamento, que sunt in summa canne 462, que extimate sunt posse fieri ad rationem de tar. 16 et gr. 1 pro qualibet canna pro unc. 247 tar. 5 et gr. 2. et debet fieri supra maczia ipsa parapectus et merguli mensura cannarum 42 per longitudinem et per altitudinem palmorum 10; que sunt canne  $52\frac{1}{2}$ , extimate posse fieri ad rationem de tar. 16 et gr. 14 pro qualibet canna pro unc. 29 tar. 6 et gr. 15. qui parapectus et merguli erunt in ea forma et modo videlicet in altitudine latitudine grossitudine foraminibus et arceriis, quibus sunt parapectus et merguli supra dicti. [25] item debet<sup>1</sup>) explanari motta a latere fontane usque in capite fossati, quod est supra tarsianatum; et est motta ipsa ex parte maris ipsius castris; ac eici terra ipsius motte deforis, quod possit fabricari maczia ipsa super predicta motta. que motta extimate est posse aptari et explanari et<sup>2</sup>) inveniri fundamenta, in quibus fundabitur maczia ipsa, necnon posse explanari ac eici terra, quod descendat motta et adequetur limitibus porte castris, que est subtus minianum, pro unc. 16. [26] item debent fieri in muro veteri supra tarsianatum parapectus et merguli ab utraque parte; qui parapectus erit altitudinis palmorum 5; et merguli erunt alti supra parapectum palmorum 3; qui parapectus et merguli erunt grossitudinis palmi  $1\frac{1}{2}$ ; et in capite muri supra mare erit arceria una; et debet reparari murus ipse in locis, in quibus deficit; que extimate sunt posse fieri pro unc. 8. [27] item fieri debet alia falsa posterula prope ipsum murum veterem ex parte castris altitudinis palmorum 7 et amplitudinis palmorum  $3\frac{1}{2}$ ; et fiant due scale de lapidibus Olivole ex utra-

<sup>a</sup>) Im Reg. 92. Die Berechnung erfordert die Berichtigung in 52.    <sup>e</sup>) Ergänzt nach n. 840 § 4.    <sup>1</sup>) hierauf: fieri: fehlt in n. 840 § 6.    <sup>2</sup>) ac ac; berichtigt nach n. 840 § 6.

<sup>1</sup>) § 21 (Schluß) — § 24 und § 29 kollationiert mit n. 840. Mitten in § 21 ist offenbar durch Versehen des Abschreibers eine Lücke. Wir kennen zwei dort fehlende Paragraphen aus n. 840, wo sie als § 1 und 2 erscheinen. Daß noch mehrere weitere Paragraphen hier oder an anderen Stellen fehlen, ergibt die Gesamtsumme am Schlusse, die die Summe der vorhandenen Posten beträchtlich übersteigt.    <sup>2</sup>) Verglichen mit § 24 ist diese Summe viel zu klein, während sie für n. 840 § 2 angemessen erscheint.



que parte muri; que extimata est posse fieri cum portis et scalis ipsis pro unc. 6. [28] item fieri debet alia falsa posterula ex parte tarsianatus in principio fossati interioris per talonem altitudinis palmarum 7 et amplitudinis palmarum 5. et habebit portas ferratas; que extimata est posse fieri pro unc. 8 cum duabus barris ferratis,

et beneplaciti nostri est, quod huiusmodi opera omnia ad extalium concedantur, si apparuerint aliqui, qui velint ea ad extalium fieri facere et compleri secundum predictum modum et formam usque ad certum terminum, . . . precipimus, quatinus omnia opera ipsa fore concedenda ad extalium per curiam nostram faciatis in Brundusio publice subastari *usu. wie n. 823 mutatis mutandis.* et eundem viceiusticiarium plenarie informetis de nominibus et cognominibus extalleriorum et fideiussorum, operibus singulis, que ad extalium receperint secundum prescriptam formam et modum, et quantitate pecunie, que eis pro extalio ipso conventa fuerit, de nominibus et cognominibus illorum, per quos fideiussores ipsi fuerint approbati, ut ipse viceiusticiarius per vestras litteras et ex tenore predicti scripti publici, quod sibi super hoc assignaveritis, informatus extalleriis ipsis vel illis, quibus ipse viceiusticiarius, cui de subastandis operibus ipsis et ad extalium concedendis nostras litteras destinamus, opera ipsa ad extalium forte concesserit pro minori quantitate pecunie, quam per vos concessa fuerint, ad presens pro apparatu omnium predictorum operum, si ad extalium concedantur, unc. aur. 300 et deinde apparatu ipso facto, ut continue in eodem opere procedatur, residuum pecuniam usque ad complementum tocius quantitatis, que conventa fuerit eis pro extalio ipso pro expensis ipsorum operum, sicut expediens fuerit, sine defectu et difficultate qualibet largiatur, prout datur sibi per nostras litteras in mandatis. si vero omnia opera ipsa ad extalium concedi non poterunt, set de eis forte pars aliqua concedatur ad extalium, illis, qui extalium ipsum receperint pro minori quantitate pecunie a vobis vel viceiusticiario supradicto, de predictis unc. 300 exhibendis ad presens pro apparatu faciendo pro omnibus operibus ipsis per predictum viceiusticiarium exhiberi volumus quantitatem eis exinde contingentem pro operibus ipsis, que ad extalium receperint, pro rata de summa pecunie, ad quam extimatio predictorum operum omnium ascendit, et reliquam quantitatem ipsarum 300 unc. aur. pro apparatu faciendo pro aliis operibus, que concedi non poterunt ad extalium, que per vos cum expensis curie nostre fieri volumus, vobis per eundem viceiusticiarium volumus exhiberi. deinde apparatu ipso facto ipsis extalleriis supplementum tocius quantitatis, que eis pro extalio ipso debetur, et vobis pro faciendis et complendis operibus illis, que ad extalium concedi non poterunt, oportunam pecuniam ita tamen, quod non excedat quantitatem, pro qua opera ipsa extimata sunt singulariter posse fieri, successive, sicut pro expensis eiusdem operis fuerit opportunum, ita quod in predicto termino omnia opera ipsa compleantur, sine defectu quolibet per eundem viceiusticiarium exhiberi mandamus. vos nichilominus predictis operibus, utrum per vos vel per predictum iusticiarium ad extalium concessa fuerint, pro parte nostre curie esse volumus superstantes, ut continue in operibus ipsis sitis presentes et diligenter videatis et inspiciatis et instetis cotidie apud extallerios ipsos, quod opera ipsa bene studiose et diligenter fiant et compleantur secundum prescriptam formam et modum usque ad predictum terminum; super quo eam diligentiam et sollicitudinem apponatis, quod secundum votum et beneplacitum nostrum bene et studiose fiant et nullum omnino in eis defectum committi contingat, cum vobis exinde incumbamus. si vero per vos vel per predictum viceiusticiarium opera ipsa omnia vel pars ipsarum ad extalium concedi non poterunt, . . . mandamus, quatinus incontinenti requiratis et recipiatis ab eodem viceiusticiario tam pro apparatu omnium predictorum operum vel illius partis, que ad extalium concedi non poterunt, quam pro totali complemento ipsorum secundum predictam formam et modum necessariam pecuniam, que summa extimacionem ipsorum aliquatenus non excedat; et statim apparatu ipso facto in eisdem operibus procedatis et procedi faciatis, ita quod omnia opera ipsa fiant et compleantur ad tardius usque ad terminum supradictum pro ea quantitate pecunie ad plus, pro qua extimata sunt fieri et compleri posse, vel si pro minori quantitate fieri et compleri poterunt, exinde utilitatem nostre curie absque incommodo dictorum operum procuretis, ut de fide et diligencia vestra, quam in hiis adhibendam duxeritis, possitis in conspectu nostro probabiliter commendari. de receptione vero pecunie, quam ab eodem viceiusticiario successive receperitis, et sicut successive in eisdem operibus procedetur, celsitudinem nostram nec minus magistris racionales magne curie nostre frequenter et distincte per vestras litteras informetis. de expensis vero omnibus, quas pro operibus ipsis feceritis, confici faciatis studiose diligenter et bene quatenus duos consimiles, quorum unum vobis retineatis et alium dictis magistris racionalibus sigillatum sigillis vestris singulis tribus mensibus mittere procuretis. nichilominus de omnibus expensis ipsis recipiatis ad vestri cautelam ydoneas apodixas cum predictis instrumentis et quaterno, qui apud vos remanserit, vestre rationis tempore producendas. et si forte illi, qui opera ipsa

vouerint recipere ad extalium de tota summa extalii predicti, quod sibi concedetur, fideiussores dare non poterunt, recipiatis ab eis fideiussores sufficientes et ydoneos approbandos per ydoneos approbatores de illa quantitate pecunie ad minus, que ipsis extalleriis pro huiusmodi extalio tribuetur; hoc modo videlicet, quod non dabitur extalleriis ipsis de summa dicti extalii simul vice qualibet per predictum viceiusticiarium nisi tanta quantitas pecunie, de quanta fideiussores dederint, et nisi pecunia ipsa, que eis sic successive dabitur, primo in eisdem operibus per eosdem extallerios totaliter conversa et expensa fuerit et nichil inde sibi remaneat nec de ea aliquid pro aliquibus negociis et serviciis suis expendant, quod ad plenum fore vos volumus et predictum viceiusticiarium per vos vice qualibet informari, ut inde curia nostra circumveniri non possit, cum vobis super hoc specialiter innitatur; factis inde quatuor scriptis puplicis consimilibus secundum formam superius declaratam, ut secundum huiusmodi formam et modum pecunia eiusdem extalii predictis extalleriis tribuatur, quousque predicta opera compleantur.

[29] preterea quia in loco, ubi fieri debet maczia ipsius castri ex parte maris, videtur aqua egredi et timetur, ne occasione ipsius aque murus fundamenti ipsius maczie ruinam incurreret, et propterea provisum est, ut preter amplitudinem ipsius, que debebat esse palmorum 3, secundum quod superius est expressum, addantur in amplitudine seu crossicie ipsius muri alii palmi 5, ut crossicies seu amplitudo ipsius muri sit palmorum 8 et murus ipse ex crossicie ipsa sit quasi massicius a fundamento usque ad palmos 12 in altitudine, ut a predicta aqua totus murus eiusdem maczie offendi non possit, et huiusmodi additus ipsius maczie, qui fieri debet in muro ipsius ex parte maris, qui est longitudinis cannarum 42, et est cannarum<sup>b)</sup> murorum 63 ana canna 1½ in altitudine pro qualibet canna predictorum cannarum 42 longitudinis ipsius muri; que<sup>1)</sup> extimate sunt posse fieri ad rationem de tar. 10 pro qualibet canna pro unc. 21. [30]<sup>1)</sup> et debet etiam fieri alia porta in castro predicto videlicet in balio ipsius ex parte domus s. Marie Theotonicorum prope maiorem portam ipsius castri, que debet esse amplitudinis palmorum 10 et altitudinis palmorum 12; et debet fieri supra ipsam portam parapectus cum mergulis; qui parapectus sine mergulis erit altitudinis palmorum 5 et grossitudinis palmorum 2; et merguli, qui fient supra ipsam parapectum erunt altitudinis palmorum 3 et grossitudinis palmorum 3; et fieri debet in quolibet mergulo archeria una. et predicta porta cum predictis parapecto et mergulis extimata sunt posse fieri pro unc. 12. [31] et debent similiter fieri pileria duo de bonis lapidibus Olivole intus in fossato ante ipsam portam, ut super pilieriis ipsis fiat pons, per quem habeatur introitus et exitus ipsius castri per portam ipsam et pileria ipsa, que extimata sunt posse fieri pro unc. 4. [32] et supra pileria ipsa debet fieri pons unus ligneus longitudinis cannarum 5, sicut est fossatum ipsius castri, et amplitudinis palmorum 14; et debet esse de bonis lignaminibus roboris. et pons ipse erit ex parte terre; et debet esse levaticius, ut possit levari, quociens expediens fuerit. et huiusmodi pars levaticia ipsius pontis erit longitudinis palmorum 14 et predictae amplitudinis, cuius debet esse totus pons. et pons ipse extimatus est predicto modo posse fieri pro unc. aur. 4. [33] murus etiam vetus, qui est extra ipsum castrum ex parte orientis et meridiei, diruendus est; et pro expensis faciendis in diruendo eo usque ad solum et ponendis lapidibus extra ipsum castrum, quia expense faciende in evellendis lapidibus a solo usque ad fundamentum computate sunt in extimacione supradicti fossati, qui murus est a solo superius computata altitudine et longitudine cannarum 40, que extimate sunt posse fieri ad rationem de tar. 3 pro qualibet canna pro unc. 4. summa summarum extimacionis omnium predictorum operum unc. 1039 tar. 22 et gr. 15<sup>2)</sup>.

... mandamus, quatinus predicta opera, videlicet predicti muri predictae maczie et predictae porte cum parapecto et mergulis ac predictorum pileriorum et pontis necnon et predicti muri veteris diruendi, faciatis incontinenti in Brundusio puplice subastari, et si illi, qui forte alia predicta opera predicti castri ad extaleum receperint, vel alii velint ipsa opera usw. wie n. 823 mutatis mutandis. Dat. Brundusii per mag. G(uillelmum) de Farumvilla etc. anno Domini 1277 die VII. madii V. ind. regni nostri anno XII.

<sup>b)</sup> canne; berichtigt nach n. 840 § 10.

<sup>1)</sup> fehlt Reg.; ergänzt nach n. 840 § 10.

## 829.

Brindisi 1277 Mai 8.

I. RA 1276 A n. 25 f. 73<sup>a</sup> bis 74<sup>a</sup>; inseriert in RA 1276/77 A n. 27 f. 142<sup>a</sup> und 144<sup>b</sup> und ebendort f. 145<sup>ab</sup> (unten n. II). — Auszug: Minieri, Regno 1277 p. 21—23.

Rogero de Ripa et Nicolao de Ogento de Brundusio etc. Quia lignamina et alia opera infrascripta, que fieri oportet in castro nostro Brundusii et turri, que dicitur Caballus, comprehensa non sunt cum aliis

<sup>1)</sup> § 30 bis § 32 kollationiert mit n. 862 § 3.

<sup>2)</sup> Die Summe stimmt nicht. Die Addition aller vorstehenden Posten ergibt nur 870 unc. 9 tar. 3 gr. Möglicherweise sind bei der Eintragung in das Register einige Paragraphen versehentlich ausgelassen worden. Vgl. n. 840 § 1 und 2.

operibus dicti palatii et turris, de quibus facta est extimatio, et de mandato nostro concessa sunt ad extalium, sicut continetur in litteris nostris viceiusticiario Terre Ydronti proinde<sup>a)</sup> transmissis, et extimata sunt posse fieri pro subscripta pecunie quantitate, prout de singulis inferius continetur: videlicet [1] pro opere dicti palatii: [1] scilicet pro solario ipsius necessarie sunt trabes de abiete grosse et magne 14 de ana palmis 30 in longitudine et ex una facie grossitudinis palmi 1½ et ex altera palmi 1 pro sarcinalibus faciendis, extimate posse haberi ad rationem de tar. 10 pro qualibet pro unc. 4 et tar. 20. [2] trabes alie de abiete 14 quelibet longitudinis palmorum 26 et grossitudinis per faciem palmi 1 pro faciendis correntibus<sup>b)</sup> supra dictis sarcinalibus, extimate ad rationem de tar. 6 pro qualibet pro unc. 2 et tar. 24. [3] trabes alie de abiete 90 quelibet longitudinis palmorum 30 et grossitudinis per faciem palmi 1, ponende super sarcinales<sup>c)</sup> et currentes predictos in tabulato, extimate posse haberi ad rationem de tar. 3 et gr. 5 pro qualibet pro unc. 9 tar. 22½. [4] tabule de abiete serraticie 244 quelibet longitudinis cannarum 3 et amplitudinis palmi 1 de canna pro intabulando ipso tabulato, extimate posse haberi ad rationem de tar. 1½ pro qualibet pro unc. 12 et tar. 6. [5] et centrarum quatuor digitorum 3000 pro clavandis ipsis tabulis, extimate posse haberi ad rationem de tar. 6 pro quolibet miliari pro tar. 18. [6] item plancones de abiete 14 pro faciendis catenis totidem in tecto eiusdem palatii longitudinis de ana palmis 30 grossitudinis ex una facie palmi 1½ et altera palmi 1, extimate posse haberi ad rationem de tar. 10 pro qualibet pro unc. 4 et tar. 20. [7] item trabes de abiete 28 quelibet longitudinis palmorum 19 et grossitudinis palmi 1 per faciem pro faciendis forficibus subtus tectum supra dictas catenas, extimate ad rationem de tar. 2½ pro qualibet trabe pro unc. 2 et tar. 10. [8] trabes alie de abiete 7 statuende pro festo<sup>d)</sup> supra forfices sursum in tecto quelibet longitudinis palmorum 20 et grossitudinis palmi 1 de canna per faciem, extimate ad rationem de tar. 2 pro qualibet ipsarum pro tar. 14. [9] trabes alie de abiete 180 quelibet longitudinis palmorum 20 et grossitudinis per faciem medii pedis pro faciendis ex eis currentibus in tecto ipsius palatii, extimate ad rationem de tar. 1½ pro qualibet pro unc. 9. [10] trabes alie de abiete 45 quelibet longitudinis palmorum 22 et grossitudinis medii pedis pro faciendis ex eis clavibus infra currentes ipsos, extimate ad rationem de tar. 1 et gr. 5 pro qualibet pro unc. 1 tar. 26 et gr. 5. [11] tabule de simia 800 pro faciendo celo subtus tectum ipsius palatii, extimate ad rationem de tar. 20 pro quolibet centenario pro unc. 5 et tar. 10. [12] centrarum de numero 7000 pro clavandis tabulis ipsis, extimate ad rationem de tar. 4 pro quolibet miliari pro tar. 28. [13] centre alie grosse 300 pro clavandis forficibus currentibus et aliis necessariis faciendis, extimate ad rationem de tar. 2 pro quolibet centenario pro tar. aur. 6. [14] trabes de robore 23 quelibet longitudinis cannarum 2 pro faciendis cantulis 180, super quibus debent statui capita predictorum currentium, extimate ad rationem de tar. 1 pro qualibet pro tar. 23. [15] trabes de ulmo 4 quelibet longitudinis palmorum 13 pro faciendis pedibus in duabus portis magnis ipsius palatii, una videlicet supra solarium et alia subtus solarium, extimate ad rationem de tar. 1 et gr. 5 pro qualibet pro tar. 5. [16] tabule grosse serraticie de abiete 4 pro faciendis portis magnis, extimate ad rationem de tar. 2 pro qualibet pro tar. 8. [17] tabule de frassino 8 pro faciendis portis 4 in fenestris camerarum ipsius palatii superius et inferius, extimate ad rationem de tar. 1 et gr. 4 pro qualibet pro tar. 9 et gr. 12. [18] tabule alie de fraxino 48 pro faciendis portis in fenestris duplis 12, que sunt superius et inferius in ipso palatio, extimate ad rationem de tar. 1 et gr. 4 pro qualibet, pro unc. 1 tar. 27 et gr. 12. [19] tabule alie de fraxino 6 pro faciendis portis tribus ex parte fortellicie, extimate ad rationem de tar. 1 et gr. 4 pro qualibet pro tar. 7 et gr. 4. [20] et tabule alie de fraxino 10 pro faciendis barris pro imbarrandis omnibus predictis portis, extimate ad rationem de tar. 1 et gr. 4 pro qualibet pro tar. 12. [21] centre grosse 500 pro clavandis predictis portis et fenestris, extimate posse haberi pro tar. 5. [22] item pro copierendo dicto palacio cum sala et cameris faciendis in eo 15000 ymblicorum, extimata ad rationem de tar. 7½ pro quolibet miliari pro unc. 3 tar. 22½. [23] item pro salmis de calce 6 pro bullandis et firmandis ipsis ymblicibus supra tectum, extimatis ad rationem de tar. 1 pro qualibet salma pro tar. 6. [24] item pro operis magistrorum 300 necessariis pro laborandis et aptandis omnibus supradictis lignaminibus et pro tegendis dictis sala et cameris dicti palatii de ymblicibus ipsis, extimatis ad rationem de tar. 1 pro qualibet opera pro unc. 10 et pro vino predictorum magistrorum assie<sup>e)</sup> tar. 10.

summa totius predictae pecunie extimate pro lignaminibus et omnibus aliis pro dictis rebus et operis, sicut superius distincta sunt, est unc. 73 tar. 10 et gr. 13.

[II] item pro predicta turri necessarie sunt: [1] trabes due de abiete quelibet longitudinis cannarum 4 et palmorum 3 pro catena seu somerio, extimate posse haberi ad rationem de tar. 15 pro qualibet pro

<sup>a)</sup> sibi inde.

<sup>b)</sup> correndibus.

<sup>c)</sup> sarcinulas.

<sup>d)</sup> sexto.

<sup>e)</sup> assie.

unc. 1. [2] trabes alie de abiete 56<sup>1)</sup> pro utroque solarío ipsius turris quelibet longitudinis cannarum 2 et palmorum 2, extimate ad racionem de tar. 1½ pro qualibet pro unc. 2 et tar. 24. [3] tabule serraticie de abiete pro utroque solari 80, extimate ad racionem de tar. 1½ pro qualibet pro unc. 4. [4] trabes 6 de abiete pro faciendis scalis tribus et alie trabes 3 de abiete ponende pro regendis scalis ipsis, extimate ad racionem de tar. 2 pro qualibet pro tar. 18. [5] item pro gradonibus dictarum trium scalarum faciendis tar. 9. [6] item pro centris 1000 tar. 6. [7] pro scala una tar. 1. [8] item tabule de fraxino 10 pro faciendis portis et fenestris in dicta turri, extimate posse haberi pro tar. 10. [9] item pro manibus magistrorum et operis eorum ponendis in faciendis predictis solaribus scalis et aliis predictis omnibus unc. 1 tar. 15. [10] et pro deferendis omnibus predictis lignaminibus a Brundusio usque ad turrim ipsam tar. 2.

summa predictae pecunie extimate pro predictis lignaminibus et aliis necessariis predictis pro predicta turri, sicut superius distincta sunt, est unc. 10 et tar. 25,

et beneplaciti nostri est, quod huiusmodi omnia opera superius distincta ad extalium concedantur, si apparuerint aliqui, qui velint ea ad extalium fieri et compleri facere secundum prescriptum modum et formam usque ad certum terminum, ... mandamus, quatinus... omnia opera ipsa fore concedenda ad extalium per curiam faciatis in Brundusio publice subastari *usw. wie n. 823 mutatis mutandis.* et secundum huiusmodi formam et modum pecuniam eiusdem extalii eidem extalleriis per eundem viceiusticiarium tribuatur, quousque predicta opera compleantur... et si opera ipsa ad extalium concedantur, vos nichilominus predictis operibus, utrum per vos vel predictum viceiusticiarium ad extalium concessa fuerint, pro parte nostre curie esse volumus superstantes<sup>2)</sup>... si vero opera ipsa vel aliqua ipsorum per eundem viceiusticiarium vel per vos ad extalium concedi non poterunt, vos opera ipsa, que ad extalium concedi non poterunt, cum expensis nostre curie fieri et compleri faciatis bene diligenter et studiose, ... requirentes et recipiantes ab eodem viceiusticiario pro expensis ipsorum operum tam pro apparatu quam pro complementis ipsorum pecuniam oportunam; ita tamen quod quantitatem predictae extimationis ipsorum operum aliquatenus non excedat... Dat. Brundusii VIII. madii V. ind.

<sup>1)</sup> Im Reg.: 55. Die Berechnung aus dem Preise ergibt: 56. <sup>2)</sup> superstantes.

II. RA 1276/77 A n. 27 f. 142<sup>a</sup> und 144<sup>b</sup>; ebendort f. 145<sup>a,b</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1277 p. 21—23.

Viceiusticiario Terre Ydroni etc. Scire volumus fidelitatem tuam, quod Rogerio de Ripa et Nicolao de Ogento de Brundusio nostras dirigimus litteras in hec verba: *es folgt n. I.* quocirca... mandamus..., quatinus universa et singula opera supradicta, que in eodem castro et extra castrum ipsum fieri volumus, prout superius singulariter sunt expressa, in Brundusio et aliis terris famosis eidem terre Brundusii vicinis facias subastari *usw. wie n. 823 mutatis mutandis.* Dat. Brundusii die VIII. madii.

830.

Siehe n. 951.

Venosa 1277 Juni 6.

831.

Siehe n. 573.

Venosa 1277 Juni 8.

832.

RA 1276/77 A n. 27 f. 148<sup>a</sup>.

S. Gervasio 1277 Juni 18.

Eidem (viceiusticiario Terre Ydroni) etc. Quia Nicolaus de Ogento<sup>a)</sup> et Rogerius de Ripa superstantes operis castri nostri Brundusii... significarunt per litteras eorum, quod magistri muratores et incisores lapidum ac alii etiam laborantes sufficientes et necessarii pro ipso opere et turri etiam, que dicitur Luca-ballus, per eos inveniri non possunt, cum ad hoc difficiles se ostendant, nolentes quod in operibus ipsis propterea defectus emergat, ... precipimus, quatinus ad requisicionem eorumdem superastancium super inveniendis et habendis pro operibus ipsis magistris et laborantibus aliis ad hoc sufficientibus et necessariis sub iusto et competenti salario seu mercede ipsis per expensores ipsorum operum exolvendo assistere debeas favore consilio et auxilio oportunis, ne opera ipsa occasione defectus predicti aliquatenus retardentur, sed diligenter et sollicitè iuxta nostrum beneplacitum compleantur; omnes et singulos, quos in hiis difficiles seu inobedientes inveneris, ad laborandum in dictis operibus sub iusto et competenti salario, ut est dictum, cohercione, qua expedierit, compulsurus. Dat. apud s. Gervasium die XVIII. iunii V. ind.

<sup>a)</sup> Agento.

**833.**

S. Gervasio 1277 Juni 20.

RA 1276/77 A n. 27 f. 147<sup>a</sup>.

Eidem (viceiusticiario Terre Ydronti). . . mandamus, quatinus illis, qui faciunt opera curie nostre castri Brundusii, turris, que dicitur Lucaballus, et murorum Terre Petrolle, que dicitur Villa nova, ad credenciam vel ad extalium, pecuniam pro expensis ipsorum operum iuxta traditam tibi per litteras nostras formam sine defectu quolibet debeas exhibere, quam nomine mutui exhibeas de pecunia presentis generalis subvencionis, . . .<sup>a</sup>) restituendam postmodum tibi ipsi de pecunia, quam per iusticiarios Sicilie citra et ultra flumen Salsum, Calabrie, Vallis Gratis et Terre Iordane et Basilicate tibi mandavimus assignari, et sollicites sepesepius credencieros sive extallerios ipsorum operum et instes apud eos ardentem, quod in operibus ipsis continue et bene procedant et procedi faciant, ita quod in omnem eventum opera ipsa omnia bene studiose et diligenter in statutis terminis, secundum quod littere nostre tibi directe distingunt, iuxta nostrum beneplacitum compleantur; sciturus pro certo, quod omnem defectum, qui in ipsis operibus occasione tui emergerit, a te de tuo proprio suppleri faciemus. et quantum in operibus ipsis processum est, statim et deinde inantea, sicut in eisdem operibus procedi contigerit, frequenter successive celsitudini nostre nec minus magistris racionalibus etc. distincte et seriatim per litteras tuas scribas. Dat. apud s. Gervasium XX. iunii V. ind.

<sup>a</sup>) Hier folgt im Register der zweifellos verderbte Passus: et quantitatem pecunie dicte subvencionis, quam pro operibus ipsis solveris nomine mutui. Vgl. n. 839.

**834.**

S. Gervasio 1277 Juni 20.

I. RA 1276 A n. 25 f. 103<sup>b</sup>.

Rogero de Ripa et Nicolao de Ogento suprastantibus operum castri Brundusii et turris, que dicitur Lucaballus, etc. . . . precipimus, quatinus sic in singulis operibus castri nostri Brundusii et turris, que dicitur Lucaballus, que de novo fieri mandavimus, continue diligenter et studiose pro extallerios seu creditores ipsorum operum procedi faciatis, quod omnia opera ipsa bene et studiose, sicut de beneplacito nostro processit, usque ad terminum per excellentiam nostram statutum, fiant et infallibiliter compleantur. . . . Dat. apud s. Gervasium XX. iunii.

II. RA 1276 A n. 25 f. 103<sup>b</sup>.

Similes<sup>1</sup>) facte sunt extalleriis operum turris portus Brundusii, que dicitur Lucaballus. Dat. ut supra (apud s. Gervasium die XX. iunii V. ind.).

III. Similes<sup>2</sup>) facte sunt extalleriis seu credencieris operis castri Brundusii. Dat. ut supra.

**835.**

S. Gervasio 1277 Juni 27.

RA 1276/77 A n. 27 f. 148<sup>b</sup>.

Eliseo de Lugduno viceiusticiario Terre Ydronti. Quia Nicolaum de Ogento et Rogerium de Ripa de Brundusio . . . expensores operum, que de novo in castro nostro Brundusii fieri iuximus, si opera ipsa ad extalium concedi non poterunt, et, si ad extalium concedantur, superstantes tam ipsorum operum, quam operum turris Brundusii, que dicitur Lucaballo, statuimus. . . et nolumus eos in servicio ipso expensis propriis laborare. . . : mandamus, quatinus a tempore, quo in operibus ipsis procedi cepit, et inantea, donec in servicio ipso erunt, expensas, ad rationem de gr. aur. 10 pro quolibet ipsorum pro diem, necnon et ad requisicionem ipsorum uni notario, quem ipsos in servicio ipso habere volumus, . . . ad rationem de gr. aur. 5 per diem. . . , debeas exhibere. . . . Dat. apud s. Gervasium XXVII.<sup>3</sup>) iunii V. ind.

**836.**

S. Gervasio 1277 Juni 27.

RA 1276/77 A n. 27 f. 148<sup>b</sup> bis 149<sup>a</sup>.

Eidem (viceiusticiario Terre Ydronti). Quia exposuit celsitudini nostre Nicolaus de Ogento. . . , quod propterea, quod mag. Petrus de Calacerio de Licio et socii non potuerunt tibi dare fideiussores sufficientes. . . de unc. aur. 50, set offerebant tibi dare fideiussores de unc. aur. 20 tantum, in opere turris Brundusii, que dicitur Lucabellu, quod ad extalium a curia nostra receperant, non proceditur, quia<sup>a</sup>) noluit eis pro ex-

<sup>a</sup>) qui.<sup>1</sup>) Wie n. 575.<sup>2</sup>) Wie n. 575.<sup>3</sup>) Wahrscheinlich so zu lesen: vielleicht auch: XXVIII.

pensis eiusdem operis aliquam pecuniam exhibere: . . . mandamus, quatinus ab eis recipias . . . fideiussores . . . de unc. aur. 20 . . . et eis pro expensis ipsius operis . . . usque ad quantitatem eis pro extaleo ipso conventam, oportunam pecuniam, in ea quantitate videlicet vice qualibet, de qua fideiussores dederint, . . . debeas exhibere, et sic instes ardentem et sollicitam apud eos, quod in eodem opere bene . . . procedatur . . . Dat. apud s. Gervasium die XXVII. eiusdem (iunii) V. ind.

837.

RA 1276 77 A n. 27 f. 149<sup>a</sup>.

S. Gervasio 1277 Juni 27.

Eidem (viceiusticiario Terre Ydronti) etc. Quia Nicolaus de Ogento . . . presens in curia nostra exposuit, quod murus vetus balii castri nostri Brundusii, qui dirui debet, qui est supra terram, invenitur maioris mensure, quam continent littere nostre<sup>1)</sup> tibi super operibus eiusdem castri directe, . . . precipimus, quatinus murum ipsum presentibus Nicolao de Ogento et Rogerio de Ripa superstantibus operum ipsius castri magistris muratoribus et aliis viris ydoneis in testimonio puplico tu personaliter facias mensurari tam in longitudine quam in altitudine et crossitudine ipsius et eandem formam serves de muro ipso, que est subtus terram, et de mensuris huiusmodi murorum ipsorum, sicut invenientur tam supra quam subtus terram, fieri facias quatuor scripta publica consimilia, quorum unum magistris racionalibus magne curie nostre incontinenti transmittas, aliud tibi retineas in tuo racionio producendum, tertium extalleriis seu credenceriis operis dicti castri et quartum dictis superstantibus debeas assignare. [2] . . . precipimus, quatinus super singulis operibus eiusdem castri et turris eciam, que dicitur Lucaballu, ac murorum Ville nove continue et sollicitam procedi facias et pro operibus ipsis successive pecuniam sine defectu quolibet debeas exhibere, sicut alias habes per nostras litteras<sup>2)</sup> in mandatis, ut opera ipsa omnia celeriter et bene iuxta nostrum beneplacitum compleantur, quia, si secus inde fieret, satis inde nostre celsitudini displiceret . . . Dat. ut supra (apud s. Gervasium die XXVII. iunii V. ind.).

838.

Siehe n. 578.

Lagopsole 1277 Juli 25.

839.

RA 1276 77 A n. 27 f. 150<sup>b</sup>.

Lagopsole 1277 Juli 27.

Eidem (viceiusticiario Terre Ydronti) etc. Cum beneplaciti nostri sit et satis resideat cordi nostro, quod in operibus terre Ville nove, castri Brundusii et turris, que dicitur Lucaballu, sollicitam continue et efficaciter procedatur, ut<sup>3)</sup> citum et debitum recipiant complementum, super quo totum contrarium nostra nuper serenitas intellexit, et licet super continua et efficaci prosecutione ipsorum operum te sollicitaverimus et stimulaverimus per frequentes litteras nostras, tamen quia, sicut patet per effectum operis, super hoc<sup>4)</sup> fuit in tuo pectore cura minor, ecce quod ad videndum inspiciendum et sciendum totum id, quod in singulis ipsorum operum laboratum est, et totum defectum habitum in eisdem operibus usque modo, per quos et quare defectus huiusmodi acciderit, et ea omnia nostre celsitudini et magistris racionalibus magne curie nostre veraciter referendum ac, quod in eisdem operibus bene continue ac sine defectu quolibet procedatur, tam tibi quam extalleriis et magistris ipsorum operum calcar expressioris sollicitudinis subditurum Philippum de s. Cruce prothontinum Baroli militem consiliarium et familiarem nostrum super hiis a maiestate nostra plenarie informatum<sup>5)</sup> ad partes ipsas specialiter destinamus, fidelitati tue . . . iniungentes, quatinus circa continuam bonam et celerem prosecutionem ipsorum operum illam curam diligenciam et instanciam adhibeas et per extallerios magistris et laboratores ac superstantes ipsorum operum mandes et facias intendi<sup>6)</sup> et tot magistris et<sup>7)</sup> laboratores alii in eisdem operibus deputentur, quod per eos defectus in operibus ipsis commissus hactenus efficaciter compleatur et per gratitudinem, quam tam tu quam predicti omnes in hiis ostenderitis, notam negligentie redimatis, quam videmini hactenus incurrisse, et nostris beneplacitis et desideris possitis probabiliter complacere. in hiis enim nulla potest excusacionis causa protendi pro eo precipue, quod tibi pro expensis ipsorum operum per certos iusticiarios regni nostri certam mandavimus summam pecunie exhiberi; iniuncto<sup>8)</sup> tibi nichilominus, quod de quacumque fiscali pecunia et eciam de pecunia presentis generalis subvencionis imposita in decreta tibi provincia, ut<sup>9)</sup> continue laboraretur in eisdem

<sup>1)</sup> ac. Berichtigt nach n. 578.<sup>2)</sup> set et statt super hoc. Zweifellos verderbt. Berichtigt nach Analogie von n. 578.<sup>3)</sup> Im Register undeutlich, vielleicht auch verschrieben; etwa: evincer.<sup>4)</sup> fehlt Reg.; ergänzt nach n. 578.<sup>5)</sup> fehlt Reg.<sup>6)</sup> n. 828 § 33.<sup>7)</sup> n. 833.<sup>8)</sup> n. 578.<sup>9)</sup> n. 833.

operibus, nomine mutui successive oportunam pecuniam exhiberes, restituendam postmodum tibi ipsi de pecunia recipienda per te a iusticiariis supradictis, et propter hoc mirabile nobis occurrit, quod ex quo habetur sufficiens pecunia pro operibus ipsis, a qua dependet totaliter celeris expeditio ipsorum operum, unde, per quem et qualiter potuit huiusmodi defectus accidere, nisi ex manifesta negligencia illorum, quos negocium ipsum tangit. ergo restat scire, per quos defectus huiusmodi et quare non sine mandatorum nostrorum contemptu et gravi operum ipsorum incomodo intervenerit, quod per predictum Philippum sciri volumus et nostre conscientie reserari, sicut superius dictum est, ut contra eos procedatur ad penam, tamquam contra mandatorum et servitorum nostrorum temerarios contemptores. volumus preterea et mandamus, ut, qualiter et quantum successive in ipsis operibus laborabitur et procedatur, maiestati nostre et predictis magistris rationalibus significes et per extalierios et superastantes ipsorum operum mandes et facias intimari sepe et frequentius particulariter et distincte, ut, si bene vel minus bene in eisdem operibus procedatur, et per quos, manifeste nostra cogniteat celsitudo, ut, qui bene processerint, commendentur, et qui male, iuxta nostrum beneplacitum puniantur et salubritati dictorum servitorum nostrorum non sine gravi pena delinquentium in premissis provisione, qua expedit, consulamus. Dat. aput Lacumpensilem XXVII. iulii V. ind.

## 840.

Lagopesole 1277 Juli 29.

RA 1276/77 A n. 27 f. 151<sup>ob</sup>.

Eidem (viceiusticiario Terre Ydroni). Recepit excellencia nostra tuas litteras, continentes, te recepisse per nostras litteras<sup>2)</sup> in mandatis, ut omnia opera, que in castro et extra castrum nostrum Brundusii fieri nostra celsitudo providit, sicut in eisdem litteris notabatur, in Brundusio et aliis terris famosis circumadiacentibus faceres subastari. . . . ad cuius exequionem mandati procedens, opera ipsa in Brundusio et terris aliis famosis iurisdictionis tue eidem terre vicinis iuxta formam ipsius mandati fecisti dudum puplice subastari et, subastacione ipsa premissa, die sabbati XVII. presentis mensis iulii huius V. ind. aput Brundusium Achilles de Milite de Brundusio veniens coram te opera infrascripta extra castrum Brundusii construenda, sicut provisa et extimata fuerunt fieri debere, et pro subscripta pecunie quantitate, pro qua extimata sunt posse fieri, per totum mensem septembris primo venture VII. ind. obtulit se facturum. et quia extalio ipso iterum subastato nullus comparuit, qui opera ipsa pro minori pecunie quantitate in termino ipso vellet fieri facere et compleri, ea predicto Acchilli pro parte nostre curie iuxta formam predicti mandati nostri facienda et complenda per eum in predicto termino concessisti; reservato tamen curie nostre, si extalium ipsum modo predicto concessum culmini nostro placet, quod, si forsitan nostra serenitas acceptabit, dictus Acchilles in operibus ipsis procedet et pecunia expensa in eisdem operibus per Nicolaum de Ogento et Rogerium de Ripa de Brundusio, quibus opera dicti castri per curiam nostram sunt ad faciendum commissa, secundum assercionem ipsorum, prestito tamen per eos de veritate dicenda solito iuramento, vel secundum extimacionem magistrorum, qui in huiusmodi operibus sunt experti, sicut iidem Nicolaus et Rogerius magis elegerint, computabitur Acchilli predicto in summa pecunie sibi pro extalio ipso conventa. verum ut in hiis cautela curie servaretur, a predicto Acchille de unc. aur. 150, quas, dummodo extalium ipsum per nostram celsitudinem acceptetur, debet ad presens recipere in eisdem operibus convertendas et deinde, postquam pecuniam ipsam totam expenderit, alias unc. aur. 150 usque ad totale ipsius summe pecunie complementum, fideiussores recepisti subscriptos: videlicet Alexandrum de Ripa, Iordanum de Protontino, Henricum de Milite et Matheum de Archipresbitero de Brundusio, approbatos per mag. Iohannem de Brundusio, Iordanum Muscettulam, Petrum Ammiratum et Scaranum de Brundusio approbatores. qui fideiussores, quod idem Achilles pecuniam ipsam in operibus ipsis convertet et eadem opera omnia, sicut provisa sunt, secundum quantitatem et qualitatem modum et formam in eisdem nostris litteris denotatam in termino supradicto fieri faciet et compleri, sic quod nichil ad perficiendum remanserit, se voluntarie et sollempniter obligarunt. opera vero concessa ad extalium predicto Acchilli per te dicto modo et quantitates pecunie, pro qua extimata sunt posse fieri, et sibi pro eisdem operibus est conventa, sunt hec: videlicet. [1]<sup>1)</sup> quod debet fieri alia macchia a loco, ubi finiet alia macchia, usque ad turrim rotundam. in qua debet esse falsa posterula. que macchia erit longitudinis cannarum 14 et ascendet versus castrum per altitudinem computato fundamento mensura cannarum 9. et sunt in summa canne 126, extimate posse fieri ad racionem de tar. 16 et gr. 1 pro qualibet canna pro unc. 67 tar. 12 et gr. 7. [2] in qua macchia debent fieri parapectus et merguli.

<sup>1)</sup> n. 828. <sup>2)</sup> Die §§ 1 und 2 fanden sich in n. 828 zwischen § 20 und § 22: sie sind dort lediglich durch Unachtsamkeit des Schreibers ausgefallen.

qui parapectus erit altitudinis palmorum 5 et longitudinis cannarum 14. et scutus merguli usw. wie in n. 828 § 21. § 3 bis § 9 gleich n. 828 § 22 bis § 28. § 10 gleich n. 828 § 29.

et tota pecunia extimacionis predictae est in summa unc. 420 tar. 16 et gr. 9<sup>1</sup>).

ad que tibi taliter responderemus, quod excellentie nostre placet et volumus, quod dicta opera, secundum quod superius distincta sunt, predicto Acchilli predicto modo ad extaleum concedantur pro predicta pecunie quantitate. set tu nichilominus opera ipsa sepe sepius facias subastari; et si aliqui fuerint, qui ea pro minori quantitate pecunie ad extaleum facere voluerint, opera ipsa ultimo licitatori, qui in hac parte condicionem nostre curie fecerit meliorem, pro parte curie nostre concedas cum pactis et condicionibus supradictis. cautum tamen esse te volumus, quod fideiussores predicti per te recepti a predicto Acchille et alii, quos inantea forte ab eo vel ab alio, qui opera ipsa pro minori quantitate pecunie facere voluerit, pro extaleo predicto receperis, repperiantur sufficientes et ydonei de tota illa, pro qua fideiusserint, quantitate, cum de omni defectu et insufficiencia eorum tibi totaliter incumbamus. volumus nichilominus et mandamus, quod predictis Nicolao de Ogento et Rogerio de Ripa cum transcripta forma presencium concessionem huiusmodi extalei predicto modo factam Acchilli predicto pro predicta pecunie quantitate per litteras tuas debeas intimare; iniuncturus eis ex parte nostra firmiter et expresse, quod ipsi apertis oculis diligenter fideliter studiose et perspicue videant et instent assidue, quod in operibus ipsis tam in lapidibus quam calce et aliis omnibus iuxta ordinacionem et provisionem nostram de eis in curia nostra factam, per eundem Achillem vel alium, qui huiusmodi extaleum ultime receperit pro minori quantitate pecunie, bene diligenter et fideliter sine defectu quolibet procedatur, et quod aliqua fraus deceptio vel defectus in eis intervenire non possit, set quod omnia opera ipsa fiant et compleantur secundum extimacionem predictam et iuxta nostrarum priorum continenciam litterarum tibi propterea transmissarum. et tam in operibus ipsis quam in singulis aliis operibus nostris iurisdictionis tue continuo studiose et diligenter procedi facias, ut nullus in eis defectus existat, sicut alias habes per plures nostras litteras in mandatis. et sic circa continuam et bonam prosequcionem ipsorum operum sedulus intendas et intendi facias, quod merito occurras proinde in conspectu nostre celsitudinis commendandus. et sicut successive in singulis ipsis operibus precedetur et laborabitur, frequenter et sepe celsitudinem nostram et magistros racionales magne curie nostre ad plenum per litteras tuas studeas informare. Dat. apud Lacumpensilem XXVIII. iulii V. ind.

841.

Lagopsole 1277 Juli 29.

RA 1276/77 A n. 27 f. 151<sup>b</sup>.

Eidem viceiusticiario (Terre Ydronti) et Philippo de s. Cruce prothontino Baroli etc. [1] Rogerius de dompna Bella extallerius operis palacii, quod fit in castro nostro Brundusii, nostre nuper excellentie intimavit, quod palacium ipsum, quod fuit mensuratum longitudinis cannarum 22<sup>2</sup>), invenitur esse longitudinis cannarum 24. mirantes inde non modicum, precipue cum palacium ipsum olim de mandato nostro per te Philippum et Theodiscum de Cuneo magistrum balistariorum nostrorum dilectum etc. fuerit mensuratum, quonam modo incrementum huiusmodi potuerit evenisse, . . . precipimus, quatinus ambo simul longitudinem dicti palacii presencialiter mensuretis, ad illam videlicet cannam, ad quam opera, que fiunt in Brundusio, mensurantur, et non ad aliam, cum sciamus pro certo, quod illa canna sit maior aliis cannis, et predictae 2 canne, que in mensura ipsius dicuntur esse superflue, propter hoc accrevisse videantur, quod palacium ipsum non ad ipsam cannam set ad minorem fuerit mensuratum. [2] de fenestris vero, que subtus in palacio ipso fieri debent, tu, Philippe, diligenter provideas et attendas, quot videlicet fenestre ibi faciende sunt, et quantum a terra distare debeant, habito super hoc consilio magistrorum et aliorum proborum virorum in talibus expertorum, et inspecta ac diligenter attenta provisione et ordinacione nostra facta de fenestris eisdem. et quicquid inde provideris et de predicta mensura palacii simul inveneritis, celsitudini nostre et magistris racionalibus magne curie nostre distincte et lucide per vestras litteras intimetis; cauti, ne aliud, quam quod inde scripseritis, de hiis valeat per alios inveniri, cum vobis exinde totaliter incumbamus. Dat. apud Lacumpensilem XXVIII. iulii V. ind.

842.

Lagopsole 1277 September 5.

LA 1278 D n. 31 f. 36<sup>ab</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1277 p. 46 (mii falscher Signatur).

Eidem viceiusticiario Terre Ydronti etc. Noverit fidelitas tua, quod notarius Andreas de Brundusio nuncius tuus assignavit magistris racionalibus magne curie nostre litteras tuas, quas celsitudini nostre et

<sup>1</sup>) Die Richtigkeit dieser Summe beweist aufs neue die Lückenhaftigkeit von n. 828.

<sup>2</sup>) n. 826 I § 4.



eisdem magistris racionalibus destinasti. . . per quas eciam litteras tuas significasti, quod in subscriptis operibus curie nostre usque ad X. diem mensis augusti processum erat modo subscripto: videlicet [1] quod fossatum, quod fieri debet in circuitu castris nostri Brundusii, fossum erat in longitudine cannarum 20 et in profunditate canne 1 1/2; et fodi et exemplari debet, donec inveniatur terra firma; murus veteris balli dicti castris a barbacoano seu pede turris, qui et que est in ingressu dicti castris, usque ad mottam supra domus tarsianatus curie nostre dirutus est in totum. [2] item quod in castro ipso factum est fundamentum palacii, quod debet in eodem castro construi; et quod murus eiusdem palacii, qui fieri debet supra fundamentum ipsum, inceptus est et in eo continue laboratur, factum in eodem castro pro maiori parte pro fabrica murorum ipsius palacii apparatus. [3] item quod fundamentum murorum in circuitu Ville nove factum est preter illud tantum, quod fieri debet a capite portus usque ad angulum domus Ceci; et quod murus ipsius terre Ville nove fieri cepit ab angulo domus ipsius Ceci versus mare, de quo fabricate sunt supra terram in longitudine canne 20 altitudinis canne 1. [4] et quod in turri, que dicitur Lucaballu, quoadunati sunt quatrelli 500; et fiunt ibi calcarie<sup>a)</sup>, ut in opere ipsius turris continue procedatur. quorum operum extalleriis certam quantitatem pecunie tribuisti, sicut ipse tue littere continebant; et quod in operibus ipsis melius et forcius solito posset procedi, si extallerii ipsi vellent: tibi taliter respondemus, quod. . . precipimus, quod, sicut maiestati nostre placere desideras, aput extallerios ipsos et supstantes omnium ipsorum operum instes et eos stimules continue ac calcar expressioris sollicitacionis ipsis subdere studeas, quod in operibus ipsis bene sollicite et efficaciter cum maiori exforcio, quo fieri poterit, instanter et continue procedant et procedi faciant, ut celeter et bene remota qualibet negligencia vel desidia compleantur, ut nostris inde desideris satisfiat et tantu quam ipsi possitis proinde in conspectu nostro comendabiles apparere. quibus, ne occasione pecunie complementum ipsorum operum differatur, una cum receptore et expensore fiscalis pecunie deputato tecum pecuniam successive pro ipsis operibus sine defectu quolibet largiaris iuxta nostrarum continenciam litterarum tibi exinde directarum. et sepe sepius, sicut in eisdem operibus procedetur, celsitudini nostre et dictis magistris racionalibus per litteras tuas studeas intimare. . . Dat. aput Lacumpensilem per mag. Guiliel-mum de Farumvilla etc., mense septembris, V. eiusdem, VI. ind.

<sup>a)</sup> calcare.

### 843.

Lagopesele 1277 September 11.

RA 1278 D n. 31 f. 38<sup>a</sup>.

Eidem viceiusticiario (Terre Ydronti) et receptori et expensori fiscalis pecunie cum eodem etc. Fidelitati vestre. . . mandamus, quatinus Nicolao de Ogento et Rogerio de Ripa<sup>a)</sup> de Brundusio. . . prepositis operis castris nostri Brundusii unc. aur. 6. . . , pro quibus provisum est posse fieri voltam false posterule, secundum quod providerunt eam fieri Philippus de s. Cruce miles Baroli et Monopoli prothontinus. . . et mag. Leo prothomagister operis castris predicti, subtus turrim rotundam ipsius castris ex parte fontis, ut equitari possit super predictam voltam circumcirca castrum predictum, necnon magistris extalleriis operis turris de Caballo unc. aur. 10. . . , pro quibus provisum est posse fieri voltas duas in turri predicta, et notario Rogerio de Monopolo extallerio operis Ville nove unc. aur. 3 et tar. 10. . . , pro quibus provisum est posse fieri scalas 10 lapideas in muro dicte terre Ville nove, de pecunia assignata vobis de mandato nostro per certos iusticiarios solvere et assignare curetis; recepturi exinde ad vestri cautelam ydoneam apodixam. si vero de predicta pecunia non haberetis, mutuetis vobis dictam pecuniam de quacumque alia pecunia curie nostre existente per manus vestras restituendam vobis ipsis postmodum de predicta pecunia, quam vobis per predictos iusticiarios mandavimus assignari. verum tibi predicto viceiusticiario districte mandamus, quod frequenter sollicites et expresse<sup>b)</sup> magistros operum predictorum et<sup>c)</sup> iniungas ex parte nostra. . . tam magistris credenceris<sup>d)</sup> quam extalleriis<sup>e)</sup> dictorum operum, quod perficiant ipsa opera in termino eis per curiam nostram dato. Dat. ibidem (apud Lacumpensilem) die XI. septembris VI. ind.

<sup>a)</sup> Bricça.

<sup>b)</sup> expresses.

<sup>c)</sup> fehlt Reg.

<sup>d)</sup> credantariis.

<sup>e)</sup> extalleriis.

### 844.

Lagopesele 1277 September 17.

RA 1278 D n. 31 f. 39<sup>a</sup>.

Eidem (viceiusticiario Terre Ydronti) etc. Cum placet excellencie nostre, quod quelibet cimineda, que fiet in sala palacii castris nostri Brundusii, sit amplitudinis palmorum 6 sine concavitate muri et longitudinis palmorum 12 et, nisi ea pars muri, in qua dicte ciminede<sup>a)</sup> fieri debent, ampliatur<sup>b)</sup> et corroboretur<sup>c)</sup> modo subscripto, in ea dicte ciminede bene fieri nequeant: . . . mandamus, quatinus Nicolao de Ogento et

<sup>a)</sup> ciminee.

<sup>b)</sup> ampliatur.

<sup>c)</sup> corroborentur.

Rogero Cabalero de Brundusio... precipias... quod totam eam partem muri, in qua dicte ciminede fieri debent, a situ fundamenti superius usque ad terre solium ex<sup>d)</sup> exteriori parte mensura palmorum 3 ampliari faciant; necnon Rogero de Brundusio extallerio operis dicti palatii... te precipere... volumus, quod exteram<sup>e)</sup> parietem muri, quam supra predictum fundamentum a predictae terre solio laborari fecit, scindi faciat et deinde superius ex<sup>f)</sup> exteriori parte ampliari, in quantum predictae ciminede capient...<sup>g)</sup> mensuram palmorum 2, sic ut murus ipse sit amplitudinis palmorum 6, et quod largitate circuitus ciminedarum ipsarum fumus ignis bene concludatur et exeat per canones earum, et quod sic bene predictam scissuram muri cum predicta ampliacione ipsius laborari et fieri faciat, quod murus unus existat. pecuniam vero, quam Philippus de s. Cruce miles Baroli et Monopoli prothontinus... una cum magistris et aliis expertis in talibus pro faciendo predicto opere necessariam fore providerit, per te predictis personis mandabimus exhiberi. Dat. apud Lacumpensulem XVII. septembris.

<sup>d)</sup> et. <sup>e)</sup> eam tertiam. <sup>f)</sup> et. <sup>g)</sup> hier steht im Register: capient iurabunt et salient, was sinnlos ist.

**845.**

Melfi 1277 September 23.

RA n. 78 D n. 31 f. 39<sup>a</sup>.

Eidem (viceiusticiario Terre Ydronti). [1]... precipimus, quatinus apud<sup>a)</sup> extallerios et credencios operum castri Brundusii instes continue et eos sepe sepius sollicitis, quod in operibus ipsis continue... procedant... et sic opera ipsa accelerare studeant, quod mense marcii proximo futuro in castro ipso possimus habiliter hospitari. et scias, quod super opere eiusdem castri, super quo statuti fuerunt... Rogerius de Ripa et Nicolaus de Ogento, amoto inde dicto Rogero de Ripa, iudicem Marcum de Brundusio... duximus statuendum. [2] preterea, quia nolumus capitaneum et stipendiarios nostros ac magistros laborantes alios in terra Ville nove sistentes rerum venalium necessariorum victui hominum et equorum aliquem pati defectum, mandamus... quatinus panem vinum caseum ordeum et res alias venales... ibidem per homines terrarum vicinarum... mittere debeas ad vendendum in pretio competenti. [3] et scias, quod intelleximus nuper, quod in eodem opere laboratur tepide et remisse: unde volumus, quod, quando presens fueris, acceleres opus ipsum; et quando oportebit te aliis nostris vacare serviciis, habeas ibidem aliquem loco tui prepositum, qui continue acceleret opus ipsum et eo modo, quod opus ipsum in predicto termino totaliter compleatur, et omnia operi ipsi oportuna seu decencia sine defectu quolibet integraliter ministrentur... acceleratio enim ipsius operis multum residet cordi nostro. Dat. Melfie die XXIII. septembris VI. ind.

<sup>a)</sup> fehlt Reg.

**846.**

Melfi 1277 September 23.

RA 1278 D n. 32 f. 337<sup>b</sup>.

Philippo de s. Cruce Baroli et Monopoli prothontino dilecto consiliario. Quia volumus, ut in operibus castri nostri Brundusii bene et continue procedatur, ... mandamus, quatinus loco tui, quem egritudine corporis intelleximus occupatum, statim mittas apud Brundusium filium tuum, qui acceleret opera ipsa et sollicitet extallerios et credencios ipsorum operum de accelerandis operibus ipsis, ita quod in mense marcii... in eodem castro possimus habiliter hospitari. et ecce, quod super operibus ipsius castri et palatii, super quibus statuti fuerunt per excellenciam nostram Rogerius de Ripa et Nicolaus de Ogento, ammoto inde dicto Rogero, quia eum ad hec intelleximus tepidum et remissum, iudicem Marcum de Brundusio... loco dicti Rogerii... duximus statuendum, quem intelleximus diligentem sollicitum et attentum. Dat. Melfie XXIII. septembris.

**847.**

Melfi 1277 September 24.

RA 1278 D n. 32 f. 337<sup>b</sup>.

Iudici Marco de Brundusio. ... te super opere castri nostri Brundusii loco Rogerii de Ripa... providimus... statuendum... mandantes, quatinus in opere ipso... intendere... debeas... ita, quod adveniente mense marcii... VI. ind. sit... totaliter percompletum et nobis applicantibus apud Brundusium eodem mense possimus in palacio dicti castri comode hospitari. Dat. Melfie XXIII. septembris.

**848.**

Neapel 1277 November 24.

RA 1278 D n. 31 f. 20<sup>b</sup>.

Similes<sup>1)</sup> facte sunt viceiusticiario Terre Ydronti et erario cum eo moranti etc. usque exhibere procures. et ad tardius infra dies 8 a die recepcionis presencium computandos nobis et predictis magistris

<sup>1)</sup> Wie n. 582.

rationalibus, quantum pro quolibet ipsorum operum solutum est, et quantum per totum mensem decembris predictum ac etiam abinde inantea, donec ipsa opera compleantur, fuerit mense quolibet oportuno, et usque ad quod tempus opera ipsa perfici et compleri poterunt, . . . scribere procuretis, ut ante tempus, ne in operibus ipsis etc. ut supra, verbis mutatis de singulari in pluralem.

849.

Neapel 1277 Dezember 8.

RA 1278 D n. 31 f. 41<sup>a</sup> bis 42<sup>b</sup>.

Viceiusticiario (Terre Ydroniti). Noverit fidelitas tua, quod ultimo die . . . novembris VI. ind. . . apud Neapolim . . . nuntius tuus assignavit . . . magistris rationalibus . . . quaternum unum introytus et exitus fiscalis pecunie officii tui . . . tantum de mensibus quatuor et diebus viginti, numeratis a X. madii . . . V. ind., quo scripsisti incepisse predictum officium exercere et inantea usque per totum . . . mensem septembris VI. ind. . . continentem [1] . . . de pecunia additus unius tareni per unciam imposita pro supplendo defectu, qui in summa eiusdem generalis subventionis accedit per errorem, quam subscripti iusticiarii in iurisdictione eorum recolligere et tibi mittere debuerunt pro operibus nostre curie construendis in iurisdictione tua, receptas fuisse . . . a . . . iusticiario Sicilie ultra flumen Salsum, qui tibi mittere debuit unc. aur. 250, . . . unc. 249, et restasse . . . unc. aur. 1; a . . . iusticiario Sicilie citra flumen de unc. aur. 250, . . . receptas fuisse . . . unc. aur. 246 et tar. 10, et restasse . . . unc. 3 et tar. 20; et a . . . iusticiario Vallis Gratis et Terre Iordane de unc. 190 tar. 11 et gr. 1 . . . receptas fuisse . . . unc. 159 tar. 19 et gr. 8, et restasse . . . unc. 30 tar. 21 et gr. 13; a . . . iusticiario Calabrie de unc. 88 tar. 16 et gr. 12 receptas fuisse tantum unc. 85 et tar. 27, et restasse . . . unc. 2 tar. 19 et gr. 12; a . . . olim iusticiario Basilicite de unc. 142 tar. 23 et gr. 1 . . . receptas fuisse . . . unc. 135 et tar. 10, et restasse . . . unc. 7 tar. 13 et gr. 1; et de unc. 118 tar. 5 et gr. 12 tibi ad recolligendum commissis in iurisdictione tua recollectas fuisse et receptas unc. 65 tar. 24 et gr. 2, et restasse . . . unc. 52 tar. 11 et gr. 10. que predicta pecunia recepta et recollecta per te est in summa unc. 942 et gr. 10; et que restat ad mittendum per eos et ad recolligendum per te, est in summa unc. 97 tar. 25 et gr. 16<sup>a</sup>). . .

[2] . . . de residuo . . . pecunie generalis subventionis solutas fuisse . . . Rogerio de Donnabella de Brundusio extallerio operis palatii castri eiusdem terre infra . . . mensem madii unc. aur. 50. . . Nicolao de Ogento et Rogerio de Ripa de Brundusio statutis super operibus curie construendis in castro et extra castrum Brundusii unc. 100. . . item de pecunia predicti additus solutas fuisse . . . notario Rogerio de Monopolo estallerio operis murorum Ville nove infra . . . mensem iulii unc. aur. 150. et mag. Petro de Licio extallerio operis turris construende in portu Brundusii in loco, qui dicitur Lucaballu, solutas fuisse infra . . . mensem iulii unc. aur. 20. et . . . Rogerio de Donnabella extallerio operis palatii castri Brundusii solutas fuisse infra . . . mensem iulii unc. aur. 25. et Michaeli Petrarolo extallerio operis fundamenti Ville nove solutas fuisse infra . . . mensem iulii unc. aur. 7 et tar. 5. et Nicolao de Ogento et Rogerio de Ripa . . . statutis super operibus construendis in castro et extra castrum Brundusii solutas fuisse infra . . . mensem iulii unc. aur. 110. Achilli de Nicolao Militi de Brundusio extallerio operis macie castri Brundusii construende extra castrum ipsum ex parte maris solutas fuisse infra . . . mensem augusti unc. aur. 150. . . de cuius quaterni assignatione presentes . . . litteras responsales . . . tibi duximus remittendas. [3] et quia misisti de pecunia predicti additus unius tareni per unciam, que deputata est pro operibus nostre curie construendis in iurisdictione tua, ad . . . castrum Salvatoris ad mare unc. aur. 417, . . . mandamus, ut sine mora quolibet recolligas . . . totam pecuniam nove denarium monete . . . et de pecunia ipsa retineas illam pecuniam quantumtatem pro operibus supradictis, quam ad castrum ipsum misisti, . . . ut in constructione predictorum operum nostrorum defectus aliquis non intersit, nisi forte pro expensis ipsorum operum minor quantitas pecunie fuerit oportuna. [4] mandamus etiam, quod super constructione predictorum operum nostrorum facias laborari per totum presentem mensem decembris . . . [5] miramur etiam non modicum et movemur, quia non significasti curie et magistris rationalibus . . . quid solutum sit in quolibet nostrorum operum predictorum, et quid necessarium fuerit ad solvendum per totum presentem mensem et inantea, sicut tibi fuit iniunctum<sup>1)</sup>. quare . . . mandamus, quatinus totum illud, quod solutum<sup>b)</sup> est hactenus in quolibet nostrorum operum predictorum, et quid necessarium fuerit quolibet mense ad solvendum . . . curie et magistris rationalibus . . . significare procuretis. . . Dat. Neapoli VIII. decembris.

<sup>a)</sup> Im Reg. 17; die Berechnung ergibt aber nur 166.<sup>b)</sup> solidum.

1) n. 848.

## 850.

Neapel 1277 Dezember 17.

RA 1278 D n. 31 f. 42<sup>b</sup>.

Eidem (vice)iusticiario (Terre Ydronti) et erario cum eo moranti. Volentes, quod in operibus curie, que fiunt de mandato nostro in iurisdictione tua, . . . continue procedatur, ut opera ipsa celeriter . . . compleantur, et quod in operibus ipsis nullus defectus existat, . . . precipimus, quatinus pecuniam necessariam pro singulis operibus ipsis per totum mensem ianuarii proximo venturum . . . exhibere curetis et incontinenti, videlicet ad tardius usque ad XV. diem . . . ianuarii, nobis et magistris racionalibus . . . significetis totam quantitatem pecunie solutam et solvendam per vos per totum predictum mensem ianuarii pro quolibet ipsorum operum, et quantitatem etiam pecunie, que extunc inantea usque ad tempus, quo ipsa opera compleantur mense quolibet pro singulis ipsorum operum fuerit oportuna, et usque ad quod tempus opera ipsa totaliter perfici poterunt et compleri, ut vobis statim exinde rescribamus velle nostrum; scituri pro certo, quod, si ad tardius usque ad predictum terminum predicta omnia non significaveritis, cum vobis super hoc pluries scripserimus<sup>1)</sup> et nichil inde feceritis, penam . . . a vobis mandabimus extorqueri. volumus etiam . . . , ut apud extallerios credenserios et superstantes ipsorum operum instetis . . . , quod in operibus ipsis . . . continue procedant . . . et ad presens nobis et eisdem magistris racionalibus significetis, ad quod et quantum in singulis ipsorum operum est processum . . . Dat. Neapoli XVII. decembris VI. ind.

## 851.

bei Capua 1278 Februar 28.

I. RA 1278 D n. 31 f. 32<sup>ab</sup>; *ibid.* f. 97<sup>b</sup> bis f. 98<sup>b</sup>.

Guidoni de Foresta militi familiari et fideli etc. Cum . . . te iusticiarium Terre Ydronti, amoto inde Eliseo de Lugduno viceiusticiario ipsius provincie, . . . duxerimus statuendum . . . , mandamus, quatinus . . . recipias ab eodem mandata celsitudinis nostre directa tam sibi soli, quam sibi et iudici Guilielmo de Baro dudum receptori et expensori fiscalis pecunie secum, pro omnibus operibus, que fiunt de mandato nostro in castro Brundusii, turri, que dicitur Lucaballu, et loco Petrolle, qui dicitur Villa nova, et informatus per predictum Eliseum et predictum Guilielmum de nominibus et cognominibus illorum, qui opera ipsa ad extaleum vel ad credenciam fieri et compleri facere tenentur de mandato nostro, et de summa pecunie, que pro singulis operibus ipsis solvi debuit . . . , et de quantitate pecunie soluta per eum et dictum erarium singulis extalleriis et credenceriis ipsorum operum, et usque ad quod tempus, et de quantitate pecunie, que solvenda restat de universale summa . . . , ac<sup>b</sup>) quantum de pecunia ipsa restante mense quolibet necessarium fuerit pro singulis ipsorum operum, et usque ad quod tempus opera ipsa totaliter perfici et compleri debent secundum conventiones et pacta habita inter curiam nostram et extallerios ipsorum operum, vel sicut de beneplacito nostro processit, pecuniam restantem pro operibus ipsis de mense in mensem, sicut fuerit oportunum, extalleriis seu credenceriis ipsorum operum, . . . in ea videlicet quantitate vice qualibet, de quanta tibi sufficientes . . . fideiussores dare poterunt, . . . debeas exhibere; et instes sollicitate, . . . quod in operibus ipsis continue . . . laborent . . . , ut in statutis terminis et antea . . . compleantur . . . Dat. apud turrim die ultimo februarii.

<sup>a</sup>) ad.II. RA 1278 D n. 31 f. 98<sup>b</sup> bis 99<sup>a</sup>. Sehr defekt.

Heliseo de Luduno militi. *Entsprechendes Schreiben in forma quod desistat.* Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam . . . 1278 die ultimo februarii VI. ind.

## 852.

bei Capua 1278 März 4.

RA 1278 D n. 31 f. 28<sup>a</sup>; *ibidem* f. 99<sup>a</sup>.

Iusticiario Terre Ydronti. Cum Petrum de Carrerio<sup>2)</sup> . . . apud Brundusium moraturum continue in opere, quod fit . . . in castro nostro Brundusii et turri, que dicitur Luncaball(u), et quod presit pro parte nostra in eisdem operibus et sciat . . . , si opera ipsa . . . bene fiant iuxta nostre beneplacitum voluntatis, et quod in tota fabrica murorum ipsorum operum ponatur tertia pars calcis petre vive non extinte et due partes arene, duxerimus deputandum: . . . mandamus, quatinus eundem Petrum in operibus ipsis ad videndum et faciendum predicta . . . mandes et facias commorari; cui, dum in servicio ipso fuerit, expensas ad rationem de unc. aur. I . . . per mensem . . . exhibere procures. . . volumus tamen, quod ipse laboret in hiis operibus, in quibus et quando decet et expedit laborari. Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam . . . 1278 mense marcii, IV. eiusdem, VI. ind.

<sup>1)</sup> n. 848 und n. 849 § 5.<sup>2)</sup> Im RA 31 f. 28<sup>a</sup> lautet der Name: Cartraria.

- 853.** *Siehe n. 232.* bei Capua 1278 März 4.
- 854.** *Siehe n. 592.* [bei Capua 1278 März 14.]
- 855.** *Siehe n. 591.* bei Capua 1278 März 16.
- 856.** *Siehe n. 592 I und II.* bei Capua 1278 März 17.
- 857.** *RA 1278 D n. 31 f. 35<sup>a</sup>.* bei Capua 1278 April 20.

Eidem (iusticiario Terre Ydronti). Quia significaverunt nobis iudex Marcus et Nicolaus de Ogento credençerii illorum operum, que fiunt cum expensis curie nostre ad credentiam in castro nostro Brundusii, quod tu pro expensis ipsorum operum eis pecuniam denegas exhibere et sic in operibus ipsis non proceditur, contra nostre beneplacitum voluntatis, mirantes inde non modicum et te super hoc admodum arguentes, precipue, cum tempore creationis tue ad iusticiariatus officium tibi dederimus. . . in mandatis<sup>1)</sup>, ut tam pro operibus eiusdem castri quam pro aliis, que de mandato nostro fiunt in iurisdictione tua, secundum extimationes inde factas, computata pecunia exhibita per Heliseum de Lugduno et receptorem et expensorem fiscalis pecunie, qui fuit cum eo, successive oportunam pecuniam<sup>2)</sup> exhiberes: . . . precipimus, quatinus tam eisdem credençeriiis pro operibus, quorum expensores sunt, quam singulis extalleriis operum omnium, que fiunt. . . in iurisdictione tua, pro ipsis operibus faciendis et complendis. . . pecuniam necessariam. . . debeas exhibere; et instes apud eosdem extallerios et credenceros, quod in operibus ipsis bene. . . procedant. . . fideliter tamen attendas et caveas, quod extimationes ipse facte fuerint legales et bone, in illis maxime operibus, que ad credentiam cum expensis curie nostre fiunt. . . Dat. apud turrin s. Herasmi prope Capuam XX. aprilis VI. ind.

<sup>1)</sup> *fehlt Reg.*

- 858.** *RA 1276 B n. 26 f. 223<sup>a</sup>.* bei Capua 1278 April 24.

Similes<sup>2)</sup> facte sunt iusticiario Terre Ydronti pro opere castri Brundusii. Dat. ut supra (apud turrin die XXIII. aprilis).

- 859.** *Siehe n. 595.* bei Capua 1278 April 26.

- 860.** *I. RA 1278 D n. 32 f. 236<sup>a</sup>.* Rom 1278 Mai 27.

Karulo primogenito suo. Olim Leoni Acconçaioco de Ravello. . . scripsimus in hac forma. *Es folgt n. 591.* item magistris portulanis et procuratoribus Apulie scripsimus in hec verba: *Es folgt n. 592 II.* verum quia credençerii et extallerii operum predictorum, que fiunt in Brundusio celsitudini nostre per eorum litteras intimarunt, quod predicta lignamina nondum sunt ad opera ipsa missa, moti inde non modicum nec indigne, cum crediderimus huiusmodi lignamina in operibus ipsis iam fuisse apposita, volumus et mandamus expresse, quod scita plenarie veritate, per quem talis defectus acciderit, utrum videlicet per dictum Leonem in assignacione ipsis magistris procuratoribus facienda an per dictos magistris procuratores in recipiendis mittendis et assignandis lignaminibus ipsis in opere supradicto, penam predictam ab altero eorum, ob cuius defectum culpam vel negligenciam id accidisse videbitur, inremissibiliter facias extorqueri et eos nichilominus sub certis penis per litteras sub sigillo capitaneie instanter compelli ad exequendum mandata predicta tam celeriter quam instanter, ita quod, ut dictum est, occasione ipsorum lignaminum dicta opera nullum patiantur incomodum vel defectum, set iuxta ordinacionem et mandatum nostrum in statutis terminis ipsa opera sint completa. Dat. Rome XXVII. madii.

<sup>1)</sup> *n. 551 I.*

<sup>2)</sup> *Wie n. 593.*

II. 1278 D n. 32 f. 237<sup>a</sup>.

Leoni Acconçaioco. *Entsprechend n. I. Insetiert ist n. 591. Dat. Rome die XXVII. maii.*

III. RA 1277 F n. 28 f. 93<sup>b</sup>. -- Schulz IV 81 n. 216 (unter falschem Jahre).

Iohanni Siginolfo de Neapoli militi et Angello Sannella de Ravello magistris portulanis et procuratoribus Apulie et Aprucii. [1] Olim vobis. . . scripsimus in hac verba: *Es folgt n. 592 II.* verum quia credencerii et extallerii operum predictorum, que fiunt in Brundusio, celsitudini nostre. . . intimarunt, quod predicta lignamina nondum sunt ad opera ipsa missa, . . . precipimus, quatinus statim. . . lignamina quelibet. . . necessaria ab eodem Leone. . . recipere debeatis. . . et. . . ad predicta opera . . . mittere studeatis. . .<sup>1)</sup> [2] reliqua vero lignamina omnia, que ab eodem Leone pro predictis aliis operibus . . . recipere debuistis, . . . recipiatis ab eo. . . et ea ad predicta alia opera. . . mittere debeatis. . . [3] et ecce quod, nobis in proximo ab Urbe feliciter recedentibus, venimus ad partes ipsas recto tramite. . . , in quo adventu nostro, si ex parte vestra . . . defectum aliquem invenerimus in ipsis operibus fore commissum. . . manifestam in personas et bona vestra pro tanta et tam temeraria inobediencia sentietis inremissibiliter ulcionem. Dat. Rome XXVII. madii.

### 861.

RA 1278 D n. 32 f. 237<sup>a</sup>.

Rom 1278 Mai 27.

Castellano castru Brundusii etc. Credencerii et extallerii operum, que fiunt in Brundusio, nuper celsitudini nostre per eorum litteras applicarunt, eis per nostras litteras declarari, qualiter stillicidia palacii nostri, quod constructur in castro nostro Brundusii, cadere debeant et stillare, utrum totaliter ad unam aquam an ad duas aquas, quia, si ad duas aquas cadant, dubium ex hoc oritur, quod canalia sive aqueductus ex parte mignani et boree nisi super lignaminibus locari non possunt et propterea necessario eveniet, quod, cum non sint durabilia et firma, intus in salam pro maiori parte distillent et cadant, nisi forte excellencie nostre placeret, quod tantum in muro ipsius castru incidatur, quod ipsa canalia ex parte boree et orientis construi et fieri possint ibidem et aqua inde decurrere valeat et stillare, et sic oportebit, quod ex parte orientis canalia ipsa fiant sub cohopeno camere ultime secus murum ipsius castru a borea in austrum sub sarnicali et inde decurrent in terram. significaverunt etiam, quod tu discohoperiri non patiris<sup>a)</sup> domum molendini ipsius castru et ex illa parte catenas apponi. ad que capitula sic eis excellentia nostra rescribit<sup>2)</sup>: videlicet quod super predictis canalibus construendis consilio tecum habito necnon cum iusticiario nostro Terre Ydronti et cum mag. Petro de Angicurt, si idem magister presens fuerit, vel ipso absente cum aliis famosissimis magistris expertis in talibus de terra ipsa, sicut de consilio et provisione omnium vestrum melius utilius et decentius pro curia nostra et salubritate dicti operis expedire videbitur, incidatur predicto modo tantum in predicto muro ipsius castru, quod sit ad hoc conveniens et sufficiens, et ibi studiose et diligenter secundum consilium et provisionem huiusmodi canalia ipsa fiant, consideratis et diligenter attentis hinc inde omnibus et singulis, que circa hec fuerint attendenda. super negotio vero dirucionis dicte domus molendini taliter respondemus: quod tibi castellano per litteras nostras iniungimus, ut habito super hiis consilio cum predictis iusticiario et mag. Petro, si presens fuerit, vel ipso absente cum prefatis magistris modo predicto, si aliter bono modo predictum palacium iuxta ordinationem nostram fieri et compleri nequiverit, domum predictam discohoperiri et etiam dirui, si de huiusmodi consilio fuerit, sine molestia paciariis. ideoque fidelitati tue precipimus, quatinus diligenti consilio et provisione super premissis habitis modo predicto, sicut de consilio comuni, ut dictum est, pro melioratione et utilitate curie nostre et predicti operis salubritate processerit, predicta stillicidia in predicto muri dicti castru propterea incidendo, ut dictum est, insimul fieri consulatis et predictam domum discohoperiri et dirui paciariis, si aliter bono modo predictum palacium fieri nequiverit et compleri. Dat. Rome die XXVII. maii.

<sup>a)</sup> patitur.

### 862.

RA 1278 D n. 32 f. 237<sup>ab</sup>.

Rom 1278 Mai 27.

Credenceriis et extalleriis operum, que fiunt in Brundusio etc. Benigne receptis et intellectis capitulis vestris culmini nostro missis: [1] quia significastis per unum capitulorum ipsorum, quod iusticiarius Terre Ydronti, cui excellentia nostra mandavit<sup>3)</sup> de danda necessaria pecunia pro operibus ipsis, pecuniam huius-

<sup>1)</sup> Vgl. n. 11.

<sup>2)</sup> n. 862 § 2 und 4.

<sup>3)</sup> n. 850.

modi non exhibet, asserens in mandato nostro sibi inde directo de presenti generali subventione non fieri mencionem, et aliam fiscalem pecuniam non habere: vobis taliter respondemus, quod predicto iusticiario dudum sub certa forma satis expresse et nunc etiam sub pena persone et omnium bonorum suorum mandavimus et mandamus per patentes litteras nostras sub utrisque sigillis nostris magno videlicet pendenti et parvo secreto, quod pecuniam necessariam pro operibus ipsis iuxta tenorem predicti mandati nostri sibi inde directi et pacta et conventiones inter curiam nostram et vos extallerios de operibus ipsis habita sine difficultate et occasione qualibet de pecunia presentis generalis subventionis vel qualibet alia fiscali pecunia, que undecumque est vel erit per manus suas, debeat exhibere. super quo fidelitati vestre districte precipimus, quatinus ab ipso iusticiario necessariam quantitatem pecunie pro operibus ipsis, cum expediens et oportuum fuerit, requirere et recipere debeatis, convertendam in operibus ipsis iuxta provisionem et ordinationem nostram inde habitam et conventiones et pacta predicta et sic diligenter et sollicite omni occasione sublata in eisdem operibus summopere intendatis, quod in adventu nostro felici ad partes ipsas, qui erit in proximo duce Deo, cum nobis feliciter ab Urbe recedentibus proponamus illuc recta via dirigere gressus nostros, inveniamus opera ipsa iuxta votum et beneplacitum nostrum totaliter percompleta, sicut gratiam nostram caram habetis et evitare cupitis iracundie nostre motus. [2] et quia per aliud capitulum supplicastis, vobis per nostras litteras aperiri, qualiter stillicidia palatii nostri, quod construitur in castro Brundusii, cadere debeant et stillare, *usw. wie n. 861*: volumus, quod ad duas aquas stillicidia ipsa cadant *usw. ähnlich wie n. 861*. [3] ad aliud vero capitulum, continens, quod, cum vobis sit dubium, ubi pons pro introitu ipsius castrum fieri debeat, cum alii provideant, quod fiat, ubi fuit quondam porta veteris baliu diruendi, et alii inter turrim rotundam et turrim porte pro patenti aditu ad portam ipsius castrum, et propterea rescribi vobis supplicastis nostre beneplacitum voluntatis: sic excellencia nostra rescribit, quod satis et merito super hoc de motibus vestris non indigne miramur, cum quesita de mandato nostro in registris nostris forma litterarum nostrarum commissionis dicatorum operum vobis factarum<sup>2)</sup> inveniatur subscriptum capitulum satis distinctum et clarum de ipso negotio in litteris ipsis, iuxta cuius tenorem in opere ipso potuistis et debuistis procedere nec curiam nostram super vacuis consultare. propter quod omni occasione sublata sic diligenter et sollicite iuxta formam litterarum ipsarum in executione predicti operis procedatis, quod, ut dictum est, in adventu nostro ad partes ipsas inveniantur laudabiliter opera ipsa completa, pactis et conventionibus inter curiam nostram et vos de operibus ipsis habitis nichilominus semper salvis. cuius capituli tenor ex predictis registris assumptus per omnia talis est: *es folgt n. 828 § 30 bis § 32*. [4] super tertio<sup>3)</sup> insuper capitulo continente, quod predictus castellanus discohoperiri et dirui non patitur domum molendini ipsius castrum et apponi catenas ex illa parte: ecce quod ad tollendam vobis cuiuslibet dilacionis et occasionis materiam eidem castellano per littera nostras iniungimus<sup>4)</sup>, ut . . . discohoperiri et etiam dirui . . . paciatur. Dat. Rome die XXVII. maii.

**863.** *Melfi 1278 Juli 10.*

*Siehe n. 246.*

**864.** *Lagopese 1278 Juli 30.*

*Siehe n. 604 II.*

**865.** *Lagopese 1278 August 2.*

*Siehe n. 605.*

**866.** *Lagopese 1278 August 19.*

*Siehe n. 607.*

**867.** *[Lagopese 1278 etica August bis September.]*

*Inseriert in RA 1278 79 H n. 33 f. 195<sup>b</sup> bis f. 196<sup>a</sup> (unten n. 874).*

Symoni de Bellovidere. Cum beneplaciti nostri sit, quod opera, que fiunt. . . in castro Brundusii tam ad extaleum quam ad credentiam, necnon opus turris de novo construende in portu Brundusii pro regenda cathena ipsius portus, opera etiam, que de novo fieri providimus in Villa nova, iuxta provisionem et ordinationem nostram celeriter bene et studiose fiant et celerius compleantur, de sollicitudine et sollertia tua

<sup>1)</sup> n. 828 § 30 bis 32.

<sup>2)</sup> n. 828.

<sup>3)</sup> Richtiger: quarto.

<sup>4)</sup> n. 861.

confisi, tibi totalem prosequcionem et complementum ipsorum operum duximus committendam, . . . mandantes, quatinus opera ipsa . . . , illa videlicet, que de mandato nostro fiunt ad extaleum, per extallerios, et que fiunt ad credentiam, cum expensis curie . . . de unc. aur. 300, quas tibi per magistros syclarios sycle nostre Brundusii mandavimus exhiberi, fieri et compleri facias. . .

868.

Lagopesole 1278 September 22.

RA 1277 F n. 28 f. 244<sup>ab</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 191<sup>b</sup>. — Auszug: Schulz IV 68 n. 180. Minieri, Regno 1278 p. 56.

Guidoni de Foresta militi iusticiario Terre Ydronti etc. . . . [1] . . . mandamus, quod opera nostra, que fiunt in Villa nova et Brundusio, quorum complementum, sicut te latere non credimus, medullitus residet votis nostris, acceleres et accelerari facias, quantum potes, in quibus eam diligenciam et efficaciam laboris continui adhibeas et adhiberi statuas, quod in adventu nostro illuc, quo duce Deo in festo Omnium Sanctorum feliciter veniemus, in operibus ipsis sic bene et laudabiliter inveniamus esse processum, quod ex laudabili processu nostris beneplacitis satisfiat et tu per effectum et efficaciam operis nostro conspectui commendandus occurras. [2] domum etiam curie nostre existentem in Brundusio, in qua consuevimus hospitari, si qua reparacione indigeat, reparari facias omnibus oportunitis, ut in ea in predicto adventu nostro, si voluerimus, habiliter hospitemur. [3] facias insuper fieri in palacio nostro castri Brundusii ygnem pro desiccanda calce ipsius.

que omnia pecunialiter expedienda interventu bene celeriter et efficaciter exequaris cum pecunia curie nostre, que undecumque est vel erit per manus tuas, et etiam de pecunia presentis generalis subvencionis terris iurisdictionis tue imposita. et de hiis, que pro predictis omnibus solveris, recipias ad tui cautelam ydoneas apodixas; et quantitatem totam pecunie, si quam pro predictis omnibus dederis, et quantam pro quolibet premissorum, celsitudini nostre et magistris racionalibus magne curie nostre statim distincte et per seriem per litteras tuas scribas. . . . Dat. apud Lacumpensilem die XXII. septembris.

869.

Melfi 1278 Oktober 1.

RA 1277 F n. 244<sup>b</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 191<sup>b</sup>. — Schulz IV 69 n. 184 (mit falscher Signatur).

Guidoni de Foresta iusticiario Terre Ydronti etc. Cum confisi de fide et legalitate Iohannis Marci et Alberici Burgundi ipsum Iohannem Marcum superastantem operis turris, que dicitur Lucaballu, et eundem Albericum superastantem operum nostrorum castri Brundusii, que fiunt tam intus quam extra castrum ipsum ad extalium vel ad credenciam, usque ad nostrum beneplacitum duxerimus statuendos, quos ad opera ipsa propterea destinamus, dato eis per excellenciam nostram expressius in mandatis, ut in predictis operibus continuo supersistant et oculata fide videant et inspiciant, si in eis proceditur iuxta convenciones et pacta habita inter curiam nostram et extallerios ipsorum operum, que fiunt ad extaleum, ac iuxta provisionem et ordinacionem nostre celsitudinis inde factam, de quibus te bene credimus informatum, que eis in scriptis sub sigillo tuo volumus assignari, ut in ipsis operibus caucius procedatur, et quod etiam instent assidue tam apud extallerios quam credencieros et operarios alios ipsorum operum, quod in eisdem operibus ferventer et summopere intendant et intendi faciant iuxta beneplaciti nostri votum: . . . precipimus, quatinus eidem Iohanni et Alberico gagia eorum, ad rationem videlicet de tar. aur. 1 . . . per diem pro quolibet, si quilibet continue secum habuerit equum unum, quem si non habuerit, ad rationem de gr. aur. 15 . . . per diem, sicut solvuntur alii magistri tam in ipsis quam in aliis nostris operibus laborantes, pro diebus illis videlicet, quibus continue in serviciis ipsis erunt, de quacumque pecunia curie nostre . . . et eciam de pecunia presentis generalis subvencionis terris iurisdictionis tue imposita, que est vel erit per manus tuas, sine defectu quolibet largiaris et exinde ad tui cautelam recipias ydoneas apodixas; iniuncturus auctoritate presencium ex parte nostra extalleriis credencieris magistris et operariis aliis ipsorum operum, ut eos superastantes in operibus ipsis admittant et ipsis pareant et intendant, tamquam superastantibus ipsorum operum per excellenciam nostram ordinatis, et ad requisicionem eorum procedant et procedi faciant in operibus ipsis et eorum complementum accelarent, quantum possunt; servata in omnibus et per omnia forma provisionis et ordinacionis nostre inde facte et convencionis et pacti habiti inde inter curiam nostram et extallerios ipsos; quod si forte alter eorum extremum pateretur vel aliquam aliam iustam causam haberet, per quam ipsum non posset servicium exercere, reliquum eorum in utrisque predictis operibus volumus superesse et in eis loco<sup>a)</sup> amborum modo predicto intendere diligenter. Dat. Melfie die I. octobris.

<sup>a)</sup> locorum.



870.

Melfi 1278 Oktober 1.

Siehe n. 612.

871.

Brindisi 1278 November 10.

RA 1278/79 H n. 33 f. 193<sup>a</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Ydronti) etc. [1] Quia beneplaciti nostri est<sup>a</sup>), quod muri turris, que dicitur Lucaballu, qui secundum primam provisionem nostram debuerunt esse altitudinis cannarum 10, sint altitudinis cannarum 12, computato veteri muro, qui erat in eadem turri, non computatis tamen mergulis et antepectorale ipsius turris, et quod in eadem turri fiant crinelli 12 et aperture 8 circumcirca turrim ipsam, videlicet in qualibet facie ipsius turris crinelli tres et aperture due; et quelibet apertura sit aperta palmis 2½, et quod in quolibet crinellorum ipsorum fiant due parve fenestre pro ponendis duabus trabibus, ad hoc quod, si fuerit necesse, possit fieri unum tabolatum pro prohienciendis lapidibus; et quod in uno angulo ipsius turris ex parte maris fieri debeant ultra totam summam ipsius turris muri illius crossitudinis, cuius erit totus murus eiusdem turris, altitudinis cannarum 3, ita quod 2 canne ex muris ipsis libere remaneant supra mergulos ipsorum pro fano faciendo; et quod supra murum ipsum fiat locus conveniens altitudinis palmorum 8 pro fano decenter et bene faciendo et supra locum ipsum volta conveniens pro cohopenura ipsius fani: fidelitati etc., quatinus totum huiusmodi additum murorum ipsius turris cum crinellis aperturis fenestris volta et loco convenientibus, secundum quod superius distinctum est, statuto uno vel duobus viris ydoneis et sufficientibus de iurisdictione tua super faciendis expensis pro additu murorum predictæ turris, huiusmodi additum de quacunque fiscali pecunia, que est vel erit per manus tuas, et etiam de pecunia presentis generalis subventionis in tua iurisdictione imposita celeriter et bene fieri facias et compleri. [2] ... precipimus, ut iuxta provisionem mag. Iohannis de Tullo ingenierii... fieri facias de predicta pecunia cum expensis curie extra castrum nostrum Brundusii appendicias de lignaminibus, in quibus magistri et alii laborantes in operibus dicti castri iam instante hyemali tempore sub cohopeno possint sine defectu quolibet laborare, ut ex remedio huiusmodi appendiciarum occasione hyemalis temporis in operibus dicti castri defectus aliquis non emergat; facta de predictis omnibus per te magistros fabricatores et lignaminum ac alios de fidelibus nostris expertos in talibus legali et sollempni extimacione; que si legalis et sollempnis non fuerit, totum superfluum, quod quantitatem pecunie, pro qua predicta omnia secundum ipsam puram veritatem fieri et compleri poterint, excesserit, a te et aliis, qui extimacionem ipsam fecerint, de vestro proprio statim exhibi faciemus iuxta novam ordinacionem<sup>1)</sup> super hiis per curiam nostram factam. [3] insuper volumus et mandamus, quod singulis magistris muratoribus incisoribus et scappatoribus lapidum ac magistris lignaminum operum dicti castri pro mercede cuiuslibet ipsorum per diem usque per totum mensem februarii proximo venturum gr. aur. 12 et cuiilibet manipulorum gr. aur. 5... de eadem pecunia debeas exhibere vel facere sine diminucione qualibet exhiberi. a I. vero die sequentis mensis marcii inantea, quia laborum dies augere incipiunt, cuiilibet predictorum magistrorum gr. 15 et manipulorum gr. 7... exolvat integraliter vel exolvi facias per eos, quos super faciendis expensis huiusmodi, sicut superius dictum est, duxeris statuendos; recepturus nichilominus de hiis, que pro predictis omnibus dederis, ad tui cautelam ydoneam apodixam. et quantitatem extimacionis additus murorum dicte turris per se et predictarum appendiciarum per se necnon et quantitatem pecunie, quam pro mercede dictorum magistrorum et manipulorum ac omnibus predictis exolveris seu exolvi feceris, et ad quam rationem, nobis et magistris racionalibus etc. distincte et particulariter per litteras tuas scribas. Dat. Brundusii X. mensis novembris VII. ind.

<sup>a</sup>) fehlt Reg.

872.

Bari 1278 November 18.

RA 1277 F n. 28 f. 245<sup>b</sup>; inserieri ibid. f. 247<sup>b</sup> und RA 1278/79 B n. 33 f. 196<sup>a</sup> (unten n. 875).

Eidem (Symoni de Bellovidere). Pro parte Iohannis Marci superastantis operis turris, que dicitur Lucaballu, et Alberici Burgundi superastantis operum curie, que fiunt tam intus quam extra castrum nostrum Brundusii, ... fuit nobis expositum, quod, cum olim Guidoni de Foresta iusticiario Terre Ydronti dederimus per nostras litteras in mandatis<sup>2)</sup>... ut cuiilibet ipsorum superastancium, si haberet equum unum tar. aur. 1, et si non haberet equum, gr. aur. 15... per diem... exhiberet, ... qui iusticiarius nichil, ut dicunt, ... eis exhibuit, eo quod asserebat, se de pecunia curie non habere, supplicaverunt humiliter, ut exhiberi sibi expensas huiusmodi de benignitate regia dignaremur... mandamus, quatinus... expensas cuiilibet eorum... debeas... exhibere... Dat. Bari die XVIII. novembris.

<sup>1)</sup> Erlaß vom 7. April 1278. Trifone p. 62 n. 48.<sup>2)</sup> n. 869.

873.

Trani 1278 November 28.

RA 1277 F n. 28 f. 246<sup>b</sup>; inseriert ebendort f. 247<sup>b</sup> und RA 1278/79 H n. 33 f. 196<sup>b</sup> (unten n. 876).

Eidem Symoni (de Bellovidere) etc. Quia Achilles Cavallerius de Brundusio fidelis noster de operibus, que de mandato nostro fiunt de novo in castro nostro Brundusii, talutum et certa alia opera ad extalium fieri facere convenit secundum convenciones et pacta habita inter curiam nostram et eum ad certam rationem et formam et pro certa pecunie quantitate, sicut Heliseus de Ludono olim viceiusticiarius Terre Ydronti fuit per litteras nostras<sup>1)</sup> plenarie informatus, per quem post ammocionem suam ab ipso officio Guidonem de Foresta iusticiarium Terre Ydronti suum in officio successorem per litteras suas mandavimus informari secundum nostrarum continenciam litterarum<sup>2)</sup> eidem Heliseo tempore sui officii directorum, et dictus Heliseus presens in curia nostra nobis exposuit et invenitur etiam per rationes suas, que in archivo nostre curie conservantur, quod tempore sui officii exhibuit eidem Achilli pro expensis dictorum operum, que ad extalium facere debuit et convenit, unc. aur. 178. . . , et beneplaciti nostri est, quod in operibus ipsis continue procedatur, sic continue diligenter et bene, quod in statutis terminis et ante, si fieri poterit, compleantur, . . . precipimus, quatinus statim receptis presentibus certificatus per litteras dicti Guidonis de Foresta iusticiarii Terre Ydronti tam de taluto quam de aliis operibus, que in dicto castro dictus Achilles ad extalium facere debuit et convenit, et de forma modo pactis et convencionibus, quibus et ad quam rationem ea facere debuit, secundum quod videlicet per litteras dicti precessoris sui iuxta formam mandatorum nostrorum eidem precessori suo exinde directorum de mandato nostro extitit informatus, et de quantitate pecunie eidem Achilli pro operibus ipsis exhibite per eundem Guidonem, et certificatus etiam de quantitate, quam in operibus ipsis, que ad extalium facere convenit, fieri fecit per mensuras, quas inde fieri facias et recipias te presente per magistros et alios viros expertos in talibus, computato valore apparatus, si quis ad presens in operibus ipsis est, ita quod exinde in aliquo non possit nostra curia defraudari, cum exinde tibi totaliter incumbamus, si inveneris et videris, quod iuxta convenciones et pacta habita inter nostram curiam et eundem de extalio ipso secundum continenciam litterarum nostrarum dicto Heliseo exinde directorum, super quibus per eundem Guidonem de Foresta fueris informatus, dictus Achilles fieri et compleri illam quantitatem in operibus ipsis fecerit, quam facere debuit pro quantitate pecunie recepta inde per eum a predicto Heliseo et predicto Guidone de Foresta ad illam rationem, ad quam opera ipsa facere debuit secundum convenciones et pacta habita inter curiam nostram et eundem, de residuo pecunie sibi debite pro extalio ipsorum operum exhibeas sibi unc. aur. 50. . . ad presens convertendas in complemento operum predictorum, recepta tamen prius ab eo sufficienti et ydonea fideiussoria caucione, quod pecuniam ipsam totam in expensis dictorum operum convertat et nichil de ea sibi retineat vel propriis negociis suis expendat, de pecunia curie nostre, quam tibi per magistros siclarios sicle nostre Brundusii mandavimus exhiberi. et si forte inveneris et videris, quod de tota pecunia recepta per eum tam a predicto Heliseo quam a predicto Guidone de Foresta non fecerit nec compleverit illam quantitatem, quam facere debuit secundum convenciones et pacta predicta computato valore apparatus, si quis ad presens in operibus ipsis habetur, exigas similiter et recipias ab eodem sufficientem et ydoneam fideiussoriam caucionem, quod sine mora qualibet fieri et compleri faciat in operibus ipsis totum id, quod faciendum et complendum restat usque modo pro tota summa pecunie sibi exhibita per predictum Heliseum et Guidonem de Foresta, ut exinde curiam nostram circumveneri in aliquo non contingat, nichilominus exhibeas de predicta pecunia iudici Marco et Nicolao de Ogento pro expensis aliorum operum, que de mandato nostro fiunt ad credenciam per manus eorum in castro predicto, unc. aur. 50. . . per eos in expensis ipsorum fideliter et integre convertendas. et instes continue aput eos tam aput extalierios quam credencierios supradictos, quod in operibus ipsis sic diligenter sollicite et bene procedant et procedi faciant, quod opera ipsa omnia celeriter et studiose iuxta provisionem nostram convenciones et pacta habita inter curiam nostram et eos<sup>3)</sup> in statutis terminis et ante, si fieri poterit, iuxta nostrum beneplacitum compleantur, cum tibi totaliter de predictis omnibus incumbamus. processum vero tuum, quem in hiis omnibus habendum duxeris, et ad quid et qualiter successive in ipsis operibus procedatur, distincte et per seriem nobis et magistris racionalibus etc. per litteras tuas scribas; recepturus de hiis, que pro predictis omnibus dederis, ad tui cautelam ydoneas apodixas. et si forte, cum pridie hiis diebus fuimus Brundusii, de mandato nostro de operibus ipsis fuit de novo aliquid provisum et ordinatum, ordinationem et provisionem huiusmodi facias adimpleri. Dat. Trani die XXVIII. novembris.

<sup>2)</sup> stati eos in Reg. extaleum nostrum, was keinen Sinn gibt.

<sup>1)</sup> n. 840.    <sup>3)</sup> n. 851 II.

874.

Lucera 1278 Dezember 17.

RA 1278/79 H n. 33 f. 195<sup>b</sup> bis 196<sup>a</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Ydronti). Pridem Symoni de Bellovidere etc. mandatum nostrum... direximus in hec verba: *es folgt n. 867.* verum quia *usw. mutatis mutandis wie n. 983*,... mandantes, quatinus opera ipsa omnia diligenter... compleri facias... Dat. Lucerie die XVII. decembris.

875.

Lucera 1278 Dezember 17.

RA 1277 F n. 28 f. 247<sup>b</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 196<sup>a</sup>.

Iusticiario Terre Ydronti. Pridem Symoni de Bellovidere... mandatum nostrum... direximus in hec verba: *es folgt n. 872* usque: verum quia *usw. wie n. 983 mutatis mutandis*, mandamus, si eisdem superstantibus nichil pro expensis eorum dedisti..., expensas... predictis... debeas exhibere... Dat. Lucerie die XVII. decembris.

876.

Lucera 1278 Dezember 17.

RA 1277 F n. 28 f. 247<sup>b</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 196<sup>a</sup>.

Iusticiario Terre Ydronti. Pridem Symoni de Bellovidere etc. super operibus, que fiunt in castro nostro Brundusii scripsimus in hec verba: *es folgt n. 873.* usque: verum quia *usw. wie n. 983, mutatis mutandis bis*:... si inveneris, quod idem Achilles fieri... fecerit illam quantitatem, quam... facere convenit..., eidem... exhibeas ad presens unc. aur. 50... convertendas totaliter in complemento operum predictorum... et si forte inveneris..., quod... non fecerit... illam quantitatem, quam facere debuit..., exigas... ab eodem... ydoneam fideiussoriam caucionem, quod sine mora qualibet fieri... faciat in operibus ipsis totum id, quod... restat... nichilominus exhibeas... iudici Marco et Nicolao de Ogento pro expensis aliorum operum, que de mandato nostro fiunt ad credenciam per manus eorum in castro predicto, unc. aur. 50. et instes *usw. wie n. 982.* Dat. Lucerie die XVII. decembris.

877.

Neapel 1279 Januar 18.

Siehe n. 283 III.

878.

bei Capua 1279 Februar 13.

I. RA 1277 F n. 28 f. 248<sup>b</sup> bis 249<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 198<sup>a</sup>; inseriert ebendorf f. 200<sup>b</sup> und RA 1277 F n. 28 f. 250<sup>a</sup> (unten n. 881). — Auszug: Minieri, Regno 1279 p. 4. Minieri, Fascicoli angioini p. 10.

Iusticiario Terre Ydronti etc. Ad litteras tuas celsitudini nostre missas, per quas intimasti, quod in opere turris, quam nuper in portu Brundusii pro sustentanda cathena fieri providimus, bono modo procedi non poterat, eo quod provisionem et ordinationem dudum inde per excellenciam nostram factam te asseris non habere: tibi taliter respondemus, quod mirantes non modicum, eo quod tu presens fuisti, quando turrim ipsam ordinavimus et providimus presentibus fratre Daniele, Pascali de Guarino prothontino Brundusii et Nicolao de Galiano<sup>a</sup>) et aliis, ecce quod provisionem et ordinationem ipsam tibi transmittimus, que inferius denotatur, fidelitati tue mandantes, quatinus statim receptis presentibus omni prorsus mora et occasione sublatis turrim ipsam secundum predictam provisionem et ordinationem nostram fieri facias cum expensis curie nostre faciendis de quacumque pecunia curie nostre, que undecumque est vel erit per manus tuas, et in alterius pecunie curie defectu de pecunia presentis generalis subvencionis, quam nuper in iurisdictione tua per te imponi et recolligi mandavimus, de qua oportuna propterea successive, sicut expediens fuerit et in ipso opere procedetur, pecuniam largiaris. et facta diligenti et legali extimacione in testimonio puplico per magistris et alios de fidelibus nostris ipsarum parcium, pro quanta quantitate pecunie opus ipsum fieri poterit, et ad quam rationem quelibet canna carrata ipsius, super quo fieri facias tria scripta puplica consimilia iuxta tenorem, quorum unum camere nostre, aliud magistris racionalibus etc. mittas, tercio tibi retento in tuo raciocinio producendo, si apparuerint aliqui, qui opus ipsum recipere vulerint ad extalium *usw. wie n. 823 mutatis mutandis.* et si forte in hiis omnibus aliquo consilio indigeres, voces ad te predictos prothontinum Brundusii et fratrem Daniele et etiam, si expediens fuerit, predictum Nicolaum de Galiano per litteras tuas autoritate presencium debeas evocare et utaris inde consilio eorundem. super quo opere celeriter et efficaciter faciendo et complendo illam instanciam curam et sollicitudinem adhibeas et facias adhiberi, quod ex celeri complemento ipsius nostris desideriis satisfiat et tu nostre celsitudini commendandus occurras. preterea si pro opere turris ipsius aliqua lignamina fuerint oportuna, illa in nemoribus et defensis

<sup>a</sup>) Im Reg. Daniele. Wohl nur Irrtum; verbessert nach der weiter unten im gleichen Dokument gebrauchten Namensform.

nostris Tarenti incidi et abinde ad opus ipsum deferri de predicta pecunia facias, quia custodibus nemorum et defensorum ipsarum, quod ad requisicionem tuam ligna huiusmodi necessaria pro turri ipsa libere incidi et deinde ad opus ipsum deferri permittant, speciales nostre littere<sup>1)</sup> diriguntur.

forma autem provisionis et ordinacionis nostre dudum inde habite, ut est dictum, hec est: videlicet [1] quod turris ipsa fiat ex altera parte portus intus in mari; que turris debet tenere unum caput cathene et aliud caput catene tenebit alia turris, que nunc est facta; et turris ipsa erit altitudinis supra aquam usque ad antepectus et mergulos cannarum 5; et antepectus et merguli erunt altitudinis palmorum 8. [2] item fundamentum ipsius turris usque ad 4 palmos supra aquam erit massicii et plenum; et cathena ponetur in 3 palmis ipsius massicii numeratis a pede; et 1 palmus massicii remanebit pro cathena ex parte superiori. [3] item ab ipsis 4 palmis ipsius massicii usque ad 1 cannam per altitudinem erit murus grossitudinis palmorum 4; et ab ipsa canna<sup>b)</sup> usque ad antepectus erit murus grossitudinis palmorum 3; et desuper erunt antepectus et merguli altitudinis palmorum 8. [4] item porta ipsius turris fiat ex parte terre; que erit altitudinis supra massicium palmorum 6. [5] item fiant in dicta turri 2 solaria; a capite videlicet superiori massicii usque ad primum solarium erit altitudo ipsius cannarum 2 et ab ipso primo solario usque ad ultimum erit altitudo cannarum 2 $\frac{1}{2}$ ; et desuper erunt antepectus et merguli altitudinis palmorum 8. [6] item porta ipsius erit amplitudinis palmorum 2 $\frac{1}{2}$ , altitudinis a superiori parte massicii palmorum 6; et erit barrata<sup>c)</sup> tam ex parte exteriori quam interiori<sup>d)</sup>. [7] item fiant in ipsa turri 2 tuceria, unum, quod defendet portam predictam, et aliud supra foramen, unde catena exibit; et quodlibet ipsorum tuceriorum debet esse longitudinis palmorum 5 et largitudinis palmorum 2. [8] item dicta turris erit largitudinis ex parte posteriori cannarum 3. [9] item retractus muri, qui fiet de 4 palmis in 3, fiat tali modo, quod due partes unius palmi retrahentur ex parte exteriori et tertia pars retrahetur ex parte interiori. Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam die XIII. februarii.

b) cathena, sinnlos. c) carrata, sinnlos. d) anteriori.

II. RA 1277 F n. 28 f. 248<sup>b</sup>.

Custodibus nemorum seu forestarum Tarenti. *Schreiben gemäß n. I.* Dat. apud turrim Capue, mense februarii, XIII. eiusdem.

## 879.

bei Capua 1279 Februar 18

RA 1278/79 H n. 33 f. 198<sup>a</sup> bis 199<sup>a</sup>; inseriert ebendort f. 216<sup>b</sup> (unten n. 896).

Guidoni de Foresta iusticiario Terre Ydronti etc. Quia mittimus tibi formam provisionis habite in nostri presencia per mag. Iohannem de Tullo et mag. Petrum de Angicurt . . . de operibus, que fiunt in castro nostro Brundusii tam intus quam extra castrum ipsum, secundum quam in operibus ipsis cum omni festinancia procedi volumus diligenter, . . . precipimus, quatinus in operibus ipsis secundum predictam provisionem tam per credencieros quam extallerios ipsorum operum procedi cum diligencia facias, nichil de provisione ipsa addi vel minui faciens, set ipsam provisionem in omnibus et per omnia per eosdem credencieros et extallerios facias observari; exhibiturus tam credencieriis quam extalleriis ipsis pecuniam oportunam, sicut in ipsis operibus procedetur, de quacunque fiscali pecunia curie et in eius defectu de pecunia presentis generalis subvencionis, que est vel erit per manus tuas; et recepturus de hiis, que dederis, ad tui cautelam ydoneam apodixam; recepta tamen ab eisdem extalleriis exinde fideiussoria cautione, quod pecuniam ipsam totam in expensis eorundem operum convertant et nichil de ea sibi retineant vel pro propriis negociis eorum expendant.

forma vero provisionis ipsius talis est: [1] quod totus murus camere garderobbe et sale debent elevari in altum ultra id, quod modo est, cannis 2 $\frac{1}{2}$  usque ad chavrones<sup>2)</sup>. et murus vetus castri ex parte maris ipsarum garderobbe camere et sale debent elevari similiter tantum, quod sit equalis predicto muro novo. et totus murus volte, que est per longum in muro vetere ipsius palacii, pro eo quod pendet intus in ipso palacio, debet incidi et dirui. [2] item debet fieri tabulamentum in predicta sala super trabes, que sunt catene tecti, que distant a primo solario per altitudinem cannarum 2 $\frac{1}{2}$ , ut superius dictum est. et quod in ipso secundo solario sale fiat ex parte occidentis camera una pro nobis, que erit infra muros longitudinis cannarum 5 $\frac{1}{2}$ , a capite videlicet fenestre, quod caput est prope ciminedam, et amplitudinis cannarum 3 $\frac{1}{2}$ . et ibi debet fieri unum castrum de lignaminibus, quod sit grossitudinis  $\frac{1}{2}$  palmi. et relique canne 6 et palmus 1 $\frac{1}{2}$  remanebunt pro sala. [3] item fiet in eadem sala cimineda una ex parte portus in medio ipsius

1) n. II. 2) Vgl. Du Cange s. v. chavrenus.

sale. et in eadem camera in angulo parietis novi ex parte castrī debet fieri cimineda una. et guardarroba erit intus in turri, que est iuxta ipsam cameram. [4] item in eadem camera fiant tres fenestre, una videlicet ex parte occidentis, alia ex parte portus et tertia ex parte muri novi. et fenestre ipse erunt duplices et habebunt columpnam in medio, sicut sunt alie fenestre ipsius palatii. et quelibet ipsarum fenestrarum erit amplitudinis, computata ipsa columpna, palmorum 6 et altitudinis palmorum 6. [5] item in secundo solario camere nostre, que nunc est facta in medio palatii, fiat alia camera, que erit infra muros longitudinis cannarum 5 et palmorum 7, amplitudinis infra muros cannarum 3<sup>1</sup>/<sub>2</sub>, altitudinis a secundo solario usque ad pedes decurriculum tecti cannarum 2<sup>1</sup>/<sub>2</sub>. et debent fieri in ipsa camera quatuor fenestre, due ex parte portus et alie due ex parte muri novi, que sint similes aliis fenestris ipsius palatii. et debet fieri cimineda una in ipsa camera per rectum super cimineda, que est in alia camera inferiori suptus ipsam cameram. [6] item in secundo solario guardarrobe nostre, que nunc est facta, fiat alia guardarroba, que erit longitudinis cannarum 6, amplitudinis infra muros cannarum 3<sup>1</sup>/<sub>2</sub>, altitudinis a secundo solario usque ad pedes decurriculum tecti cannarum 2<sup>1</sup>/<sub>2</sub>. et debent fieri in ipsa guardarroba fenestre tres, una ex parte orientis, alia ex parte muri novi et alia ex parte muri veteris. et debet fieri in ipsa guardarroba cimineda una per rectum super cimineda, que est in alia guardarroba inferiori subtus ipsam guardarrobam. [7] item omnes fenestre, que sunt in toto ipso palacio ex parte portus, erunt ferrate; et una ferratura distabit ab alia spacio medii pedis manualis. [8] item in pede scale palatii fiat appendicium longitudinis cannarum 12 et amplitudinis cannarum 3<sup>1</sup>/<sub>2</sub>. et fiant 8 fenestre: a 10 palmis in 10 fiat una fenestra; et una canna remaneat ab uno capite ipsius appendicii et alia canna ab alio capite eiusdem appendicii, unde fenestre incipiunt, et fiat in medio ipsius appendicii porta una. et fiant quatuor fenestre in tecto collaticie pro faciendo lumine, quod possint aperiri et claudi, quando placuerit. et fiat murus unus ex parte curtis castrī, longitudinis cannarum 12, amplitudinis palmorum 2, altitudinis palmorum 10. et due turres, que sunt in ipso appendicio, una videlicet, que est ex parte palatii, deputabitur pro paneteria nostra et alia, que est in alio capite ipsius appendicii, deputabitur pro stationaria. [9] item aperiatuŕ murus turris rotunde, que est in capite palatii ex parte fontane. et fiat in ea porta una, quod homo possit intrare a primo solario palatii ad turrim ipsam, que erit pro guardarroba nostra. [10] item fiat in castro Brundusii pons unus levaticius de lignaminibus inter turrim rotundam et turrim porte castrī, in cortina videlicet castrī, que est inter predictas turres; in qua cortina sunt tres archerie; et in medio archerie inferioris cadet et erit medietas pontis predicti. [11] item scala palatii, que nunc est, cohoperiatuŕ de lignaminibus et plintis. [12] item quod supra scala primi solarii palatii eiusdem castrī fiat scala una de lignaminibus, per quam ascendatur ad cameram nostram, que erit in secundo solario palatii, que erit amplitudinis palmorum 6, altitudinis quantum erit necesse, sic quod fenestra, que est in primo solario palatii, non obscuretur propter ipsam scalam. que scala debet cohoperiri de lignaminibus et plintis. [13] item quod alia turris rotunda, que est prope portam castrī, debet elevari, plus quam modo est, 3 assisiis de tufis. et desuper erunt antepectus et merguli altitudinis palmorum 8, sic quod ipsa turris fiat equalis alie turri, que est ex alia parte porte dicti castrī. et fiat in ipsa turri super corbellos grossos unum tabulatum de lignaminibus. et super isto tabulato fiat alium tabulatum. et deinde fiant antepectus et merguli. [14] item fiat tuceria ab uno capite tocium anditus, qui est ex parte portus Brundusii, usque ad aliud caput eiusdem anditus secundum alia tuceria, que ibi sunt. et fiant super illis tuceriis porte cum anulis ferreis. et predictus anditus debet impleri de terra per altitudinem 1 palmi; et 3 palmi debent remanere vacui desuper. [15] item quod talutum a porta castrī usque ad brayam novam, que est supra tarsianatum, elevetur in altum, plus quam fuerat ordinatum, palmis 6. et super istis 6 palmis debent fieri merguli et antepectus, altitudinis palmorum 8. [16] item anditus, per quem itur ad turrim, que est super portum, que vocatur lubrazulum, destruatur. et scala predicta similiter destruatur; et alia scala de novo non fiat, set fodiatuŕ usque inferius, quod talutum vadat rectum, sicut aliud talutum; et non fiat aliqua turris. [17] item murus vetus tarcianatus debet venire per rectum usque ad lapidem positum per nos in fossato prope talutum. et Nicolaus de Ogento faciet talutum usque ad dictum lapidem et Achilles faciet aliud talutum usque ad dictum lapidem. in taluto, quod faciet fieri Achilles, erit archeria una, que respiciet per rectum murum tarsianatus, quod homo possit trahere per illam archeriam super murum tarsianatus per rectum. [18] item debet elongari talutum novum 3 cannis usque ad locum, ubi dictus mag. Petrus designavit cum fuste in presencia nostra. [19] item ab ipso loco designato per eundem mag. Petrum debet fieri murus unus quatratus, qui erit longitudinis cannarum 4. in quo muro fiat posterula una, que erit longitudinis palmorum 4 et altitudinis palmorum 6. [20] item in pede turris rotunde debet fieri scala una de tuffis, per quam assendatur ad brayam superiorem. et iuxta ipsam turrim rotundam, videlicet in andito braye superioris, fiat posterula una, amplitudinis palmorum 3, altitu-

dinis palmorum 5, per quam descendatur ad brayam inferiorem. [21] item a predicto muro quadrato usque ad aliud talutum, quod est ex parte fontane, debet explanari terra et fieri talutum secundum modum et formam alterius taluti facti, ita quod sit coniunctum cum predicto taluto facto. [22] item fontana erit extra talutum ipsum. Dat. apud turrim etc. die XVIII. februarii VII. ind.

## 880.

bei Capua 1279 März 9.

RA 1278/79 H n. 33 f. 200<sup>a</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1279 p. 6.

Eidem iusticiario (Terre Ydronti). De te satis celsitudo nostra mirari cogitur et moveri, quod, cum de hospicio nostro sis et circa latus nostrum iam diu in nostra curia eruditus et ob dilectionem, quam in te gerebamus et gerimus, tibi officium iusticiariatus in Terra Ydronti commiserimus, de tua industria et sagacitate confisi, tu circa executionem mandatorum nostrorum, que recipis, et illorum potissime, que nostre scis beneplacito residere, omnem sollicitudinem vigilantiam et diligenciam adhibere deberes, set in te per effectum operis totum contrarium invenimus, quia mandatis ipsis non obtemperans, ea ducis potius in contemptum, quam effectum debito exequaris, non attendens, quod, hoc satis egre et moleste ferentes, tuam sciamus negligentiam et contumaciam corrigere et punire. hinc est, quod, cum tibi sub certa forma mandatum<sup>1)</sup> nostre celsitudinis emanavit super construenda turri pro regenda cathena portus Brundusii pro opere ipsius cathene, illud nec in parte nec in toto executus es et exequi etiam non intendis, sicut nuper accepimus per Iohannem de Spagni vallectum nostrum, contra beneplaciti nostri votum, quod tibi oretenus et per scripta expresse aperuisse recolimus, credentes te in hoc magis devotum velocem et promptum et non sic tepidum invenire. ideoque... precipimus, quatinus statim... circa celerem et instantem executionem predicti mandati nostri... et aliorum etiam... que executus non es, sic te gratum et obsequiosum prebeas, eo modo invigiles et insistas, quod negligencia hucusque commissa per effectum processus laudabilis et sollertie subsequens totaliter redimatur et te, quem ingratum<sup>a)</sup> retorquenda segnicies efficit, gratum<sup>b)</sup> sollicitudo et vigilantia<sup>c)</sup> commendandum nostre celsitudini representet. scire enim te volumus, quod, si huiusmodi segnicem et contumaciam tuam continuaveris, contra te et bona tua eo modo et sic acute procedemus, quod tibi ad terribilem penam cedet, que te et alios edocebit, quam sit in mandatorum nostrorum executione cum omni sollicitudine procedendum; quod, si forte intencionis tue sit et proposueris in predictis nostris serviciis sic deinceps, ut hactenus, te gerere tepidum et remissum, id statim per litteras tuas nostre referas maiestati, ut executionis serviorum et mandatorum nostrorum congruo et oportuno remedio providere possimus. processum vero, qui in premissis habitus est et deinceps habebitur, celsitudini nostre et magistris racionalibus etc. per litteras tuas studeas intimare. Dat. apud turrim s. Herasmi VIII. martii.

<sup>a)</sup> ingrata.

<sup>b)</sup> grata.

<sup>c)</sup> so wohl zu verbessern statt negligentia.

## 881.

bei Capua 1279 März 12.

RA 1277 F n. 28 f. 250<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 200<sup>a</sup>.

Iusticiario Terre Ydronti. Significasti nobis... quod circa opus turris de novo construende in portu Brundusii non potes procedere nec procedes, nisi tibi ordinacio et provisio nostra de opere ipso habita per nostras litteras distinguatur. de quo mirantes non modicum, cum provisionem ipsam tibi scripsisse<sup>2)</sup>... recolamus, ecce quod ad maiorem cautelam, ut omnis tibi super hoc tollatur occasio, formam mandati nostri tibi super negocio ipso missi presentibus litteris duximus inserendam...: *es folgt n. 878 I.* volumus preterea et mandamus, ut tam turrim ipsam, quam alia opera curie nostre, que fiunt in iurisdictione tua tam ad extalium quam ad credenciam, fieri et compleri facias... diligenter... unum tamen te et alios officiales nostros scire volumus, quod si pretestu huiusmodi frivole questionis et cavillationis, quam pretenditis super executione et prosecutione nostrorum operum aliquam moram commiseritis vel defectum, te et eos de defectu ipso puniemus ad penam alte et basse iuxta nostrum beneplacitum et mandatum et vobis cavillationes et questiones ipse frivole non valebunt. Dat. apud turrim die XII. marcii.

## 882.

bei Capua 1279 März 20.

RA 1277 F n. 28 f. 250<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 201<sup>a</sup>.

Iusticiario Terre Ydronti etc. [I] Satis expresse te sollicitavimus pluries<sup>3)</sup> circa perficienda et complenda omnia opera nostra, que fiunt tam intus quam extra castrum Brundusii, et turris, quam in portu civitatis ipsius pro substinenda cathena fieri celsitudo nostra providit, secundum certum modum et formam

<sup>1)</sup> n. 878 I.

<sup>2)</sup> n. 878 I.

<sup>3)</sup> n. 880 und n. 881.

tibi de operibus ipsis et turri per ipsas nostras litteras denotatas. et quia celere complementum ipsorum operum et turris intime affectamus, . . . precipimus . . . , quatinus sic ferventer acceleres ipsorum omnium operum complementum et circa ea sedulus pervigil et obsequiosus existas, quod studio et diligencia tua in hiis adhibendis celeriter et laudabiliter compleantur et satisfacias exinde votis nostris, ita quod palacium nostrum ipsius castris per totum proximum futurum mensem iunii ad tardius infallibiliter compleatur, cum id habiliter fieri possit, si super hoc debitam diligenciam et cautelam adhibueris et feceris adhiberi. [1] ceterum mag. Petrus de Angicurt presencialiter culmini nostro exposuit, quod in operibus, que fiunt per Achillem Cavallerium extallerium, provisum est per mag. Petrum prothomagistrum ipsorum operum fieri hedi-  
ficia infrascripta videlicet: [1] quod in descensu, qui est sub turri rotunda supra mare versus fontem, usque ad locum, ubi fuit per nos provisiva posterula, fiat murus unus de lapidibus tufi Curiliani ex parte castris et turris ipsius; qui murus sit amplitudinis palmorum 3 et longitudinis cannarum 10, videlicet a parte orientis in descensu sub turri ipsa cannarum 6 et ultra turrim ipsam versus occidentem et dictam posterulam cannarum 4, et altitudinis cannarum 2. [2] item ex parte maris et maczie alius murus amplitudinis palmorum 2 et eiusdem longitudinis circa turrim rotundam et ultra turrim ipsam altitudinis cannarum 2; et quod supra ipsos muros fiat volta una, per quam voltam inferius et superius equos et pedes comode et habiliter ire et discurre quilibet possit; et quod parapectus et merguli, qui fieri debent ex illa parte, fiant supra ipsam voltam et continuantur ad lineam et livellum cum aliis parapectis et mergulis sub turri magistra et extra civitatem versus fontem, que fit per iudicem Marcum et Nicolaum de Ogento. [3] in quo opere providit idem mag. Petrus esse necessaria pro volta et muris ipsis lapidum 3000, emenda ad rationem de tar. 2 et gr. 8 pro quolibet centenario pro unc. 2 et tar. 12; et pro delatura ipsorum lapidum de petrara usque ad dictum castrum providit esse necessarias ad rationem de augustali 1 pro quolibet centenario unc. 7 et tar. 15; et pro operis magistrorum calce manipulis et aliis rebus necessariis pro ipso opere unc. aur. 5. que pecunia est in summa iuxta ipsam provisionem predicti mag. Petri unc. 14 et tar. 27: super quo volumus et mandamus, quod opus ipsum faciendum ipso modo exponi facias legali et diligenti subastacione premissa in extalium concedendum *usu. wie n. 823 mutatis mutandis*. Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam die XX. marcii.

## 883.

bei Capua 1279 März 24.

I. RA 1277 F n. 28 f. 251<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 202<sup>a</sup>.

Iusticiario Terre Ydronti etc. Scire volumus fidelitatem tuam, quod nuper excellencia nostra providit, ut turris, que est in uno capite palacii castris nostri Brundusii super tarsinato ex parte orientis, fieri debeat modo subscripto: videlicet [1] quod sit equalis alteri turri, que est ab altera parte ipsius palacii. [2] et si volte ipsarum turrium sunt magis alte, quam est secundum solarium dicti palacii, debeat arrasari et adequari. [3] et postmodum fiat in ipsa turri existenti ex parte orientis solarium, quod sit equale solario alterius turris predictae. [4] et si solarium dicti palacii esset magis vel minus altum solario dictarum turrium, fiant ibi gradus necessarii pro assensu et descensu. [5] providimus insuper, quod a turri, que est ante portam ipsius castris, fiat murus unus carratus illius altitudinis, cuius sunt brahe ipsius castris. [6] et ex altera crosta alterius turris, que est ex alia parte, fiat similiter murus unus carratus, illius similiter altitudinis, cuius sunt brahe ipse. [7] et inter ipsas duas turres fiat pons unus levaticius. [8] et terra, que est modo inter ipsas duas turres, remaneat, sicut modo est, iuxta quod de hiis turribus mag. Petrus de Angicuria, qui ad partes ipsas de mandato nostro se confert, ad plenum extitit in nostra presencia informatus.

quare. . . precipimus, quatinus habita informacione predicti mag. Petri et facta diligenti provisione et extimacione per magistros et alios probos viros expertos in talibus, ita quod in hiis curiam nostram circumveniri vel decipi in aliquo non contingat, necessariam quantitatem pecunie pro iustis necessariis et moderatis expensis ipsius operis de quacumque pecunia curie nostre, que est vel erit per manus tuas, et in ipsius defectu de pecunia presentis generalis subvencionis iurisdictionis tue dictis expensoribus successive, sicut expedierit, iuxta quod in ipsis operibus procedetur, debeas assignare; apodixas ydoneas de hiis, que dederis, recepturus; et significaturus magistris racionalibus etc. quantitatem pecunie, que provisiva fuerit proinde oportuna, et quam eis duxeris assignandam. significes etiam celsitudini nostre et predictis magistris racionalibus provisionem et ordinationem, quam dictus mag. Petrus fecerit in premissis. Dat. apud turrim etc. die XXIII. marcii.

II. RA 1277 F n. 28 f. 251<sup>a</sup>.

Iudici Marco et Nicolao de Ogento de Brundusio expensoribus operis castris Brundusii etc. Scire volumus fidelitatem vestram, quod nuper excellencia nostra providit, ut turris, que est in uno capite palacii castris

nostris Brundusii supra tarsinato etc. usque<sup>1)</sup>: quare fidelitati vestre precipimus, quatinus opera ipsa omnia, prout dictus mag. Petrus vos iuxta ordinationem et provisionem nostram exinde informabit, studiose diligenter et fideliter fieri faciatis de pecunia curie nostre requirenda et recipienda per vos propterea a Guidone de Foresta iusticiario Terre Ydronti... , cui exinde nostras litteras destinamus<sup>2)</sup>; et significetis celsitudini nostre et magistris racionalibus magne curie nostre provisionem et ordinationem, quam dictus mag. Petrus fecerit in premissis. Dat. ut supra (apud turrim etc. die XXIII. marcii).

## 884.

bei Capua 1279 März 28.

RA 1277 F n. 28 f. 251<sup>ab</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 202<sup>a</sup>; inseriert RA 1277 F n. 28 f. 262<sup>ab</sup> und RA 1278/79 H n. 33 f. 205<sup>a</sup> (unter n. 887).

Eidem (iusticiario Terre Ydronti). Pro parte Iohannis Marci et Alberici Burgundi... fuit nostre celsitudinis... supplicatum, quod, cum pridem ipsos statuerimus superstantes operum nostrorum, que fiunt in Brundusio et turri, que dicitur Lucaballu, et tibi de exhibendis eis expensis ad certam rationem... per nostras dederimus litteras<sup>3)</sup> in mandatis, tu cavillose protendens, de pecunia nostre curie non habere, ipsis de ipsis eorum expensis nec in parte nec in toto satisfacere... denegas... , eis super hoc provideri de benignitate regia mandavimus: ... mandamus, quatinus predictis superstantibus expensas... exhibere procures... Dat. apud turrim die XXVIII. marcii.

## 885.

bei Capua 1279 April 5.

RA 1277 n. 28 f. 259<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 203<sup>ab</sup>. FA \* (Carte sciolte) f. 290<sup>b</sup> bis 292<sup>ab</sup>).

Eidem iusticiario (Terre Ydronti) etc. Cum pro subscriptis operibus, que fiunt in terra Ville nove et turri, que dicitur Lucaballu, de mandato curie nostre, subscripta lignamina necessaria reputentur secundum assercionem mag. Iohannis de Tullo ingenierii nostri in curia nostra factam, ... precipimus, quatinus lignamina ipsa in terris iurisdictionis tue, in quibus celerius et comodius inveniri et meliori foro haberi et a quibus cum minoribus expensis ad opera ipsa deferri poterunt, emere debeas cum consciencia et noticia dicti mag. Iohannis de quacunque pecunia curie nostre, que undecunque est vel erit per manus tuas, et in defectu alterius fiscalis pecunie de pecunia presentis generalis subvencionis terris iurisdictionis tue imposita, precio quo poteris pro nostra curia meliori, et ea ad opera ipsa, prout de quolibet operum eorundem inferius declaratur, deferri facias cum iustis necessariis et moderatis expensis de eadem pecunia faciendis ac ipso mag. Iohanni in eisdem operibus assignari; a quo de receptione ipsorum et a venditoribus de precio empicionis et a delatoribus de expensis delature apodixas ydoneas recepturus; et significaturus per litteras tuas celsitudini nostre et magistris racionalibus etc. quantitatem pecunie, quam pro empicione et delatura ipsorum lignaminum exolveris, et in quibus terris ea emi contigerit, particulariter et distincte. et in executione ipsius negotii sic fideliter et diligenter procedas, quod in hiis curiam nostram circumveniri vel decipi aliquatenus non contingat; quod si forte huiusmodi omnia lignamina, que inferius describuntur, pro ipsis oportuna operibus non fuerint, provisione super hiis utili et fideli prehabita, illa ex eis tantum emere debeas, que pro eisdem operibus necessaria utilia et sufficiencia videbuntur, ut in empicione superfluum lignaminum curia nostra expensis inutilibus non gravetur. lignamina vero, que dictus mag. Iohannes necessaria esse assuerit, et pro quibus operibus, hec sunt: videlicet [1] in Villa nova: [1] pro faciendis filangiis in palacio ipsius terre: trabes de quercu vel de ulmo 6, quelibet longitudinis cannarum 3 et amplitudinis 1 palmi manualis per quamlibet faciem. [2] item pro faciendis sarcinalibus: trabes de abiete 12, quelibet longitudinis cannarum 4 et amplitudinis palmi 1 1/2 et grossitudinis palmi 1 de canna. [3] item trabes de abiete 12, quelibet longitudinis cannarum 3 1/2, amplitudinis per quamlibet faciem palmi 1 de canna pro faciendis traginis supra sarcinalibus. [4] trabes de abiete 70, quelibet longitudinis cannarum 3 1/2, amplitudinis per quamlibet faciem 1 palmi de canna, pro faciendo tabulato eiusdem palatii. [5] tabule serraticie 140, quelibet longitudinis cannarum 3, amplitudinis palmi 1 1/4 et grossitudinis 2 digitorum, pro faciendo tabulamento. [6] trabes de quercu vel de ulmo aut de frassino 12, quelibet longitudinis cannarum 3, amplitudinis 1 palmi manualis per quamlibet faciem, pro faciendis filangiis supra muros. [7] trabes de abiete 12, quelibet longitudinis cannarum 4, amplitudinis palmi 1 1/2 de canna et grossitudinis palmi 1 de canna, pro faciendis cathenis. [8] trabes de abiete 24, quelibet longitudinis palmarum 22, amplitudinis per quamlibet faciem palmi 1 de canna, pro faciendis forficibus. [9] trabes de abiete 18, quelibet longitudinis cannarum 3, amplitudinis per quamlibet faciem palmi 1 de canna, pro faciendis festis et filangiis. [10] trabes de abiete 150,

1) *Wic. n. I.*2) *n. I.*3) *n. 869.*4) *Vgl. n. 892.*



quelibet longitudinis cannarum 2 et palmorum 6, amplitudinis per quamlibet faciem 1 palmi manualis, pro faciendis decurrentibus. [11] tabule de symia 650, quelibet longitudinis canne 1 pro cohopenura tecti eiusdem palatii. [12] trabes de quercu 3, quelibet longitudinis palmorum 10, amplitudinis palmi 1½ et grossitudinis palmi 1 manualis, pro facienda cimineda in sala eiusdem palatii. [13] tabule de ulmo vel de frassino aut de salicone 20, quelibet longitudinis palmorum 10, amplitudinis palmi 1½ et grossitudinis digitorum 2, pro faciendis hostiis et ianuis et fenestris ipsius terre Ville nove. [11] item in predicta turri, que dicitur Lucaballu, necessaria sunt pro faciendis tribus tabulatis in eadem turri lignamina infrascripta: videlicet [1] pro primo tabulato: trabes de abiete 2, quelibet longitudinis cannarum 4 et palmorum 5, amplitudinis palmi 1½ et grossitudinis palmi 1 de canna, pro faciendis sarcinalibus. [2] tabule de abiete 2, quelibet longitudinis cannarum 4 et palmorum 5 et amplitudinis per quamlibet faciem palmi 1 de canna, pro faciendis traginis. [3] trabes de abiete 24, quelibet longitudinis palmorum 22, amplitudinis per quamlibet faciem palmi 1, pro faciendo ipso tabulato. [4] trabes de abiete 24, quelibet longitudinis palmorum 12 et amplitudinis per quamlibet faciem palmi 1, pro eodem tabulato. [5] tabule serraticie 70, quelibet longitudinis cannarum 2½, amplitudinis palmi 1¼ et grossitudinis digitorum 2. [6] item pro faciendis reliquis duobus tabulatis eiusdem turris pro quolibet ipsorum tabulatorum necessaria sunt lignamina eiusdem quantitatis et mensure eodem modo, sicut pro predicto primo tabulato eiusdem turris. [7] item trabes de abiete 6, quelibet longitudinis cannarum 3½, amplitudinis per quamlibet faciem 1 palmi de canna, pro faciendis scalis in<sup>a)</sup> predictis tribus tabulatis. [8] tabule de salicone 50, quelibet longitudinis 9 vel 10 palmorum, amplitudinis palmi 1¼ de canna, grossitudinis digitorum 2, pro faciendis gradibus in<sup>b)</sup> predictis scalis. [9] tabule de frassino vel de ulmo aut de salicone 12, quelibet longitudinis canne 1, amplitudinis palmi 1½ et grossitudinis digitorum 2, pro faciendis portis ipsius turris. [111] et necessarie sunt tabule pro faciendis hostiis in ianuis et portellis predictae terre Ville nove. Dat. apud turrim s. Herasmi V. aprilis VII. ind.

a) fehlt Reg.

b) fehlt Reg.

886.

bei Capua 1279 April 8.

RA 1277 F n. 28 f. 258<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 203<sup>a</sup>. FA \* (Carte sciolte) f. 292<sup>ab</sup>. — Schulz IV 61 n. 155 (unter falschem Jahre)<sup>1)</sup>.

Iusticiario Terre Ydronti. Quia mag. Iohannes de Tullo ingenierius... presens in curia nostra exposuit, quod necessarii sunt pro operibus Ville nove, palatii Brundusii et turris, que dicitur Lucaballu, magistri ascie ferrum ceramide, que particulariter dixit distinguere nequissime, ... precipimus, quatinus... huiusmodi magistros ferrum et ceramidas in numero et quantitate tantum necessariis... ipsi mag. Iohanni... assignare procures, soluturus predictis magistris gagia... ad rationem de gr. aur. 15... per diem... et exhibiturus pro emptione et delatura ipsorum ferri et ceramidarum... de pecunia necessariam quantitatem... Dat. apud turrim s. Herasmi die VIII. aprilis.

887.

Neapel 1279 Mai 2.

RA 1277 F n. 28 f. 262<sup>ab</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 205<sup>b</sup>.

Eidem (Symoni de Bellovidere viceammirato a flumine Tronti usque Cutronum et iusticiario Terre Ydronti). Olim Guidoni de Foresta, tuo in officio precessori, scripsimus in hoc forma: *es folgt n. 884* usque: verum quia dictus condam Guido eisdem superstantibus de eorum expensis nec in parte nec in toto satisfecit... precipimus, quatinus predictis superstantibus expensas... exhibere procures... Dat. Neapoli, mense madii, II. eiusdem.

888.

bei Capua 1279 Mai 5.

RA 1278/79 H n. 33 f. 205<sup>b</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Ydronti). Quia, sicut nuper accepimus, quamplures magistri, qui olim laborabant in operibus nostris, que fiunt in castro nostro Brundusii et in turri, que dicitur Lucaball(u), ab eisdem operibus sine licencia recedentes, se contulerunt ad alia opera privatorum de iurisdictione tua in dispendium nostrorum operum predictorum, mirantes inde non modicum, quod, cum te pro certo credamus scire, quantum celeris perfectio predictorum operum resideat cordi nostro, tu eosdem magistros in aliis operibus privatorum laborare permittis, ipsis nostris operibus derelictis... precipimus, quatinus statim... ad requisicionem Iohannis Marci familiaris nostri prepositi ipsorum operum et credenciorum et extal-

<sup>1)</sup> Vgl. n. 893.

teriorum eorundem operum predictos magistros, qui recesserunt a prefatis operibus, sive laborent in aliis operibus sive non, ubicumque ipsos in iurisdictione tua inveneris, et in eorundem defectu alios magistros de iurisdictione ipsa ad laborandum in dictis nostris operibus ire... debeas coercere... Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam V. madii VII. ind.

**889.***Siehe n. 996.**bei Capua 1279 Mai 5.***890.***RA 1277 F n. 28 f. 262<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 205<sup>b</sup>.**bei Capua 1279 Mai 6.*

Symoni de Bellovidere viceammirato a flumine Tronti usque Cutronum et iusticiario Terre Ydronti. Pro parte mag. Petri de magistro Calozurio de Licio extallerii operis turris, que dicitur Lucaballu, in Brundusio... celsitudini nostre fuit expositum, quod, cum mandaverimus<sup>1)</sup> dudum... condam Guidoni de Foresta, tuo in officio... precessori, ut quantitatem pecunie conveniam ipsi extallerio... successive... in ipso opere exhiberet, et mortuo ipso Guidone requisiverit a te pecuniam ipsam... tu pecuniam huiusmodi denegas sibi dare: ... precipimus, quatinus... totam quantitatem pecunie residuam ad solvendum sibi de predicto extalio... prefato extallerio successive exhibeas. ... et ne, dum a predicta terra Brundusii te interdum pro serviciis nostris officii tui abesse contigerit, super exhibenda pecunia ipsa aliquis defectus emergat, ... mandamus, ut... dimittas ipsam pecuniam sibi dandam penes aliquos fideles et sufficientes campos terre predictae, per quos ordines pecuniam ipsam dicto extallerio... exhiberi... Dat. apud turrim s. Herasmi die VI. madii.

**891.***I. RA 1277 F n. 28 f. 265<sup>ab</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 210<sup>b</sup>.**Neapel 1279 Juni 6.*

Lodoyco de Montibus militi familiari et fideli suo. ... te iusticiarium Terre Ydronti, ammoto abinde Symone de Bellovidere viceamirato a flumine Tronti usque Cutronum, qui nunc officium iusticiariatus ipsius per curiam nostram gerit, ... duximus statuendum, ... mandantes, quatinus... informatus ad plenum de singulis operibus curie nostre, que fiunt tam in Brundusio et turri, que dicitur Lucaballu, quam in terra Ville nove, et de nominibus et cognominibus extalleriorum et expensorum ipsorum operum, et de quantitate pecunie exhibita tam per predictum Guidonem de Foresta quam Simonem de Bellovidere pro quolibet eorundam, de quibus omnibus te per eundem Symonem precipimus<sup>2)</sup> reddi<sup>3)</sup> certum<sup>3)</sup>, pecuniam oportunam pro operibus ipsis extalleriis videlicet et credenciis eorum... exhibere procures... informeris insuper per eundem Symonem de toto processu habito in facienda turri, quam in portu Brundusii pro regenda cathena ipsius portus... fieri... mandavimus, et... circa celere complementum turris ipsius... insistas et pecuniam successive pro eodem opere oportunam... largiaris... Dat. Neapoli die VI. iunii.

<sup>a)</sup> redi.*II. RA 1277 F n. 28 f. 264<sup>b</sup> bis 265<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 213<sup>a</sup>.*

Simoni de Bellovidere viceamirato a flumine Tronti usque Cutronum familiari et fideli suo. *Schreiben gemäß n. I. Dat. Neapoli die VI. iunii.*

**892.***[1279 nach Juni 6]<sup>4)</sup>.*

*FA ★ (Carte sciolte) f. 292<sup>a</sup>. Anschließend an das Mandat n. 885, das nach dem Tode des Anfang April 1279 gestorbenen Justitiars Guido de Foresta dem Stellvertreter Symon de Bellovidere übergeben worden war und von diesem nach seinem Ausscheiden aus dem Amte (6. Juni 1279) unerledigt dem Nachfolger überreicht wird:*

Ad cuius executionem mandati propter absenciam dicti mag. Iohannis per me predictum Symonem tempore mei officii processum non fuit. datur pro predenti, ut idem successor meus mandatum ipsum iuxta sui continentiam in omnibus exequetur.

**893.***[1279 nach Juni 6]<sup>5)</sup>.**FA ★ (Carte sciolte) f. 292<sup>b</sup>. Anschließend an n. 886; vgl. die Bemerkung zu n. 892.*

Ad cuius executionem mandati per me predictum Symonem tempore mei officii processum non fuit, pro eo quod mag. Iohannes de Tullo, ad cuius requisitionem huiusmodi magistros, ferrum et ceramidas

<sup>1)</sup> Wohl n. 851.<sup>2)</sup> n. II.<sup>3)</sup> Dies geschah durch den Quaternus, dessen Reste erhalten sind, und dem die beiden Stücke n. 892 und n. 893 entnommen sind.<sup>4)</sup> Über die Datierung siehe Anm. 3.<sup>5)</sup> Über die Datierung siehe Anm. 3.

in numero et quantitate necessariis querere invenire ac ipsi mag. Iohanni in dictis operibus assignare debebam, ad predictas partes iurisdictionis mee hactenus non accessit. propter quod datur in pendenti, ut idem successor meus mandatum ipsum iuxta sui continenciam in omnibus exequetur.

## 894.

Neapel 1279 Juni 13.

I. RA 1277 F n. 28 f. 252<sup>a</sup>. — Schulz IV 82 n. 218.

Lodoyco de Montibus iusticiario Terre Ydronti etc. Nicolaus de Ogento et iudex Marcus de Brundusio superastantes operum, que fiunt de mandato nostro in castro nostro Brundusii, . . . nuper excellencie nostre per litteras eorum intimarunt, quod, quia<sup>a)</sup> lignamina silicet catene trabes et tabule pro tabulamento et alia lignamina necessaria et provisiva pro operibus secundi solarii palatii nostri et appendicii, que in castro ipso fiunt, non inveniuntur in Brundusio nec haberi posse sperantur ibidem, ob quorum lignaminum defectum possent predicta opera contra voti nostri beneplacitum retardari, super habendis lignaminibus ipsis de aliis partibus Apulie, in quibus lignamina ipsa celerius inveniri posse creduntur, providere nostra serenitas dignaretur. nolentes igitur, quod predicta opera nostra debeant defectu ipsorum lignaminum retardari, . . . precipimus, quatinus incontinenti . . . lignamina ipsa omnia per litteras tuas, in quibus eadem lignamina contineantur particulariter et distincte, requiras a Fulcone de Roccafolia iusticiario Terre Bari!) . . ., ut ipsa aput Brundusium de partibus iurisdictionis sue sine aliqua dilacione transmittat et ibi ea tibi faciat assignari per te postmodum predictis expensoribus celeriter assignanda. nos enim eidem Fulconi per speciales litteras nostras . . . damus expressius in mandatis<sup>2)</sup>, ut . . . lignamina ipsa . . . statim in partibus iurisdictionis sue, in quibus celerius et comodius per curiam nostram invenerit, emere debeat et aput Brundusium tibi assignanda sine aliqua tarditate studeat destinare. tu vero in executione presentis mandati nostri nullam committas moram negligenciam vel defectum, quia, si occasione defectus tui predicta nostra opera tardarentur, ad omne dampnum expensas et interesse, que propterea curia nostra subiret, te volumus eidem curie nostre teneri; rescripturus per litteras tuas celsitudini nostre et magistris racionalibus magne curie nostre totum processum tuum, quem in premissis habueris, quicquid inde feceris, diem quo lignamina ipsa receperis, et diem etiam quo ipsa predictis superastantibus assignabis. et quia incredibile reputatur, quod in partibus Terre Ydronti lignamina huiusmodi nequeant inveniri, volumus, quod, priusquam predictum iusticiarium requiras, videas et scias, si in Brundusio inveniri poterunt, et ea, ut celerius habeantur, emere debeas precio quo poteris pro nostra curia meliori de quacumque pecunia curie nostre, que undecumque est vel erit per manus tuas, et in alterius fiscalis pecunie defectu de pecunia presentis generalis subvencionis iurisdictionis tue, et empta predictis superastantibus assignabis in eisdem operibus convertenda. et si per te inveniri et emi contingerit, eundem iusticiarium Terre Bari exinde per litteras informes, ut ad ea emenda aliquatenus non procedat. et quicquid inde feceris, nobis et predictis magistris racionalibus per litteras tuas scribas. Dat. Neapoli die XIII. iunii.

<sup>a)</sup> fehlt Reg.II. RA 1278/79 H n. 33 f. 180<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Bari). Gemäß n. I. Dat. Neapoli XIII. iunii.

## 895.

S. Angelo de' Lombardi 1279 Juli 4.

RA 1278/79 H n. 33 f. 180<sup>a</sup>.

Similes<sup>3)</sup> facte sunt iusticiario Terre Ydronti super sollicitudine habenda in operibus, que fiunt in iurisdictione sua, videlicet in operibus turris, que dicitur Lucaballu, et turris cathene portus Brundusii ceterisque operibus et palacio, quod fieri mandavimus in terra Ville nove etc. ut supra. Dat. ut supra (apud s. Angelum de Lombardis IIII. iulii).

## 896.

Lagopesele 1279 August 9.

RA 1278/79 H n. 33 f. 216<sup>a</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Ydronti). Dudum Guidoni de Foresta tunc iusticiario Terre Ydronti litteras nostras direximus continentie talis: Es folgt n. 879. verum quia Rogerius de Domnabella et socii, statuti super opere fabrice dicti palatii, super aliquibus, de quibus dicunt sibi dubium circa processum dicti operis evenire<sup>a)</sup>,

<sup>a)</sup> invenire.<sup>1)</sup> Vgl. n. 899.<sup>2)</sup> n. II.<sup>3)</sup> H n. 790.

curiam nostram supervacue consultarunt, cum pocius videbantur maliciose et calumpniöse occasionēs frivolās ad prorogationem ipsius operis invenire in excusationem negligentie et defectus eorum habitū in ipso opere faciendō, quā de aliquibus dubitare, pro eo quod in mandatis nostris super opere ipso directis satis aperte et lucide provisio et ordinatio nostra de opere predicto habita sine ambiguitate qualibet declaratur, mirantes et moti inde non modicum nec indigne, quod, cum mandaverimus<sup>1)</sup> tibi satis expresse . . . , ut omnia mandata nostra . . . tuis in officio precessoribus . . . directa . . . exequi procurares, tu secundum formam ipsorum . . . debuisses in ipso opere diligenter procedi facere per expensores predictos nec pati nostram super hiis excellentiam consultationibus frivole fatigari; ideoque ad maiorem expressionem, et ad dubium quodlibet circa processum dicti operis removendum prescriptam formam prescriptarum litterarum nostrarum . . . presentibus inseri iussimus, . . . mandantes, quatinus . . . facias . . . diligenter . . . in opere ipso procedi . . . et ecce quod pro maiori cautela mag. Petrum de Angicurt, qui est de provisione dicti operis informatus, ad partes ipsas transmittimus, cum quo de dubiis, si que in opere ipso emergerint, conferre poteris . . . , ita tamen, quod nichil penitus de ordinatione et provisione nostra . . . obmittatur nec augeatur aut minuat . . . Dat. aput Lacumpensilem die VIII. augusti VII. ind.

897.

Lagopesele 1279 August 19.

RA 1278/79 H n. 33 f. 217<sup>b</sup> bis 218<sup>a</sup>. Die Abschrift ist sehr flüchtig und durch zahlreiche Hörfehler entstellt.

Eidem (iusticiario Terre Ydronti) etc. Litteras et capitula tua continencia<sup>a)</sup> statum et condicionem, in quibus opera nostra, que fiunt in Brundusio tam infra quam extra castrum ipsius terre, in ingressu officio tui<sup>2)</sup> asseris invenisse, celsitudini nostre missa benigne recepimus. et ipsorum continencia intellecta, tibi ad singula respondemus: continebant equidem capitula ipsa: [1] primo videlicet de operibus dicti castri commissis iudici Marco et Nicolao de Ogento<sup>b)</sup> de terra ipsa in credenciam faciendis: [1] quod turris, que est supra portam, iuxta provisionem et ordinationem nostram facta est. [2] item quod in alia turri, que est iuxta eandem turrim ex parte orientis, factum est astracum, quod in ea similiter secundum provisionem nostram fieri debuit, et completum. [3] item in alia turri, que dicitur magistra, restant tantum duo merguli et astracum facienda. [4] item quod in alia turri, que est supra tarsienatum in capite palacii dicti castri, facta sunt opera circumcirca secundum magis et minus altitudinis palmorum 8, et volta ipsius turris per altitudinem palmorum 8 cum forma ipsius volte, que restat complenda, cum volta parapecto mergulis et astraco, iuxta extimacionem, ut asseris, inde factam. [5] item parapectus et merguli in cortina, que est inter duas turres<sup>c)</sup> perfectas, ex parte dicte civitatis totaliter sunt completi; et in alia cortina, que est inter unam turrim perfectam ex parte civitatis ipsius et aliam turrim supra tarsienatum, et in cortina, que est supra mineanum ex parte maris, facti sunt parapectus sine mergulis, qui remanent faciendi. [II] item de taluto<sup>d)</sup> sive machia eisdem credenzeriis ad faciendum commissa factum est: [1] talutum sive maczia, que incipit ab angulo turris magistre existentis supra fontem, cum alia maczia, que construitur ad extalium per Achillem Cabellerium; quod talutum extenditur a predicto angulo turris magistre versus austrum sub turri rotunda, que<sup>e)</sup> est ante portam ipsius castri, et est longitudinis cannarum 25 et altitudinis cannarum 4  $\frac{1}{4}$  cum fundamento; et in toto ipso taluto sive macia facte sunt parapectus et merguli altitudinis palmorum 7; et restant linee 3 altitudinis palmorum 3 in ipsis mergulis faciende. [2] item ab ipso taluto factum cum parapectis et mergulis usque ad angulum astralem et ab ipso angulo usque ad locum, ubi debet esse pons inter duas turres ante portam ipsius castri, factum est talutum aliud, quod est ab ipso alio taluto longitudinis cannarum 9 et altitudinis cannarum 3 et palmorum 6; in quo restant 4 linee faciende, que erunt altitudinis palmorum 4, et parapectus et merguli. [3] item aliud talutum incipiens ab angulo turris, que est supra portam ipsius castri, ubi pons esse debet, similiter factum est, quod extenditur versus orientem usque ad angulum ipsius taluti et deinde ab angulo orientali versus astrum<sup>f)</sup> usque ad turrim, que est supra tarsienatum, longitudinis cannarum 41 et altitudinis cannarum 4  $\frac{1}{4}$  cum fundamento; et in tota predicta macia facti sunt de parapectis et mergulis ab angulo dicte turris, que est supra portam ipsius castri, usque ad pedem turris perfecte existentis iuxta aliam turrim, que est supra tarsienatum, in altitudine palmi 7<sup>g)</sup>; restant faciende in ipsis mergulis linee 3 altitudinis palmorum 3; et a predicto pede turris versus predictam turrim, que<sup>h)</sup> est supra tarssianatum, factum est talutum absque parapecto et mergulis longitudinis cannarum 5;

a) continenda.

b) Ogetto.

c) terras.

d) taruto.

e) quem.

f) korrigiert, aber möglicherweise

so zu lesen. Vgl. § V, 4.

g) Die Worte in altitudine palmi 7 fehlen im Reg., sind aber nach Analogie vom § II, 1 mit großer Wahrscheinlichkeit zu ergänzen.

h) quem.

1) n. 890 I.

2) 6. Juni 1279. Vgl. n. 891.

et sic restant continuande et faciende de eadem mazia ad hoc, quod iungatur et continuetur cum mazia, que per predictum Achillem construitur ad extalium, canne 4 et palmi 7 per longitudinem, parapectus et merguli; et in ea parte, ubi mazia ipsa construenda est et continuanda cum mazia construenda per Achillem predictum, factum est fundamentum necessarium pro eadem<sup>1)</sup> maczia construenda. [III] item quod totum opus appendicii dicti iudici Marco et Nicolao per quondam Guidonem de Foresta<sup>k)</sup> precessorem tuum de novo ad faciendum commissum factum est, excepto quod restant ibi porta et fenestre lignee faciende. [IV] item et in predicto opere ipsis similiter per dictum condam [precessorum tuum ad]<sup>l)</sup> faciendum commissum processum est modo subscripto: videlicet [1] quod de tecto palatii nostri depositi sunt imbrices tabule et al[ia] lignamina. . . ]<sup>1)</sup> et salubriter collocati. [2] item totus murus veteris balii dirutus est supra terram et in parte aliqua sup[er] terram; et factum est in parte fossatum dicte maczie ipsis<sup>m)</sup> ad faciendum commissum. [V] item de opere taluti commissi ad faciendum ad<sup>n)</sup> extalium predicto Achilli Caballero intimasti, [1] quod factum est ex parte videlicet maris extra castrum ab angulo, qui est supra tarsionatum ex parte orientis, et extenditur versus occidentem usque ad locum, ubi de mandato nostro scala hactenus facta fuit, ubi dicitur braciolus; que scala et braciolus nuper sunt de mandato nostro destructi; et talutum ipsum factum est longitudinis cannarum 27 et altitudinis cannarum 8 preter fundamentum, quod est altitudinis 1 canne et latitudinis 1 alterius canne; in quo taluto facti sunt parapectus et merguli, quilibet videlicet altitudinis palmorum 8, et sic restant faciende linee 2 altitudinis palmorum 2 super quolibet mergulorum ipsorum. [2] item factum est aliud talutum per eundem Achillem, incipiens a predicta scala de novo destructa, quod extenditur ab oriente versus occidentem et turrim rotundam, que est ex parte maris, longitudinis cannarum 6 et altitudinis cannarum 7 preter fundamentum ipsius taluti; et ab ipsa parte procedendo similiter versus occidentem facte sunt de ipso taluto in<sup>o)</sup> longitudine cannarum 3, maioris altitudinis propinqui taluti lineis 5; et ab ea parte procedendo versus occidentem facte sunt de eodem taluto in longitudine cannarum 5, minoris altitudinis predicti propinqui taluti lineis 7. [3] item de predicto opere taluti, quod dictus Achilles ad extaleum facere tenetur, factum est aliud talutum incipiens ab angulo turris magistre, que est supra fontem, in quo loco continuatur cum alia mazia constructa per dictos Nicolaum de Ogento et iudicem Marcum, a predicto angulo versus turrim rotundam existentem supra mare, ubi debet esse posterula, longitudinis cannarum 10 et altitudinis cannarum 4 preter fundamentum; et resstant faciende in ipso taluto complendo ad hoc, ut equiparetur<sup>p)</sup> predicto taluto facto per predictos Nicolaum et socium, exceptis parapecto et mergulis, linee 6; et ad hoc, quod continuetur<sup>q)</sup> et coniungatur cum posterula, que fieri debet sub predicta turri rotunda, que est<sup>r)</sup> supra mare, per longitudinem cannarum 4 preter mergulos et parapectus. [4] item de eodem opere faciende per dictum Achillem factum est per eum aliud talutum, incipiens a predicto angulo orientali alterius predicte maczie, que est supra tarsionatum, et extenditur a predicto angulo versus astrum usque ad locum, ubi debet continuari et coniungi cum alia macia, que construitur per predictos Nicolaum de Ogento<sup>s)</sup> et socium, longitudinis canne 1<sup>1/2</sup> et altitudinis cannarum 3; et restant in eo parapectus et merguli faciendi. [VI] item quod de opere, quod dictus quondam Guido prefato Achilli ad credenciam faciendum commissi, videlicet de faciendo muro uno de novo continuato cum muro veteri tarsienatus usque ad angulum predicte macie per eum constructe, facte sunt de ipso muro ex parte occidentis in longitudine canne 3 et altitudine canne 2 preter fundamento. [VII] et de alio opere commissio eidem Achilli similiter per eundem quondam Guidonem ad credenciam faciende, videlicet de<sup>t)</sup> destruenda predicta scala dicti brachioli et anditus ipsius brachioli pro continuanda maccia de novo cum alia maccia facta ad extalium per predictum Achillem ex utraque parte scale et de explananda motta pro faciendo fundamento, invenisti, quod scala ipsa et anditus ipsius brachioli sunt destructi maciaque ipsa explanata est; et factum est ipsius macie fundamentum: super quibus omnibus tibi taliter respondemus, quod, diligenter attenda et in omnibus observata forma mandatorum nostrorum dicto Guydoni<sup>u)</sup> precessori tuo super predictis operibus directorum, que mandata tibi in pendenti mandavimus assignari, in quibus tota provisio et ordinatio nostra de ipsis operibus habita necnon convenciones et pacta facta de his cum predictis extalleriis satis aperte et lucide distinguntur, et considerato atque<sup>v)</sup> inspecto toto processu ipsorum operum facto in eis per credencios et extellerios ipsos, quicquid<sup>w)</sup> in omnibus et singulis eisdem operibus secundum eandem provisionem et ordinationem nostram faciendum et complendum<sup>x)</sup> restat, vel si forte de his, que facta sunt, aliquid propter formam provisionis<sup>y)</sup> et ordinationis ipsius minus bene aut insuffi-

1) per eandem.

k) Foranstra.

l) Lücke durch Verletzung des Blattes.

m) ipsius.

n) fehlt Reg.

o) et.

p) equiparetur.

q) continetur.

r) fehlt Reg.

s) Augento.

t) fehlt Reg.

u) Cuydoni.

v) adque.

w) quiquid.

x) compellendum.

y) previsionis.

cienter factum extiterit, statim sine alicuius tarditatis et difficultatis ostaculo, acclerando perfectionem ipsorum operum, quantumcumque plus fieri poterit, bono modo, sic diligenter et bene fieri facias et compleri totaliter et<sup>2)</sup> emendari, compellendo ad id tam credencieros quam extellerios ipsos per bona eorum et, si expedierit, etiam per personas, quod nichil penitus de ipsis provisione et ordinatione nostra in complendis et perficiendis ipsis operibus omittatur, set totaliter iuxta provisionem et ordinationem nostram et<sup>3a)</sup> celeriter compleantur, ita quod in adventu nostro felici ad partes ipsas, qui erit proximo futuro mense sectembris Domino concedente, inveniamus ea iuxta beneplacitum nostrum laudabiliter percompleta, sicut excellentie nostre desideras complacere; pro certo sciturus, quod, si in<sup>bb)</sup> hiis negligenciam vel defectum commiseris, totum dapnum incomodum et interesse, quod ob culpam<sup>cc)</sup> tuam in celeri et diligenti perfectione operum ipsorum emerit, tibi volumus imputari et de tuo proprio resarciri<sup>dd)</sup>, preter penam aliam graviorem tibi pro nostro beneplacito inferendam. [VIII] et quia per unum capitulorum predictorum scripsisti, quod super faciendis parapectore et merculis predicti taluti facti per dictos iudicem Marcum et Nicolaum a supradicto angulo australi usque ad locum, ubi debet esse pons inter duas turres ante portam castris, predictus mag. Petrus de Agicuria expectatur: scias, quod ipsum magistrum ad partes ipsas iam misimus, cum quo, si aliquid dubium circa capitulum ipsum oritur, conferre poteris ad ipsum dubium removendum; non tamen de predicta ordinatione et provisione nostra in ipso opere aliquid immutetur. [IX] et ut predicta opera celerius compleantur, si in faciendis ipsis aliquos magistros addendos provideris, eos addas et deutes, prout fuerit oportunum; ita tamen, quod, quicquid dederis magistris addendis per te in illis operibus, que ad extalium fiunt, extalleriis ipsorum operum in quantitate pecunie, quam pro ipsis extaleis a<sup>ee)</sup> te recepturi sunt, extenues et deducas. [X] preterea predicta lignamina imbrices et tabulas tecti predicti palatii deposita de tecto ipso, diligenter bene et salubriter facias conservari, donec in ipso tecto, sicut mandavimus et statuimus, reponantur. [XI] insuper, cum nolimus<sup>ff)</sup>, omnes et singulos illos, quorum culpa vel negligencia defectus aliquis in dictis operibus intervenit, impune transire, penas omnes predicto condam Guidoni et Symoni de Bellovidere precessoribus tuis necnon extalleriis et credencieris operum ipsorum per litteras nostras seu de mandato nostro per officiales nostros impositas<sup>gg)</sup> pro ipsis operibus nostro arbitrio et beneplacito reservamus. Dat. apud Lacumpensilem die XIX. agusti.

<sup>2)</sup> fehlt Reg.      <sup>3a)</sup> ex.      <sup>bb)</sup> fehlt Reg.      <sup>cc)</sup> occupam.      <sup>dd)</sup> im Reg. durch Schreibfehler ganz entstell.  
<sup>ee)</sup> ad.      <sup>ff)</sup> nolimus; vgl. den Schlusssatz von n. 898.      <sup>gg)</sup> hierauf im Reg.: et.

## 898.

Lagopesele 1279 August 19.

RA 1278/79 H n. 33 f. 218<sup>b</sup>. Das Blatt ist am unteren Rande verletzt; doch sind die Lücken nach den im Register voraufgehenden und folgenden Stücken auszufüllen, da diese mit derselben Wendung schließen; vgl. n. 897 und n. 1002.

Eidem (iusticiario Terre Ydronti) etc. [1] Litteras et capitula tua super statu et condicione subscriptorum operum nostrorum, que fiunt in Brundusio, videlicet secundum solarium palatii novi, quod construitur in castro nostro ipsius terre per Rogerium de dompna Bella, notarium Thomasium et socios, turris, que construitur in portu pro figenda cathena, turris etiam, que dicitur Lucaballus, que construitur per mag. Petrum de Caulozuncio extallerium<sup>a)</sup>, operis tarsianatus dicte terre, que construitur per Iohannem de Casali, Leopdum Malastrenua et socios fideiussores Angeli de Manna extallerii, celsitudini nostre transmissa<sup>b)</sup> benigne recepimus. [1] et intelleximus per capitula ipsa, in opere predicti palatii sic esse proccssum: videlicet quod supra murum novum ex parte predicti castris fabricate sunt ex parte occidentis et fontis versus orientem per longitudinem cannarum 7 et per altitudinem palmorum 5, computata in eis fenestra una et porta una cum volta exterioris arcus ipsius porte; in cuius capite occidentali, videlicet in angulo parietis novi predicti, incepta est cimineda una inter ipsum murum novum et murum veterem, que est in longitudine palmorum 5 et in altitudine palmorum 6; et in eodem loco ex parte scilicet occidentis et fontis iuxta turrim rotundam et ciminedam ipsam ex parte castris apertus et dirutus est murus vetus ipsius castris necnon anditus et pectorale ipsius, ut fiat cimineda predicta et fenestra una. [2] item quod in eodem muro dicti palatii, continuato opere de longo in longum a dicta parte occidentis in orientem, facte sunt de fabrica canne 9 per longitudinem et per altitudinem palmi 7, et quod exhibuisti predictis Rogerio et sociis extalleriis dicti operis ad procedendum in ipso opere in florenis auri unc. 20. [3] item in predicta turri portus pro ponenda cathena fabricati erant ex omni parte a superficie maris et terre supra palmi<sup>c)</sup> 8 tantum et non plus; et in opere ipso continue proceditur per Iacobum Castaldum et socios credencieros ipsius operis per supradictum quondam Guidonem predecessorem tuum super faciendo ipso opere ordinatos. [4] in opere vero predictae turris, que dicitur Luca-

<sup>a)</sup> extallerio.      <sup>b)</sup> fehlt Reg.      <sup>c)</sup> palmid mit vieldeutiger Abkürzung.

ballus, invenisti factum esse supra vetus opus olim factum in ipsa turri altitudinis cannarum 4 cum volta et scala, appositis ibi trabibus cum cathenis pro tabulamento, quod supra voltam ipsam fieri debet. [5] et in opere tarsianatus predicti facte sunt et complete domus 17, quarum aliquae sunt male coperte ymbricibus et sine aliquibus solaris et aliquae cum solaris imperfectis, in quibus guarimenta vassellorum reponi deberent. [6] et in loco, ubi olim fuerat bucchana, facti sunt arcus et pilarii, non tamen perfecti, pro duabus aliis domibus adiungendis; et restat faciendus in totum murus faciendus a muro veteri tarsianatus eius usque ad complementum 20 domorum; et in ipso muro veteri tarsianatus ex parte civitatis restat adhuc dirigendus murus ad claudendum domos 3 iam factos existentes iuxta portam tarsianatus ipsius, in altitudine canne 1½. et totus murus ipse equalis existat. super quibus omnibus tibi non sine gravi admiratione rescribimus, cum crediderimus aliter et melius, quam scripseris, in omnibus predictis operibus et specialiter in opere predicti palatii et opere dicte turris, que dicitur Lucaballus, in qua parum aut nichil post felicem recessum nostrum de partibus ipsis factum est, iam fuisse processum. fidelitati tue sub pena 200 unc. aur. . . . precipimus, quatinus sic ferventer et diligenter cum omni studio et sollicitudine oportunis instanter accelleres et accelerari facias predictorum operum et maxime predicti palatii complementum, quod infallibiliter in accessu nostro felici ad partes ipsas, qui erit proximo futuro mense septembris Domino concedente, palacium ipsum ex omni parte totaliter sit completum, ut possimus ibi habiliter hospitari. et statim, quod fuerit percompletum, ita quod nichil in eo remaneat<sup>1)</sup> faciendum, ignem in eo fieri facias ad reprimendum vaporem calcis, ne aliquam nobis, cum fuerimus in eo, inferat lesionem; et in omnibus et singulis aliis predictis operibus sic diligenter ac bene et laudabiliter inveniamus esse processum, quod per effectum sollicitudinis debite conspectui nostro commendandus occurras nec possis de negligencia reprehendi; pro certo sciturus, quod, si in hiis negligenciam vel defectum commiseris, omne dampnum incommodum et interesse, si quod ob culpam tuam in prorogatione operum ipsorum evenerit, tibi volumus imputari et de tuo proprio resarciri preter penam predictam a te inremissibiliter exigendam et aliam graviorem tibi pro nostro beneplacito inferendam. et ut opera ipsa celerius commodius et melius compleantur, si in operibus ipsis aliquos magistros pro celeriori complemento eorum addendos provideris, addas eos et deutes, prout fuerit opportunum; ita tamen, quod, quicquid per te magistris superaddendis et deputandis in illis operibus, que ad extalium fiunt, pro mercede eorum dari contigerit, extenues et deducas extalleriis eorumdem operum in quantitate pecunie, quam eis de summa ipsis conventa pro extaliis ipsis duxeris exhibendam, compellendo et infestando tam ipsos extallerios quam credenzerios aliorum operum ad perficiendum celeriter opera ipsa per bona eorum et, si expedierit, etiam per personas; nec credas verbis eorum in prorogatione ipsorum operum, si viam vel occasionem invenerint prorogandi; ita tamen, quod provisio et ordinatio nostra de omnibus et singulis operibus ipsis facta, de quo ex tenore mandatorum nostrorum precessoribus tuis in officio directorum, que tibi inter alia mandata nostra pendencia mandavimus assignari, plene informari potes et debes, in quibus provisio et ordinatio ipsa satis lucide et aperte describitur, in faciendis et complendis dictis operibus in omnibus et per omnia observetur et nichil de ea in augendo mutando vel minuendo penitus omittatur. [III] et quia, sicut per alias litteras nostras tibi mandavimus<sup>1)</sup>, omnes florenos et duplas auri, turonenses argenteos, venetos grossos et quamlibet aliam monetam prohibitam argenteam vel auream, cuiuscumque sit speciei, per te et alios officiales nostros a quibuscumque debitoribus collectarum aut alterius cuiuscumque fiscalis pecunie pro moneta rupta statuimus et mandavimus recipi et ad cameram nostram castris Salvatoris ad mare de Neapoli destinari, arguimus te de predictis 20 unc. florenorum predictis Rogerio de dampna Bella et sociis per te, ut predictur, exolutis, iniungentes expresse, quod omnes huiusmodi monetas prohibitas<sup>2)</sup> tam auri quam argenti non expendas nec aliquibus exhibeas pro aliquibus serviciis et negociis quoquo modo, set ipsas omnes cum integritate qualibet ad cameram ipsam mittas, sicut habes per alias nostras litteras in mandatis. [III] in super quia scripsisti per alias litteras tuas, esse necessariam<sup>3)</sup> in partibus ipsis presenciam<sup>4)</sup> mag. Petri de Angicuria et mag. Iohannis de Tullo ingenierii nostri tam pro opere palatii Ville nove ex tenore cuiusdam mandati<sup>2)</sup> nostri prefato quondam Guidoni precessori tuo et magistris ipsis de opere ipso directi, quod mandatum inter alia mandata pendencia recepisti, et ex tenore etiam cuiusdam alterius mandati<sup>3)</sup> nostri directi tantum dicto Guidoni et tibi similiter inter mandata pendencia assignati<sup>4)</sup>, per quod sibi iniunximus, quod, quia idem mag. Iohannes in curia nostra exposuerat, necessarium esse pro operibus ipsius terre Ville nove, palatii Brundusii et turris, que dicitur Lucaballus, magistros ferrum et ceramidas, que dixit tunc particulariter distinguere nequivisse, dictus precessor tuus ad requisicionem ipsius mag. Iohannis,

<sup>1)</sup> remanea.    <sup>2)</sup> monete prohibite.    <sup>3)</sup> necessaria.    <sup>4)</sup> presencia.    <sup>5)</sup> assignasti.

<sup>1)</sup> Siehe n. 1002 § 1.    <sup>2)</sup> n. 987 II.    <sup>3)</sup> n. 886.    <sup>4)</sup> n. 893.

qui ad partes ipsas de mandato nostro se proinde conferebat, una cum eo et aliis magistris in talibus expertis hec omnia inveniret et ipsi mag. Iohanni in dictis operibus assignaret, modo magistri ipsi sint in provincia ipsa presentes, cum quibus ea omnia exequi posses iuxta ipsorum continenciam mandatorum, qualiter in hiis procedere debeas, consultasti: super quibus taliter respondemus, quod ipsum mag. Petrum ad te iam<sup>1)</sup> misimus, sicut tibi per alias litteras nostras<sup>1)</sup> duximus intimandum; predicto vero mag. Iohanni ad presens per litteras nostras iniunximus, ut, si ad te ad instruendum te de predictis necessariis et distinguendum ea venire poterit sine dampno et preiudicio aliorum operum et serviciorum nostrorum, in quibus moratur, veniat incontinenti<sup>k)</sup>; et si forte propterea venire non posset, te de hiis omnibus per litteras suas statim instruat et informet. tu vero, si forsan venire vel litteras suas certificacionis huiusmodi<sup>l)</sup> distulerit mittere, habito de hiis consilio cum magistris et aliis probis viris expertis in talibus, ita quod in hiis curiam nostram fraudari vel decipi non contingat nec occasione ipsa perfectio ditorum operum retardetur, hec omnia, prout de predictis palacio et turri Brundusii superius dictum est, et prout de predictis operibus Ville nove per alias litteras<sup>m)</sup> nostras tibi mandavimus, fieri facias et compleri; predictas vero domos tarsienatus discopertas recoperiri et imperfectas compleri decenter et bene et fieri in eis solaria pro reponendis guarnimentis predictis per predictos fideiussores, qui eas facere tenentur et debent, iuxta provisionem et ordinacionem de hiis habitam<sup>m)</sup>, ita quod nichil in eis remaneat ad faciendum. insuper, cum nolimus illos omnes, quorum culpa vel negligencia defectus aliquis in dictis operibus intervenit, impune transire, penas omnes predicto quondam Guidoni et Symoni de Bellovidere precessoribus tuis. . . [necnon extalleriis et crede]nceriis operum ipsorum per litteras nostras seu de mandato nostro per officiales nostros impositas pro ipsis operibus nostro arbitrio et beneplacito [reservamus]. [Dat. apud] Lacupensilem XVIII. augusti VII. ind.

<sup>1)</sup> non; *berichtigt nach n. 897 § VIII.*

<sup>k)</sup> incuritanter.

<sup>l)</sup> haberi.

<sup>m)</sup> habita.

### 899.

*Lagopsole 1279 August 27.*

*RA 1278/79 H n. 33 f. 189<sup>a</sup>.*

Eidem (iusticiario Terre Bari) etc. Benigne receptis et intellectis litteris tuis celsitudini nostre missis, per quas intimasti, te misisse ad iusticiarium Terre Ydronti totam quantitatem lignaminum, quam a te requisivit pro tabulamento et opere secundi solarii castri nostri Brundusii et pro opere appendicii, quod fit in castro ipso, per litteras suas, iuxta mandatum<sup>1)</sup> nostrum proinde tibi missum, exceptis planconibus 4, quos ad eum mittere nequivisti, pro eo quod in iurisdicione tua et Manfridonia inveniri, ut asseris, nequiverunt. verum tamen in castro nostro Bari esse scripsisti plancones de abiete 7, restantes ibi de lignaminibus missis dudum ad castrum ipsum pro opere palacii eiusdem castri per Leonem Acconzaicum de Ravello tunc magistrum salis in Apulia de celsitudinis nostre mandato<sup>1)</sup>, quos in eodem castro servari mandavimus pro ingeniis faciendis, de quibus ad predictum opus castri Brundusii 4 mitti possent, si nostre excellentie complaceret: super hoc tibi respondentes iniungimus, quod, ne occasione ditorum planconum deficientium opus ipsum impediatur vel in aliquo retardetur, ipsos plancones 4 de dictis 7 planconibus existentibus in dicto castro Bari ad dictum opus castri Brundusii mittas et predicto iusticiario Terre Ydronti facias assignari, si ipsos aliunde in partibus ipsis habere nequiveris, ut scripsisti; ita tamen, quod eosdem plancones 4, quos de ipso castro Bari auferri feceris, queras deinde et invenias, emendos per te de quacumque pecunia curie nostre, que undecunque est vel erit per manus tuas, et<sup>2)</sup> in eodem castro reponi facias illius longitudinis et amplitudinis, cuius fuerint illi plancones, quos proinde auferri feceris de ipso castro Bari, ut, cum expedierit, in castro ipso pro faciendis ibi ipsis ingeniis infallibiliter habeantur, cum tibi exinde incumbamus. Dat. apud Lacupensilem die XXVII. augusti.

<sup>1)</sup> *fehlt Reg.*

### 900.

*Lagopsole 1279 September 2.*

*Siehe n. 628.*

### 901.

*Melfi 1279 Oktober 2.*

*RA 1279 A n. 34 f. 204<sup>ab</sup>.*

Iusticiario Terre Ydronti. Super faciendis et complendis palaciis Ville nove et Brundusii ac ferventi acceleratione aliorum operum nostrorum ipsius terre Brundusii tot et tantis litterarum nostrarum inculcationibus te recolimus excitasse, quod, si mandata nostra diligentia et sollicitudine debita fueris exequutus, nulla-

<sup>1)</sup> n. 897 § VIII.

<sup>2)</sup> n. 1002.

<sup>3)</sup> n. 894 II.

<sup>4)</sup> n. 573.



tenus expediret, ut te stimulare super his mandatorum replicationibus curaremus. set ut circa ea et maxime ad perfectionem et totale complementum palatiorum ipsorum Ville nove et Brundusii ferventius extiteris, scire te volumus, quod in festo . . . Omnium Sanctorum apud Barum et deinde VII. die mensis novembris . . . in dicta terra Brundusii esse disponimus . . . ideoque ad tollendam tibi cuiuslibet occasionis materiam, cautum te reddimus et districe precipimus, ut in complendis et faciendis dictis palaciis omnibus et singulis, que in eis faciendi supersunt, ita quod nihil in ipsis penitus remaneat percomplendum, sic oportuna et accurata diligentia et sollicitudine vigilantiter insistas et cum instantia qualibet procedere studeas, — facto etiam igne in ipsis ad auferendum oddorem calcis — ut in adventu nostro . . . possimus in eis predictis diebus habiliter, [sicut]<sup>a)</sup> iam scripsimus pluries, . . . hospitari. alioquin de omnibus expensis factis et faciendis in palaciis ipsis nihil tibi computari . . ., set omnes expensas ipsas de tuo proprio fieri volumus et nostre curie resarciri, preter iracundie nostre motum, quas in te tanto defectu et<sup>b)</sup> inobedientia provocabis. Dat. Melfie II. octobris VIII. ind.

<sup>a)</sup> Lücke durch Verletzung des Blattes.

<sup>b)</sup> fehlt Reg.

## 902.

Manfredonia 1279 Oktober 31.

RA 1279 A n. 34 f. 205<sup>b</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Ydronti) etc. Quia per litteras tuas nobis et magistris racionalibus etc. innotuit, quod ad mandatum<sup>1)</sup> nostrum tibi directum certificatus fuisti per litteras Nicolai de Ogento et iudicis Marci<sup>a)</sup> de Brundusio superastancium operum, que fiunt de mandato nostro in castro nostro Brundusii, . . . de quantitate qualitate et mensura lignaminum necessariorum pro operibus secundi solarii palatii nostri, quod fit in predicto castro nostro Brundusii, quesitis primo per te in iuridicione tua et non inventis lignaminibus, a Fulcone de Roccafolia iusticiario Terre Bari . . . huiusmodi lignamina per litteras tuas continentes eadem particulariter requirere procurasti et recepisti ab eo in portu Brundusii per suum nuncium tibi missum subscriptis diebus lignamina infrascripta, que prefatis superastantibus in predictis operibus convertenda eisdem diebus, quibus recepta fuerunt per te, assignare curasti, sicut tue littere continebant: videlicet [1] olim XII. augusti proximo preterite VII. ind.: trabes de abiete 70, quamlibet longitudinis cannarum 4 et grossitudinis 1 palmi, pro faciendis<sup>b)</sup> discurrentibus super traganis et cathenis predicti secundi solarii; [2] item XXVII. eiusdem augusti trabes de abiete 11, quamlibet longitudinis palmorum 26 amplitudinis 1 palmi, pro faciendis<sup>c)</sup> ex eis traganis super catenis predicti secundi solarii, [3] et plancones de abiete 10, quamlibet longitudinis cannarum 4, quorum 8 ex eis sunt amplitudinis palmi 1 $\frac{1}{2}$  et 2 reliqui amplitudinis palmi 1 $\frac{1}{3}$ , pro faciendis catenis; [4] item XI. die proximo preteriti mensis septembris VIII. ind. presentis plancones de abiete 4, quamlibet longitudinis cannarum 4 et amplitudinis 1 palmi, similiter pro faciendis cathenis: de qua predicta significacione exinde per te facta tibi respondentis prefatum mandamus, . . . quatinus, cum pro firmo crederimus hactenus et credamus, palacium ipsum sic iam esse ex omni parte completum, quod nihil in ipso remanserit ad complendum, sic facias et procures et instes sollicite oportune et eciam importune penes superastantes predictos operum eorundem, ut in adventu nostro felici, qui erit ad partes ipsas in proximo duce Deo, possimus ibidem habiliter, ut condecet, ospitari, sicut tibi mandasse recolimus per crebras litteras nostras proinde tibi missas. . . . Dat. ut supra (Manfridonie, mense octobris, ultimo eiusdem, VIII. ind.

<sup>a)</sup> Martini.

<sup>b)</sup> per faciem.

<sup>c)</sup> per faciem.

## 903.

Bari 1279 Dezember 1.

RA 1279 A n. 34 f. 207<sup>b</sup> bis 208<sup>a</sup>. RA 1279/80 A n. 36 f. 63<sup>a</sup> bis 64<sup>a</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Ydronti) etc. [1] Scire volumus fidelitatem tuam, quod mag. Petrus de magistro Calochuro de Licio . . . convenit olim cum curia nostra, fieri et compleri facere ad extaleum turrin inceptam dudum in loco, qui dicitur Lucaballu, pro faciando fano navibus et vassellis ad portum Brundusii accedentibus de subscriptis fabricis murorum secundum convenciones et pacta subscripta habita inter curiam nostram et eum: videlicet [1] *wie n. 823 § 1 bis* pro quibus debuit recipere a curia nostra, ad rationem de tar. 18 pro qualibet canna, unc. 132. [2] *bis [16] wie n. 823 § 2 bis § 16.*

de qua predicta pecunia dicto extallerio exhibenda primo Heliseo de Ludono<sup>2)</sup> tunc in Terra Ydronti locum iusticiarii tenenti de mandato nostro, et subsequenter tam quondam Guidoni de Foresta<sup>3)</sup> ipso Heliseo amoto iusticiario ipsarum parcium, quam post obitum ipsius Guidonis Symoni de Bellovidere viceammirato

<sup>1)</sup> n. 894 I.

<sup>2)</sup> n. 836.

<sup>3)</sup> Wohl n. 851 I.

a flumine Tronti usque Cutronum<sup>1)</sup> successori eiusdem Guidonis in eodem iusticiariatus officio, et deinde tibi sub certo modo et forma per plures et diversas nostras litteras<sup>2)</sup> scriptum fuit; quarum litterarum dictis tuis precessoribus directarum tenorem per ipsum Symonem assignatum tibi fuisse credimus in pendenti de generali mandato<sup>3)</sup> nostro eidem Symoni directo, quod omnia mandata nostra pendencia exequenda per eum tam de tempore suo ipsius officii iusticiariatus quam de tempore aliorum suorum in officio precessorum assignare deberet, sicut predicta omnia in registris nostre curie continentur.

[1] verum quia nuper in opere ipso presentes<sup>a)</sup>, viso superficialiter statu ipsius operis et toto eo, quod primo in dicta turri factum fuerat tam ante concessionem ipsius extalii factam, ut dictum est, per excellentiam nostram prefato mag. Petro, quam deinde per eundem mag. Petrum post concessionem eandem, invenimus et vidimus opus huiusmodi imperfectum, et quod usque ad predictam altitudinem cannarum 10 nondum fuerat per supradictum mag. Petrum in opere ipso processum, propter quod providimus, ur ipse mag. Petrus compleat in opere ipso, sicut facere convenit et debuit, usque ad predictas cannas 10, muro veteri, qui primo ibi factus fuerat, non computato, et reliquum ipsius operis fieri et compleri facias in credenciam cum iustis necessariis et moderatis expensis curie nostre usque ad totale complementum ipsius secundum formam predictam: . . . precipimus, quatinus, forma prescripte convencionis habite inter curiam nostram et dictum mag. Petrum de predicto extalio faciendo, sicut superius est distinctum, diligenter attenda et in omnibus observata, totum id, quod in dicta turri secundum conventionem et formam ipsam faciendum restat, computato dicto muro veteri primo ibi facto, usque ad dictas cannas 10 per eundem mag. Petrum studiose diligenter et bene fieri facias et compleri, prout facere debuit et convenit, et deinde supra ipsas cannas 10 fieri et fabricari facias cum iustis moderatis et necessariis expensis curie nostre in credenciam faciendis per homines fideles sufficientes et ydoneos in hiis expertos ad hoc per te statuendos, de quorum sufficientia totaliter tibi incumbimus et volumus te curie nostre teneri, de quacumque pecunia curie nostre, que undecumque est vel erit tam de generali presenti subvencione quam precio nove denariorum monete vel aliunde per manus tuas, ipsis statutis oportunitis temporibus exhibenda, de predictis tufis et calce mixta cum arena vel terra, ut superius dictum est, totum reliquum complementum eiusdem turris, quod remanet faciendum in ea secundum formam eandem superius designatam: videlicet [1] pectorale et mergulos in altitudine 1 canne et grossitudine palmorum 2. [2] et in uno ex angulis ipsius turris ex parte maris supra summitatem ipsam fieri facias muros illius grossitudinis, cuius erit totus murus predictus eiusdem turris, altitudinis cannarum 3, ita quod 2 canne ex muris ipsis libere remaneant supra mergulos murorum ipsius turris, pro fano faciendo. [3] et supra murum ipsum fieri facias locum convenientem altitudinis palmorum 8 pro faciendo ibi fano decenter et bene. [4] et supra ipsum locum fieri facias voltam convenientem pro cohoptura ipsius fani, sicut superius de singulis est distinctum; ita quod computata tota altitudine ipsius turris et operis tam videlicet muri veteris, qui primo ibi factus fuerat, quam eo, quod fiet dicto modo per ipsum mag. Petrum usque ad predictam altitudinem cannarum 10, sit altitudo ipsius turris et operis per totum cannarum 15. [5] et in omnibus et per omnia percompleatur modo provisione et forma superius declaratis. [6] et dum dictus mag. Petrus in eo, quod factum est per eum de opere supradicto, fieri fecerit ad expensas suas de lapidibus primam voltam, volumus et mandamus, quod tu de similibus lapidibus et simili forma et fabrica, de qua et secundum quam facta est volta ipsa, aliam voltam secundam studiose et diligenter fieri facias et compleri. [7] et scitis et summatis expensis faciendis in volta ipsa secunda, per te semotim in scriptis seriatim et particulariter ac fideliter redigendis, cautela diligenti adhibita, quod in faciendis expensis ipsis fraus non interveniat vel defectus et fines modestie non excedant, illam quantitatem pecunie dicto mag. Petro pro expensis per eum factis in dicta prima volta de predicta pecunia curie nostre, que undecumque est vel erit per manus tuas, ad quam expense faciende per te in ipsa secunda volta, quam ad credenciam fieri facias, fideliter et bono modo ascendant, debeas exhibere. [8] ut facta et completa totaliter prescripto modo turri predicta, statim in ea fiat fano predictum, ut fit in aliquibus partibus, in quibus huiusmodi fano in introytibus portuum ipsarum parcium fieri consuevit, pro comodo et utilitate navigancium et securitate vasselorum introeuntium portum ipsum, . . . precipimus, quatinus de predicta pecunia lanternam unam vitream bonam convenientem et habilem pro fano huiusmodi faciendo diligenter et studiose fieri facias cum consilio fidelium nostrorum mercatorum ac Templariorum Hospitalierorum et aliorum navigantium, qui per alios portus lanternas ipsas ordinatas pro fano ipso faciendo viderunt et exinde noticiam plenam habent. [9] et lanternam ipsam factam et paratam in dicta turri poni et collocari facias, ordinando, quod nocte qua-

a) presenti.

1) n. 890.

2) Wohl n. 891 I, n. 895 und n. 898.

3) n. 891 II.

libet fiat in ea fano ipsum continue, prout fit in ipsis aliis portubus, in quorum introitu lanterne ipse posite sunt. [10] et sic fano predictum, deputatis in eadem turri tam pro ipsius custodia quam pro ipso fano noctibus singulis faciendo viris duobus fidelibus et ad hoc ydoneis et convenientibus, per quos diligenter et fideliter sine defectu aliquo singulis noctibus vicissitudinarie servicium ipsum fiat, fiat<sup>b)</sup>. [11] quibus oleum proinde sufficiens, ut in eo faciendo defectus aliquis non subsistat, facias, prout expedierit, exhiberi. [III] volumus preterea et mandamus, ut opus turris catene predictae portus Brundusii sic accelerari facias et complere, ut turris ipsa per totum mensem marci primo venturum ad tardius compleatur. et statim ea completa ordines et deputes ibi custodem unum. et in alia turreta existenti in portu ipso ex opposito custodem alium pro claudendo sero quolibet portu ipso cum catena ferrea, que est ibi, et aperiendo eodem portu qualibet mane remota inde cathena ipsa et aliis etiam horis convenientibus, prout fuerit oportunitum. qui custodes in hiis statuendi sint fideles et ad hoc convenientes ydonei et experti, ita quod servicium ipsum diligenter et fideliter faciant nullum in hiis defectum fraudem vel negligentiam committendo. [IV] ceterum scire te volumus, quod pridem in castro nostro predictae terre presentes visis operibus nostris, que fiunt ibi, ordinavimus et providimus, quod infrascripta opera eiusdem castri modo subscripto fieri debeant et compleri: videlicet [1] quod porta, que est ex parte fontis, sit altitudinis palmorum 9 et amplitudinis palmorum 7; et in medio ipsius porte fiat una parva porta; que tota porta, tam magna quam parva, sit desuper laminis seu corrigiis aut placcis ferreis placcata per totum; et in medio ipsius parve porte sit una archeria cum uno luchetto claudenda et aperienda, quociens opus erit. [2] item a fine fossati, quod est supra tarsianatum usque ad pontem fontis turris rotunde ex parte terre fiat talutum altitudinis cannarum 5 in pendenti; et fossatum ipsum fiat amplitudinis in pede seu fundo cannarum 3<sup>1</sup>/<sub>2</sub> et in parte superiori illius altitudinis, cuius esse poterit bono modo. [3] item quod fiat unus murus ex alia parte fossati amplitudinis palmorum 3 et, si appodiat<sup>1)</sup> intra, dimidii palmi. [4] item sicut murus ipse fiet, sic terra inantea explanetur. [5] item quod in introitu ipsius castri fiat pons unus levaticius longitudinis palmorum 14 et amplitudinis palmorum 10. [6] et quod turris, que est supra dictum tarsianatum, et turris rotunda, que est supra fontem, eleventur et sint equales aliis turribus dicti castri et fiant ad voltam secundum provisionem et designationem mag. Petri de Angicuria, qui est exinde per nos presencialiter informatus.

quare . . . precipimus, ut predicta omnia, secundum quod per nos provisum et ordinatum sunt, studioso diligenter et bene fieri facias et compleri cum iustis necessariis et moderatis expensis curie nostre de predicta pecunia fideliter facienda, salvo eo, si quod de predictis operibus sic provisum fieri debet ibi per extallerios aliquorum ex operibus ipsis, pactis eorum de hiis, que per eos fieri debent, inter curiam nostram et eos habitis diligenter attentis, ea omnia et singula, ad que secundum formam extalii eorum ipsi tenentur, facias per extallerios ipsos fieri ad expensas eorum, prout tenentur et debent, ut<sup>c)</sup> nostra in hiis curia expensis indebitis non gravetur. Dat. Bari die I. decembris VIII. ind.

<sup>b)</sup> fiat im Reg. erst hinter proinde.      <sup>c)</sup> et.

904.

Siehe n. 801.

Bari 1279 Dezember 1.

905.

I. RA 1279 A n. 34 f. 219<sup>b</sup>.

Neapel 1280 Februar 4.

Similes<sup>2)</sup> facte sunt Lodoyco de Montibus iusticiario Terre Ydronti pro Patricio de Chauris milite substituto in iusticiariatu ipso usque per commissionis sue nostras litteras in mandatis.

informes etiam eum ad plenum [1] de statu et processu operum nostrorum, que in iurisdicione ipsa fieri facimus tam ad credenciam quam ad estaleum: videlicet in Villa nova, castro Brundusii, turri, que dicitur Lucaballus, et turri pro regenda catena portus Brundusii, [2] ordinacione et provisione nostra de ipsis habita, [3] nominibus et cognominibus expensorum et credencierum illorum ex eis, que in credenciam ad expensas curie nostre fiunt, et extelleriorum illorum ex ipsis, que fiunt ad extaleum, cum tota forma et condicione ipsius extalei secundum convenciones et pacta exinde habita inter curiam nostram et eos et [4] de tota pecunia exhibita singulis predictorum expensorum credencierum et extalleriorum pro operibus ipsis; assignaturus sibi nichilominus mandata nostra omnia tibi super operibus ipsis directa, que exequi non es totaliter vel in parte, ut, ipsis mandatis et informacione receptis, in ipsis operibus procedat et pro-

<sup>1)</sup> So im Register; wohl das italienische *appoggiare*. Vgl. n. 916 § 1.      <sup>2)</sup> Wie das Mandat in forma quod desistat an den *Instutiaris Vallis Gratis*.

cedi faciat, sicut ei per easdem nostras litteras<sup>1)</sup> est iniunctum; recepturus ab eodem successore tuo de omnibus etc. Dat. ut supra (Neapoli die IIII. februarii VIII. ind.).

II. RA 1279 A n. 34 f. 211<sup>b</sup>. RA 1279/80 B n. 37 f. 28<sup>b</sup> bis 29<sup>a</sup>.

Patricio de Chauris militi dilecto familiari et fideli suo. *Entsprechendes Schreiben*. Dat. Neapoli die IIII. februarii.

### 906.

bei Capua 1280 März 3.

RA 1279 A n. 34 f. 212<sup>b</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Ydronti). Quia Nicolaus de Ogento<sup>a)</sup> et iudex Marcus de Brundusio expensores operis, quod fieri facimus in castro nostro Brundusii tenentur nostre curie ponere rationem de pecunia recepta et expensa per eos in opere supradicto, . . . precipimus, quatinus . . . cuilibet ipsorum . . . precipias vel alteri ipsorum, ut quintodecimo post citationem coram magistris racionalibus . . . debeant comparere, posituri . . . debitam rationem et satisfacturi de toto eo, in quo . . . nostre curie debitores apparebunt . . . et si forte ambo ipsi expensores serviciis eiusdem operis essent adeo occupati, quod alter eorum absque serviciis ipsorum dispendio venire bono modo non posset, placet nobis, quod mittant procuratorem eorum . . . Dat. apud turrim s. Herasmi die III. martii.

<sup>a)</sup> Augento.

### 907.

bei Capua 1280 April 10.

I. AP vol. VI n. 478. Orig. membr. RA 1270 B n. 8 f. 119<sup>a</sup>. RA 1279/80 A n. 36 f. 67<sup>b</sup>. — *Auszug*: Schulz IV 90 n. 238. SM I 193 n. 8.

Iusticiario Terre Ydronti. Cum mortuo nuper iudice Marco de Brundusio olim socio Nicolay de Ogento in faciendis expensis quorundam operum castri nostri Brundusii, que pridem ibi presentes fieri providimus in credenciam ad expensas curie nostre, Tancredum de Paliano<sup>a)</sup> de Brundusio . . . loco eiusdem . . . duxerimus statuendum<sup>1)</sup>, . . . precipimus, quatinus . . . opera ipsa . . . iuxta provisionem nostram inde habitam et informationem mag. Petri de Angicuria tibi exhibitam per eundem . . . per eosdem Nicolaum et Tancredum . . . fieri mandes . . . et cum tam predictorum quam ceterorum operum nostrorum iurisdictionis tue celere complementum satis cordi nobis sit illudque intime affectemus, prout tu etiam, quem super hoc recolimus tam verbo quam litteris sollicitasse frequencius, nostram scire potes et colligere voluntatem, te super eodem, quem hucusque comperimus admodum negligentem, ad diligenciam presentibus excitamus . . . quia pro certo scire te volumus, quod, si ad has litteras nostras . . . tuam huiusmodi non excitaris segnicem, eo quod ulterior tarditas dictorum operum menti nostre satis est dissona illamque ferre non poterimus, quoquo modo te ammovebimus ab eodem officio, nullo unquam tempore in alio statuendum, et nedum quod gratiam nostram in perpetuo ammittes, set contra te graviter, immo gravissime nostram provocabis ad iracundiam maiestatem; et nichilominus totum defectum . . . de propriis bonis tuis exigi proculdubio faciemus. Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam die X. aprilis VIII. ind.

<sup>a)</sup> Im Reg. 8: Palacio. In den weiteren Dokumenten heißt derselbe Mann regelmäßig de Paliano oder de Poliano.

II. RA 1280 B n. 39 f. 30<sup>a</sup>.

Nicolao de Ogento et Tancredo de Poliano de Brundusio. *Entsprechendes Schreiben*. . . placet nobis, quod . . . expensas vobis retineatis de predicta pecunia curie nostre, que pro expensis dictorum operum erit per manus vestras, ad rationem de gr. aur. 10 pro quolibet vestrum per diem ponderis generalis. Dat. apud turrim X. aprilis.

### 908.

bei Capua 1280 April 12.

RA 1280 B n. 39 f. 10<sup>a</sup>.

Iusticiario Terre Ydronti. Cum Nicolaus de Ogento et Rogerius de Ripa de Brundusio expensores operum castri nostri ipsius terre necnon et heredes quondam iudicis Marci de eadem terra<sup>2)</sup>, . . . cuilibet . . . eorum . . . precipias, ut XV. . . iunii . . . coram magistris racionalibus . . . compareant per procuratorem eorum . . . ad ponendum . . . rationem . . . Dat. apud turrim s. Herasmi XII. aprilis VIII. ind.

<sup>1)</sup> n. II.      <sup>2)</sup> Die Konstruktion ist durch Irrtümer des Registerbeamten unkenntlich geworden; der Sinn jedoch ist klar. Vgl. n. 906 und n. 912.

909.

Neapel 1280 Mai 20.

RA 1270 B n. 8 f. 123<sup>a</sup>. RA 1279/80 A n. 36 f. 68<sup>ab</sup> (mit Textverlust stark beschädigt).

Eidem iusticiario (Terre Ydronti) etc. Intellecto per litteras tuas nuper celsitudini nostre missas, quod die dominico XII. presentis mensis madii turris, que dicitur Lucaballus, ex omni parte a summo usque deorsum corruiet et secundum ruine aspectum certitudo aliqua ad presens haberi non potest, utrum ex vicio fundamenti an ex malicia novi operis eiusdem turris, quod mag. Petrus de Calocera de Licio receperat ad extalium faciendum, passa fuerit turris ipsa ruynam, nos scire volentes ad plenum exinde veritatem, . . . precipimus, quatinus tu personaliter una cum Simone de Bellovidere viceammirato a flumine Tronti usque Cutronum etc., quem inde presentium auctoritate te requirere volumus, diligenter inquiras, utrum ex ipsius vicio fundamenti an ex predicti operis malicia ipsius ruyne casus emerit; et quicquid inde inveneris, sub sigillo tuo et predicti Symonis celsitudini nostre et magistris racionalibus magne curie nostre significare procures; attentius provisurus, quod nullo unquam tempore possit inveniri contrarium eo, quod super premissis duxeris intimandum. nichilominus vocatis magistris muratoribus et aliis fidelibus viris expertis in talibus, una cum predicto Symone diligenter facias providere, si turris ipsa iterum de novo in eodem loco fieri poterit eiusdem altitudinis, sicut predicta prior turris esse debebat, ita quod murus ipsius ab inferiori parte usque ad summitatem sit amplitudine palmorum 4 et predicta turris fortis sit et bene durabilis ac de ipsius ruyna non possit aliquatenus dubitari, vel si ad maiorem securitatem eiusdem operis pocius videbitur expedire, quod a superficie terre usque ad primam voltam murus eiusdem turris sit amplitudinis 1 canne et abinde superius amplitudinis palmorum 4. et provisionem ipsam, sicut melius videbitur posse fieri, per easdem litteras sub sigillo tuo et predicti Symonis celsitudini nostre et predictis magistris racionalibus sine aliqua tarditate transmittas; cautus existens, ne aliquo tempore aliud, quam quod inde scripseris, inveniri contigat, cum inde tibi de premissis omnibus incumbamus. et quia propositi nostri est, turrim ipsam omnino iterum de novo fieri facere, volumus et tibi precipimus, ut de calce pro eodem opere necessaria exnunc diligenter provideas, sic quod inde oportuno tempore quantitas sufficiens habeatur. de quatrellis, saporris et aliis in eodem opere opportunis ex marramate<sup>a</sup>) prioris turris, que cecidit, haberi debet in loco ipso sufficiens et necessarius apparatus. Dat. Neapoli XX. madii.

<sup>a</sup>) Reg. 8: narratione. Reg. 36 ist an dieser Stelle verletzt; doch sind die letzten Buchstaben [...]ate noch sichtbar.

910.

Neapel 1280 Mai 23.

Siehe n. 507.

911.

Sanseverino 1280 Juni 16.

RA 1270 B n. 8 f. 122<sup>o</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Ydronti) etc. Satis contra te mirari cogimur et moveri, quod, cum pridem tibi, qui maiestati nostre scripseras, turrim, que dicitur Lucaballus, a summo usque deorsum subito corruisse, per litteras nostras dederimus in mandatis<sup>1</sup>), ut scires et inquirereres veritatem de causa eius ruyne sive ob malicciam veteris fundamenti vel novi operis accidit, et diligenti provisione prehabita pro reficienda ipsa calcis et aliorum necessarium extunc fieri faceres apparatus nobisque, quicquid inde invenires et ageres, per tuas litteras intimares, nullas adhuc a te super hoc recepimus responsales. . . . precipimus, quatinus statim . . . inquisitionem exinde per te factam et totum processum tuum habitum in premissis per responsales litteras tuas et nuncium maiestati nostre studeas intimare, ut plenam in brevi de hiis certitudinem habeamus et provideamus ac mandemus inde nostre beneplacitum voluntatis. Dat. apud s. Severinum etc. mense iunii XVI. eiusdem VIII. ind.

912.

S. Gervasio 1280 Juni 24.

RA 1270 B n. 8 f. 123<sup>b</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Ydronti) etc. Sciat fidelitas tua, quod Rogerius de Ripa, Robbertus filius et heres quondam iudicis Marci tam pro parte sua quam pro parte Nicolai de Ogento de Brundusio, eo quod idem Nicolaus in opere castri nostri Brundusii statutus est et ipsum in eodem opere volumus remanere, citati dudum per te ad mandatum<sup>2</sup>) nostrum proinde tibi missum . . . ut XV. presentis mensis iunii coram magistris racionalibus se presentare deberent, posituri coram eisdem magistris racionalibus de officio operum dicti castri Brundusii predictis Rogerio de Ripa, quondam iudici Marco et Nicolao de Ogento successive

1) n. 909.

2) n. 908.

ad credenciam per curiam nostram commisso finalem et debitam rationem et satisfactori de omnibus, in quibus per rationem eandem apparebit nostre curie debitores, in predicto prefixo eis termino se coram predictis magistris racionalibus in nostra curia presentarunt et iuxta formam rationum, que servatur in talibus, ad sancta Dei evangelia iuraverunt, quod, nisi rationem ipsam ponant et compleant, ab eadem nostra curia non recedant, tue fidelitati mandantes, quatinus occasione citacionis predicte contra eos aliquatenus non procedas et, si forte in aliquo processisti, processum tuum in irritum debeas<sup>a)</sup> revocare. Dat. apud s. Gervasium XXIII. iunii.

<sup>a)</sup> debes.

### 913.

S. Gervasio 1280 Juni 29.

RA 1270 B n. 15 f. 122<sup>ab</sup>. — Auszug: *Minieri, Regno 1280 p. 21.*

Eidem iusticiario (Terre Ydronti) etc. Benigne receptis et intellectis litteris, quas tu et Symon de Belloidere etc. nostro nuper culmini destinastis, ad id, quod significastis per eas, quod ad executionem mandati<sup>1)</sup> nostri proinde tibi directi, adhibitis vobiscum magistris muratoribus et quampluribus aliis fidelibus nostris civibus Brundusii, quorum nomina in eisdem litteris expressius continentur, qui de fabricarum conditionibus plenam habent noticiam, ad turrim, que dicitur Lucaballus, vos personaliter contulistis et ipsius turris circumquaque ruina diligenter inspecta propter maximam coacervationem lapidum et marramatum, que corruerant ex parte exteriori ipsius turris, nichil certi inspicere potuistis, utrum ex vicio fundamenti an ex malicia novi operis predicte turris ruina evenerit; propter quod excellencie nostre scripsistis, quod de ipsius turris ruina, et qualiter sic inopinate contigerit, certitudo aliqua haberi non potest, nisi prius exageretur acervis lapidum et aliorum marramatum predictorum, ut occulta fide possit inspicere, qualiter huius ruine casus habuit evenire: tibi rescribimus, quod, cum de ruina predicte turris modis omnibus certificari velimus, utrum ex fundamenti vicio, sicut predicatur, an ex malicia novi operis ipsius ruine casus evenit, . . . precipimus, quatinus, . . . lapides coacervatos et omnia marramata ruine predicte bene exaggerare et totum opus dicte turris discohoperire facias usque ad superficiem veteris fundamenti, cum iustis tamen et moderatis expensis per te de quacumque fiscali pecunia, que est vel erit per manus tuas, utiliter et necessario faciendis. et procedendo in exaggeratione lapidum et marramatis predictorum ac discohoperito opere usque ad fundamentum vetus, sic, quod de eventu ipsius ruine plena haberi valeat certitudo, quicquid inde inveniri contigerit, nobis et magistris racionalibus magne curie nostre significare procures; attentius provisurus, quod nullo umquam tempore possit inveniri contrarium eo, quod nobis et predictis magistris racionalibus exinde duxeris intimandum. et quia propositi nostri est, turrim ipsam in eodem loco modis omnibus rehedificare et fieri facere in ea altitudine, sicut predicta prior turris esse debebat, ita quod sit fortis et bene durabilis ac de ipsius ruina non possit decetero aliquatenus dubitari, . . . precipimus, ut de omnibus, que pro ipsius turris rehedificatione et constructione necessaria sunt, exnunc diligenter provideas, ut, cum per aliud mandatum nostrum ad ipsius turris rehedificationem et constructionem procedi mandabimus, predicta omnia necessaria parata infallibiliter habeantur; facturis necessariis moderatas et utiles expensas tam pro emenda calce quam aliis oportunis rebus et serviciis ad hoc necessariis de quacumque predicta fiscali pecunia, que est vel erit per manus tuas, sic quod in ipsis rebus paratis habendis suo loco et tempore defectus aliquis non emergat. Dat. apud s. Gervasium XXVIII. iunii VIII. ind.

### 914.

Melfi 1280 Juli 15.

RA 1270 B n. 8 f. 123<sup>b</sup> bis 123<sup>a</sup>. RA 1279/80 A n. 36 f. 69<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Ydronti) etc. Litteris tuis nuper culmini nostro missis solita benignitate receptis ad dubia, que occurrere tibi scripsisti super quibusdam<sup>a)</sup> responsalibus<sup>2)</sup> nostris dudum tibi directis de exaggerari facienda cohacervatione marramatis ruine turris, que dicitur Lucaballus, primo videlicet, quod responsales ipse sigillo nostro parvo secreto sigillate non sunt et in eis non continentur, ut expensas utiles et necessarias circa exaggerationem ipsius marramatis faciendas et empcionem rerum necessariarum pro apparatu rehedificacionis et constructionis ipsius turris de pecunia presentis generalis subvencionis in iurisdictione tua imposite facias et exolvās, cum de alia fiscali pecunia sufficientem non habere te asseras quantitatem, et etiam si excellencie nostre placet, quod opus predictum et alia opera tibi per magestatem nostram in partibus iurisdictionis tue forte decetero inmitenda concedas ad extalium vel ad credenciam fieri pro parte curie

<sup>a)</sup> quibus.

<sup>1)</sup> n. 909.      <sup>2)</sup> n. 913.

nostre commitas: tibi duximus rescribendum, quod non obstante, quod responsales predictae dicto parvo sigillo nostro secreto sigillate non sunt, expensas utiles et necessarias in exaggeratione cohacervationis marramatis ruine predictae turris, quam omnino rehedificari et construi volumus, et emendis rebus predictis necessariis de quacunque fiscali pecunia, que undecunque est vel erit per manus tuas, et in defectu alterius fiscalis pecunie de pecunia dicte generalis subventionis in iurisdicione tua inopite facere solvere et exhibere procures, statuens aliquem probum fidelem ydoneum et sufficientem virum super opere exaggerationis ipsius marramatis ad credenciam faciendo et emendis rebus necessariis pro apparatu predicto, qui ad premissa omnia sedulus et studiosus intendat et ea fideliter et legaliter exequatur. cui per te statuendo firmiter expresse precipias, quod in opere ipso sic procedi faciat, quod magistri et manipuli ad opus ipsum pro parte nostre curie conducendi ab ortu solis usque ad occasum non segniter set vigore laborent; quibus iuxta statutum curie nostre super hiis factum solvat de pecunia, quam sibi propter hoc exhiberis et assignaveris, eorum mercedem ad rationem inferius declaratam: videlicet cuilibet magistro muratori tempore estivo ad rationem de gr. 15 et tempore yemali ad rationem de gr. aur. 6 ponderis generalis per diem. de aliis vero operibus tibi forte inantea per nostram excellenciam committendis, sive quod ad extalium concedi debeant sive quod ad credenciam opera ipsa pro parte nostre curie committentur, facias in omnibus et per omnia, quod tibi tunc per nostras litteras iniungetur. tu vero in exaggerari facienda cohacervatione dicte marramatis eiusdem turris et emendis rebus necessariis pro apparatu rehedificationis et constructionis ipsius sic efficaciter et diligenter intendas, quod per celerem executionem ipsius operis in conspectu maiestatis nostre possis commendabilis apparere. expresse tamen tibi precipimus, ut nec predictum opus nec quodlibet aliud tibi forte inantea pro parte nostre curie committendum ad extalium aliquo modo concedas. Dat. Melfie XV. iulii.

## 915.

Lagopsole 1280 Iuli 19.

RA 1270 B n. 8 f. 123<sup>o</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Ydronti) etc. Licet olim providerimus<sup>1)</sup>, ut in turri, que dicitur Lucaballum, deberent fieri volte due, quia tamen beneplaciti nostri est, quod in predicta turri non fiat nisi volta una in primo solario ipsius, . . . mandamus, quatinus voltam unam tantum in predicta turri, videlicet in primo solario ipsius, mandes et fieri facias cum omni diligentia et cautela; ordinaturus, quod in opere dicte turris cum ea attenzione et sollicitudine ac diligenti studio procedatur, quod de<sup>a)</sup> ipsius operis ruina<sup>b)</sup> vel casu non sit decetero aliquatenus dubitandum. Dat. apud Lacumpensium XIX. iulii.

a) ad.      b) ruinam.

## 916.

Lagopsole 1280 August 30.

RA 1270 B n. 8 f. 124<sup>o</sup>. — Auszug: Minieri, Rogno 1280 p. 27.

Eidem (iusticiario Terre Ydronti) etc. [1] Nicolaus de Ogento et Trancredus de Poliano expensores quorundam operum castri nostri Brundusii celsitudini nostre nuper eorum litteris intimarunt, quod, cum super fieri faciendo muro ex parte fossati circumcirca castrum ipsum a fontana inde usque ad pedem fossati, qui est<sup>a)</sup> supra tarsionatum, iuxta mandatum tuum procederent, ea occasione, quod quandam quantitatem terre mobilis caricatam secus eundem murum, qui factus erat, ut scribunt, in quantitate cannarum 100, apodiare<sup>b)</sup> et apontellare fecerant, murus ipse honus predictae terre non substinens corruit totaliter usque ad quantitatem cannarum 36: quod grave admodum et moleste ferentes et moti ecciam contra eos ac nolentes negligentiam et incuriam eorum, immo, ut credimus, dolum, in dampnum nostre curie retorquere set pocius in caput ipsorum, ob quorum culpam incidit, et cum, si in apontellanda terra predicta et aliis, que pro salubritate ipsius operis fieri oportebat, diligenti cura efficaci studio et<sup>c)</sup> previsto consilio processisses, murus ipse minime cecidisset, nec et ipsius casu curia nostra, immo pocius ipsi, dampnum aliquod incurrissent neque nostram contra eos prorogacione ac dispendio dicti operis maiestatem ad iracundiam provocassent, . . . precipimus, quatinus statim. . . ad castrum ipsum te personaliter conferas, adhibitis tibi magistris et<sup>c)</sup> probis viris in hiis expertis, murum eundem inspicias et inspicere facias diligenter et totum id, quod ex eo dicto modo dirutum esse inveneris, de novo fieri facias per expensores eosdem propriis eorum sumptibus et expensis, ita quod fundamentum bonum sit forte totum et firmum et opus ecciam eiusdem muri sic studiose factum de bonis lapidibus calce et arena, ut ex eo non sit decetero modo aliquo dubitandum,

a) quia stat qui est.      b) in.      c) fehlt Reg.: vgl. n. 929.

1) n. 823 § 2.      2) Vgl. n. 903 § IV 4.

quia exinde ipsis semper immediate et in capite incumbemus et de toto sinistro, si quod ex eo accideret, curiam nostram<sup>4)</sup> super bonis eorum procul dubio servari mandabimus et faciemus indempnem. [2] preterea quia iidem expensores per supradictas eorum litteras nostrum beneplacitum implorarunt<sup>5)</sup>, qualiter in faciendis voltis seu tabbulamentis in turribus, que sunt ex parte maris, per eos procedi debebit, . . . mandamus tibi, quod in eisdem turribus non voltas de lapidibus set tabulamenta de lignaminibus bonis et fortibus fieri mandes et facias per expensores predictos iuxta provisionem et designationem mag. Petri de Angicuria, qui de mandato nostro illuc est in proximo accessurus. [3] insuper tibi . . . mandamus, quod inconvenienti omnes illos, qui fieri fecerunt turrim, que dicitur Lucavallu, sive in credentiam sive in extallium et precipue mag. Petrum de Calochuro, quia ex ipsorum defectu corrui turris ipsa, capias de personis, in carcere nostro in bonis et tutis compedibus ferreis cum diligentia facias detineri, captis nichilominus bonis eorum omnibus mobilibus stabilibus seseque moventibus quibuscumque, que diligenter inquiras et scias, ita quod nichil ex eis alienari minui vel distrahi valeat vel ecciam occultari. et si forte bona eorum insufficientia visa fuerint pro totali satisfactione et emendatione de nova hedificacione eiusdem turris nostre curie facienda, similiter capias bona omnia fideiussorum omnium, quos pro turri predicta precessoribus tuis in officio et tibi pro parte nostre curie prestiterunt. et totum processum tuum, quem in premissis omnibus et quolibet premissorum per se habendum duxeris, distinguendo nomina et cognomina illorum, quos ceperis, et bona omnia similiter capienda, nobis et magistris racionalibus per litteras tuas significare procures, ut exinde nostras recipias responsales. Dat. apud Lacumpensulem penultimo agusti VIII. ind.

<sup>4)</sup> curia nostra.

<sup>5)</sup> imploravit.

## 197.

Lagopesole 1280 August 31.

RA 1279/80 A n. 36 f. 69<sup>ab</sup>. RA 1281 B n. 42 f. 96<sup>a</sup>. Beide Registereintragungen sind durch Verletzung der Blätter beschädigt; doch ergänzen sie sich gegenseitig.

Patricio de Chauris militi iusticiario Terre Ydronti etc. Benigne recepit excellencia nostra litteras tuas et scriptum unum publicum de fabrica et statu fundamenti turris, que dicitur Lucaballus, factum, quas et quod nuper nostre celsitudini presentasti, cuius instrumenti tenore vidimus et inspeximus, [1] quod te una cum magistris muratoribus et aliis fidelibus nostris noticiam plenam habentibus in talibus ad eandem turrim personaliter conferentes, provisa fabrica veteris fundamenti ipsius operis diligenter intus et extra, visum est tibi predictis magistris et aliis, quod, licet opus dicte turris construende de novo supra muros eiusdem fundamenti forsitan stare posset, quamvis in muro ipso ex parte septentrionis appareant alique scissure seu crepature tenues et subtiles, pro maiori et tuciori firmitate atque securitate dicti novi operis construendi murus ipse taliter scissus usque ad primam fabricam diruatur et reficiatur, ut de iterata ruina non possit aliquatenus dubitari. [2] visum est ecciam tibi et aliis, quod ruina predictae turris, sicut evidenter apparet, ex malicia predicti novi operis habuit evenire, tum quia lapides ipsius operis molles fuerunt et fragiles, cum quia parum calcis fuit appositum in opere supradicto; et sic, si turris ipsa debet refici, reficiatur de lapidibus Olivule, et lapides predictae ruine ipsius fabrice marramatis apponantur, quia ad aliud opus valere minime dinoscentur. [3] vidimus ecciam in predictis tuis litteris contineri, quod commisso per te pro parte curie nostre ad faciendum apparatus calcis viris ydoneis et fidelibus pro rehedificacione dicte turris et statuto super exaggeracione marramatum ruine ipsius turris Achilli Caballerio de Brundusio, qui fieri fecit ad credencia opus ipsum, expense sunt per eum in toto opere exaggeracionis predictae cum noticia et consciencia Hamilloti Monachi stipendiarii nostri tecum pro nostris exercitiis deputati, quas sibi assignasti de pecunia presentis generalis subvencionis in iurisdictione tua imposita, unc. aur. 25. . . [4] verum quia ad rehedificacionem et constructionem dicte turris scripsisti te non posse procedere, nisi super hoc nostrum tibi beneplacitum rescribamus, tibi rescribimus, tue fidelitati mandantes, ut habita prius diligenti provisione super muris fundamenti dicte turris, eo quod fundamentum est stabilitas operis construendi, ne propter ipsorum murorum debilitatem de turri ipsa, quod absit, sinistrum aliquod eveniat, iterato turrim eandem de bonis lapidibus Olivule de novo construi facias cum expensis curie nostre per te de quacunque fiscali pecunia curie faciendis et in defectu alterius fiscalis pecunie de pecunia presentis generalis subvencionis in iurisdictione tua imposita, iuste tamen et moderate, sic quod expensis ipsis curiam nostram fraudari vel decipi non contingat; ita tamen, quod muri ipsius turris sint illius altitudinis et amplitudinis, sicut fuit et esse debuit turris predicta, que passa fuit ruinam; et turris ipsa fiat de illa altitudine amplitudine et grossitudine ac de illa forma, de qua facta fuit et fieri debuit secundum provisionem nostram turris predicta, que passa est ruinam, in totum; eo tamen excepto, quod in summitate ipsius turris fieri provideramus voltam, non fiat volta, set fiat



tabulamentum de lignaminibus novis et fortibus; et supra ipsum tabulamentum fiat terracia; et tam in faciendi deinde parapecto mergulis et turreta, ubi fanum debet apponi, quam ceteris aliis nostra provisio exinde de predicta priori turri habita in omnibus et per omnia observetur. [5] et quia significasti per easdem litteras tuas te ad mandatum nostrum tibi proinde directum exhibuisse pro parte curie nostre iudici Iohanni de Corticio et Rogerio de Ripa magistris sycle nostre Brundusii die XIX. presentis mensis augusti huius VIII. ind. apud Brundusium unc. aur. 600 convertendas per eos in opere nove denariorum monete, quam in eadem sicla per eos cudi et laborari excellencia nostra mandavit, placet nobis et tuum inde studium commendamus ac exhibitionem ipsius pecunie per te eisdem magistris sicliariis predicto modo factam in tuo volumus racionio computari, dum inde constet per ipsorum syclariorum ydoneam apodixam. arguimus tamen te, quod, de qua pecunia predictas 600 unc. aur. eisdem magistris syclariis exolveris, in eisdem tuis litteris minime expressisti. [6] de muro autem fieri de novo proviso per excellenciam nostram in castro Brundusii ex parte fossati<sup>a)</sup> eiusdem castri ex opposito taluti amplitudinis palmarum 3, qui se appodiet in terra dimidio palmo, quem Nicolao de Ogento et Trancredo de Paliano credenceriis aliorum eiusdem castri operum pro parte nostre curie commisi, de quo scripsisti corruisse die lune XII. presentis mensis agusti per longitudinem cannas 25 et per altitudinem cannas 4, computatis in ipsa altitudine cannis 3 de fundamento, tibi respondendo precipimus, quatinus super ipsius muri rehedificacione illud inde facias, quod tibi per alias nostre maiestatis litteras<sup>1)</sup> est iniunctum. Dat. apud Lacumpensulem ultimo agusti VIII. ind.

<sup>a)</sup> Reg. n. 42 nach fossati irrig nochmals ex.

918.

Melfi 1280 September 21.

RA 1281 B n. 42 f. 96<sup>b</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Ydronti). [1] Quia mag. Petrus de Angicuria... nuper de Brundusio rediens... nobis exposuit, quod, cum inspexisset turrinam dirutam, que dicitur Lucaballus, visum est sibi fundamentum eiusdem turris ob ruinam, quam passa est, quasi fractum esse nec fore tutum opus aliquod construere supra illud, ... precipimus, quatinus, licet tibi per alias nostras dederimus litteras<sup>2)</sup> in mandatis, ut circa constructionem et rehedificacionem eiusdem turris laborari faceres et procedi, de laborando et procedendo in ea supersedeas usque ad adventum nostrum apud Brundusium, qui erit in proximo... interim tamen congregari et parari facias habundanter bonum et largum apparatus bonorum lapidum Olivole, calcis, terre et omnium aliarum rerum, que fuerint oportune. facias etiam fundamentum predictum ex parte aliqua discohoperiri et diligenter inspici profunditatem ipsius, et si bonum et tutum est, et supra ipsum securiter et absque dubietate poterit laborari, ut in predicto adventu nostro de hiis provideamus et mandemus, quicquid pro indemnitate nostra et salubritate dicti operis videbimus expedire. [2] volumus etiam et mandamus, quod ad diruendam et destruendam cisternam nostram palatii Ville nove usque ad predictum adventum nostrum aliquatenus non procedas. Dat. Melfie die XXI. septembris VIII. ind.

919.

Melfi 1280 September 29.

RA 1281 B n. 42 f. 96<sup>b</sup> bis 97<sup>a</sup>.

(Iusticiario Terre Ydronti). Supplicavit excellencie nostre Guido de Monasterio s. Iohannis prothomagister operum nostrorum Brundusii... quod, cum satisfactum fuerit sibi de gagiis suis debitis et statutis per... tuum... precessorem... et ab ingressu officii tui citra nichil de gagiis ipsis receperit, sibi super hoc providere benigniter dignemur: ... precipimus, quatinus... gagia... ad rationem de tar. aur. I. si equum continue habuerit, et si equum non habuerit, de gr. aur. 15... per diem... dicto prothomagistro... exhibere procures... Dat. Melfie penultimo septembris.

920.

Foggia 1280 Oktober 6.

AP vol. VI n. 559. Orig. membr. RA 1281 B n. 42 f. 97<sup>a</sup>. - Auszug: Schulz IV 91 n. 245. SM I 215 n. 9.

Patricio de Chauris iusticiario Terre Ydronti etc. Cum pridie nostra intellexit celsitudo, quod quedam pars de eo, quod factum erat de muro dudum faciendum proviso grossitudinis palmarum 3 iuxta fossatum castri nostri Brundusii circumcirca ex parte terre corruit propter intollerabile onus terre mobilis, iuxta quam ipse murus appodiari debet, et velimus, quod, sicut tibi per alias nostras litteras<sup>3)</sup> demandatur, predicta pars muri, que corruit, per expensores operis ipsius muri, ob quorum culpam dolum sive fraudem ipsa pars

<sup>1)</sup> n. 916.

<sup>2)</sup> n. 917.

<sup>3)</sup> n. 916; vgl. n. 917 § 6.

dicitur corruisse, pro eo quod fundamentum ipsius ita profundum bonum et forte, sicut decuit, fieri non fecerunt, rehedificetur de proprio eorundem insimul cum aliis 2 palmis addendis et faciendis ad expensas curie nostre in opere dicti muri, sic quod murus ipse sit per totum in pede grossitudinis palmorum 5, et a pede supra sic constringi et artari debere in altum, quod in sumitate ipsius sit palmorum 3, iuxta provisionem mag. Petri de Angicurt fidelis nostri per eum inde habitam, cum apud Brundusium presens fuit, prout nobis per tuas litteras intimasti: . . . mandamus. . . , quatinus facta prius diligenti et legali extimacione, pro quanta pecunie quantitate fieri poterunt et compleri alii 2 palmi ultra primam provisionem de predicto muro habitam per nostram curiam addendi per totum aliis predictis 3 palmis in predicto muro iuxta predictam provisionem dicti mag. Petri, ut superius continetur, opus ipsius additus ad expensas curie nostre faciendum secundum extimacionem predictam exinde faciendam de quacumque pecunia curie nostre et in ipsius defectu de pecunia presentis generalis subvencionis et eciam de pecunia precii presentis nove denariorum monete, que est vel erit per manus tuas, predictis expensoribus committas, insimul faciendum per eos cum alio opere dicti muri, quod dudum eisdem duxeras committendum; quibus tam pro opere dicti additus quam pro alio opere dicti muri, preterquam pro opere dicte partis, que corruit, quod rehedificari debet ad expensas eorum, sicut superius continetur, pecuniam necessariam non simul et semel totam ipsam pecuniam, set successive, prout in eodem opere procedetur, de predicta pecunia debeas exhibere; faciens fieri de extimacione predicta quatuor puplica consimilia instrumenta continencia totam presencium seriem, quantitatem pecunie, ad quam ascendit extimacio supradicta, nomina et cognomina illorum, qui interfuerint extimacioni predictae, necnon et expensorum predictorum; quorum uno tibi remanente et alio dictis expensoribus assignato tercium nobis et quartum magistris racionalibus etc. debeas destinare; sciturus pro certo, quod, si predicta extimacio fidelis et legalis non fuerit, eam non acceptabimus et totum id, quod puram et meram veritatem excesserit, tam de tuo proprio quam eorum, qui prefate extimacioni interfuerint, pro parte nostre curie mandabimus proculdubio extorqueri iuxta statutum<sup>1)</sup> in hiis per curiam nostram factum; cavens attente, quod fundamentum tam predictae partis, que corruit, quam tocius alii<sup>a)</sup> muri faciendi iuxta fossatum dicti castri fiat bonum forte et durabile, ita quod ex eo ullo umquam tempore non sit in aliquo dubitandum, cum tibi et dictis expensoribus exinde totaliter incumbamus; forma nichilominus predicti prioris mandati nostri tibi dudum directi super rehedificacione dicte partis, que corruit, diligenter attendenda et in omnibus observata. Dat. Fogie VI. octubris VIII. ind.

<sup>a)</sup> alius.

## 921.

Brindisi 1280 November 6.

RA 1281 B n. 42 f. 99<sup>b</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Ydroni). Supplicaverunt excellencie nostre notarius Thomasius et Theodorus Stulmafog(a) de Brundusio, olim credencerii in opere turris, que dicitur Lucaballus, a secunda volta superius, quos<sup>a)</sup> occasione ruyne ipsius turris fecisti. . . carceri mancipari, . . . quod, cum ipsi et Nicolaus Murronus fuga lassus eorum in predicto servicio socius tam a . . . tuo . . . precessore . . . quam a te ipso receperint . . . unc. aur. 34 . . . pro procedendo in opere dicte turris . . . et parati sint . . . curie nostre predictam restituere pecunie quantitatem, de eorum liberatione providere nostra serenitas dignaretur: . . . precipimus, quatinus . . . receptis ab eis . . . predictis unc. aur. 34 . . . , quas in opere dicte turris convertas, eosdem carcere liberes. . . et quia nolumus, quod predicti notarius Thomasius et Theodorus Stulmafog(a) onus partis tercie predictum Nicolaum Murronum eorum socium de predicta summa pecunie contingentis debeant indebite supportare, . . . precipimus, ut de bonis ipsius Nicolai stabilibus et mobilibus tantum prefatis notario Thomasio et Theodoro pro eo solventibus debeas assignare, quod iusta<sup>b)</sup> et comuni extimacione valeant terciam partem dictarum 34 unc. aur. . . ; restituens eis bona omnia . . . , que tempore capcionis dictorum notarii Thomasii et Theodori et fuge ipsius Nicolai Murroni ad opus curie nostre cepisti. . . attente tamen cavere te volumus, quod predicti notarius Thomasius, Theodorus et Nicolaus Murronus non fuerint socii vel fideiussores seu approbatores fideiussorum mag. Petri de Calocero extallerii primi operis dicte turris aud credencerii per officiales nostros. . . ordinati ad videndum, si opus dicte turris fieret iuxta pactum habitum inter curiam nostram et extallerium supradictum; quo casu volumus, quod ipsi exinde, prout de iure fuerit, nostre curie teneantur. Dat. Brundusii VI. novembris.

<sup>a)</sup> quod.

<sup>b)</sup> iuxta.

<sup>1)</sup> Trifone p. 62 n. 48.

922.

Brindisi 1280 Dezember 9.

RA 1281 B n. 42 f. 99<sup>a</sup> bis 100<sup>a</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Ydronti) etc. Cum turrim, que dicitur lu Caballus, que dudum corruit, de novo fieri modo subscripto nostra providerit celsitudo, . . . precipimus, quatinus statim. . . adhibitis tibi magistris et aliis probis et fidelibus viris expertis in talibus ad turrim eandem te personaliter conferas et opus ipsius inspicias et inspicere facias ac extimacionem fieri diligenter de rebus et serviciis necessariis pro opere ipso reficiendo secundum formam subscriptam per excellenciam nostram provisam et, pro quanta quantitate pecunie fieri poterit et compleri, factaque extimacione ipsa et factis de<sup>a</sup>) ea tribus ydoneis consimilibus publicis instrumentis continentibus formam presencium, nomina et cognomina extimatorum et totam seriem extimacionis ipsius particulariter et distincte, quorum uno penes te retento aliud camere nostre et tertium magistris racionalibus etc. mittas, duos probos fideles et sufficientes viros tibi de eorum insufficientia et defectu curia nostra totaliter inherente eligas et in opere ipso statuas expensores, quibus pro expensis eiusdem operis pecuniam opportunam de quacumque pecunia curie nostre, que sive de presenti generali subventionem aut pretio nove denariorum monete vel undecumque est vel erit per manus tua, exhibere debeas, sicut successive expediens fuerit et in eodem opere procedetur; recepturus ab eis de hiis, que ipsis assignaveris, et recipi facturus per eos de hiis, que expenderint, ydoneas apodixas ad cautelam. et super facienda extimacione predicta ac super solutione magistrorum manipulorum et aliarum personarum, que in ipso opere laborant, statutum<sup>1</sup>) curie nostre tibi alias per litteras nostras datum observes et facias observari. quibus expensoribus magistris manipulos currus animalia et quelibet alia oportuna sine defectu quolibet administres. et apud eos continue ac ferventer insistas super processu eiusdem operis efficaci, ipsius celeriter complementum, quantumcumque plus poteris, procurando, quod exinde tua diligentia nostris beneplacitis satisfiat. et nichilominus cautus esto, quod predicta extimatio exinde facienda bene et legaliter fiat et nulla in ea fraus vel negligentia committatur in curie nostre dampnum, quia, si legalis non fuerit, eam non acceptabimus et totum id, in quo puram et meram veritatem excesserit, de tuo proprio et illorum, qui eam fecerint, exigi procul dubio faciemus iuxta statutum in hiis per curiam nostram factum<sup>b</sup>).

opus vero eiusdem turris providimus et fieri volumus in hunc modum: videlicet [1] quod circumcirca turrim eandem fiat talutum a pede fundamenti usque desuper terram per palmum 1; et sit grossitudinis palmarum 2; et talutum ipsum adhereat fundamento, ad hoc quod sit magis firmum et durable. [2] deinde inantea erigantur muri, qui hodie sunt equales, ita quod a terra usque summitatem ipsorum sit altitudinis canna 1. [3] et supra ipsam cannam altitudinis a duobus lateribus ipsius turris magis grossis et tucioribus accipiantur volta, que sit alta, quod a solario terre usque voltam, computatis 4 palmis pro grossicie volte et terracie, sit altitudinis cannarum 5<sup>1</sup>/<sub>2</sub>. [4] item supra ipsam voltam et terraciam fiat unum stagium altitudinis cannarum 3 infra muros; et 2 palmi erunt pro solario secundo. [5] et in ipso stagio fiant 4 fenestre una in quolibet latere ipsius turris, quarum quelibet sit altitudinis palmarum 4 et amplitudinis palmarum 2<sup>1</sup>/<sub>2</sub>; et quelibet ipsarum fenestrarum habeat dimidium sedium. [6] item aliud stagium fiat supra ipsarum primum stagium altitudinis cannarum 3 infra muros; et 2 palmi erunt pro tercio solario; quod solarium habeat totidem fenestras et erit<sup>c</sup>) eiusdem forme. [7] item supra ipsum stagium fiet terracia una grossitudinis palmarum 2; et supra ipsam terraciam fient antepectus et merguli altitudinis canne 1; et deinde supra in angulo ipsius turris ex parte orientis fiet turricella una, que sit altitudinis supra mergulis cannarum 3, pro fano faciendo; et predicta stadia fiant de bonis et fortibus lignaminibus; et murus predicte turricelle pro fano faciendo erit grossitudinis palmarum 5. [8] item predicta turris fabricetur de bona calce et bona arena, ita tamen, quod in muris faciendis interioris et exterioris<sup>d</sup>) ponatur medietas calcis et medietas arene; et in medietate ipsorum murorum, ubi debet poni saburra, ponatur tertia pars calcis et due partes arene; et fiat statim totus bonus et largus apparatus lapidum calcis et aliorum necessariorum, ita quod in principio mensis februarii turris ipsa possit incipi fabricari bono et largo modo. [9] item in quolibet angulo ipsius turris fiant tres aperture, sicut fenestre; et quelibet apertura erit amplitudinis 2 palmarum; et quilibet mergulus erit amplitudinis palmarum 10<sup>1</sup>/<sub>2</sub>; et in quolibet predictorum stagiorum fiat scala una de bonis lignaminibus. opus autem dicte turris fabricari facias de bonis lapidibus Olivole et melioribus, qui poterunt inveniri. Dat. Brundusii die IX. decembris IX. ind.

<sup>a</sup>) ex.<sup>b</sup>) facti.<sup>c</sup>) fehlt Reg.<sup>d</sup>) so Reg.; soll wohl heißen: ex parte interiore et

exteriore.

1) Trifone a. a. O.

## 923.

Brindisi 1280 Dezember 10.

RA 1281 B n. 42 f. 102<sup>ab</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Ydronti). Ad capitula tua, que tu presens in curia nostre celsitudini obtulisti, tibi taliter duximus respondendum: . . . ad aliud quoque capitulum, per quod nostre excellencie intimasti, quod, cum . . . capi feceris bona omnia mag. Petri de Calocero dudum extallerii operis turris, que dicitur Lucaballus, que ruynam passa est, ac fideiussorum ipsius et, bonis ipsis vendicioni expositis, nullus est, qui pro ipsis bonis seu aliquo ex eis emendis coram te seu commissariis tuis appareat, propter quod, quid inde fieri debeat, nostrum tibi reserari beneplacitum postulasti: tibi rescribimus, ut, si non apparuerit aliquis . . ., qui bona ipsa . . . emere velit, de quo docere te volumus per scripta puplica tue tempore racionis, . . . precipimus, quod omnia bona ipsa cum omnibus fructibus forsitan inde perceptis medio tempore, quo ad manus tuas . . . extiterunt, Mauro Pironto et Nicolao Castaldo de Ravello magistris portulanis et procuratoribus Apulie procuranda<sup>a)</sup> per eos . . . assignare procures. . . . Dat. Brundusii X. decembris.

<sup>a)</sup> procurando.

## 924.

Barletta 1281 Februar 1.

RA 1281 B n. 42 f. 105<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Ydronti) etc. Quia volumus, quod in opere turris, que dicitur Lucaballus, a medietate presentis mensis februarii diligenter et sollicito procedatur, . . . precipimus, quatinus magistros mazonerios seu fabricatores bonos et expertos 8 et manipulos necessarios et oportunos in eodem opere invenire et deputare studeas et etiam ingenia duo pro tollendis in altum lapidibus calce et aliis necessariis eisdem magistris habilibus<sup>a)</sup> et copiosius exhibendis in eadem turri faciatis ordinari, ita quod a medietate predicti mensis februarii inantea in opere dicte turris laborari facias per predictos magistros diligenter et continue iuxta designacionem de ipso opere per nos factam et tibi propterea specialiter assignatam<sup>1)</sup>; interim tamen, sicut pluries tibi per litteras nostras<sup>2)</sup> mandavimus, fieri facias attractum seu apparatus calcis et arene lapidum et aliorum necessariorum pro ipso opere in loco predictae turris, ut veniente predicta medietate februarii possit procedi in ipso opere iuxta nostre beneplacitum voluntatis, et quod necessariorum ipsorum in ipso opere defectus aliquis nequeat interesse. et scias, quod duo magistri debent facere per diem cannam unam ipsius muri. Dat. Baroli I. februarii.

<sup>a)</sup> habilibus.

## 925.

Orvieto 1281 April 15.

RA 1281 B n. 42 f. 107<sup>b</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Ydronti) etc. Consueta benignitate recepit excellencia nostra quaternum unum extimacionem operis turris, que dicitur Lucaballus, factam de mandato<sup>3)</sup> nostro proinde tibi directo distincte et particulariter continentem, quem sub sigillo tuo nuper nostro culmini destinasti; et ipsius quaterni tenore diligenter inspecto arguimus te prima fronte, quod nomina et cognomina illorum extimatorum, qui predictam extimacionem pro parte curie nostre fecerunt, in eodem quaterno non fuerunt expressa, maxime cum tibi iniunctum fuerit, quod in ipsa extimacione facienda predictorum extimatorum nomina et cognomina expresse faceres denotare. de predicta vero extimacione in quaterno ipso contenta sic tibi rescribimus nostre beneplacitum voluntatis, quod, cum extimacio ipsa fines modestie non modicum excedere videatur, volumus et . . . precipimus, quatinus in turri ipsa reficienda secundum formam tibi per alias litteras nostras datam extimacioni predictae aliquatenus non inhereas, cum pro firmo in expensis superfluis nostra curia gravaretur, set statuas aliquem sufficientem ydoneum et fidelem virum, de cuius sufficiencia tu respondere nostre curie tenearis, qui parcendo expensis nostris, quantumcumque fieri poterit bono modo, turrim ipsam iuxta intencionis nostre propositum et traditam tibi formam predictam ad credenciam refici faciat, sic quod curia nostra exinde in aliquo non fraudetur. tu autem maiestatem nostram super hoc ulterius non consultans decetero ad refeccionem dicte turris instanter procedi facias, prout nosti beneplacitum nostrum velle; exhibiturus quoque ei, quem super predicto opere statueris et ordinaveris expensorem, de quacumque fiscali pecunia existente per manus tuas et in defectu alterius pecunie de pecunia presentis generalis subvencionis in iurisdictione tua impositae seu precii nove denariorum monete in eadem iurisdictione tua pro parte nostre curie distribute, sicut successive expedire videris, pecuniam oportunam; et de hiis, que propterea exhibueris sibi, ad tui cautelam ydoneas recipias apodixas; caucione tamen ab eo pro parte curie

<sup>1)</sup> n. 922.<sup>2)</sup> n. 909, n. 911, n. 913, n. 914, n. 918.<sup>3)</sup> n. 922.

nostre recepta, quod totam pecuniam, quam sibi vice qualibet exhibueris, fideliter et legaliter in opere ipso expendat nichilque ex ea retineat vel ad opus eius convertat, cum te inde velimus bene sollicitum existere et intentum. et ut in opere ipso cautius et melius procedatur, volumus et mandamus, ut de consilio nostrorum fidelium, quos ad hoc videris evocandos, status certum numerum magistrorum, delatorum lapidum, muratorum, manipulorum, magistrorum assie ac aliarum quarumlibet personarum in opere ipso necessarium, sicut expedire videris, qui in predicto opere debeant laborare; quibus pro tempore, quo in ipso opere laboraverint, per expensorem dicti operis diurnam mercedem tam in extate quam in yeme, si opus ipsum usque ad tempus duraverit yemalem, iuxta statutum subscriptum curie nostre, quod in omnibus nostris operibus observatur et in presenti opere volumus observari, de predicta pecunia mandes et facias exhiberi: videlicet in extate incipiente ab ultima medietate mensis marcii et durante usque per totam primam medietatem sequentis mensis septembris cuilibet magistro delatori lapidum seu muratori et magistro assie ad rationem de gr. 15 et cuilibet manipulo ad rationem de gr. 7, et in yeme incipiente ab ultima medietate dicti mensis septembris inantea ad rationem de gr. 12 pro quolibet dictorum magistrorum et gr. 5<sup>a</sup>) pro quolibet eorumdem manipulorum ponderis generalis per diem; attentius provisurus, quod ipsorum magistrorum manipulorum et aliarum personarum numerus in eodem opere deputandus non sit superfluum vel inutilis iuxta ipsius operis qualitatem. preterea de expensis per predictum expensorem in eodem opere faciendis quaternum fieri facias distincte et particulariter continentem primo pecuniam per te pro predicto opere exhibendam et deinde ipsius pecunie exitum, sicut de die in diem per eum dicta pecunia expenditur, pro quibus rebus, ad quam rationem, et quantum, cum nominibus venditorum rerum ipsarum, et quibus magistris et manipulis, pro quo tempore, ad quam rationem, et quantum, ita quod nichil de contingentibus ommittatur. et nichilominus de premissis omnibus, que idem expensor dederit et solverit, per eum recipi mandes ydoneas apodixas cum predicto quaterno eius sigillo sigillato in suo raciocinio producendas; significaturus nobis et magistris rationalibus etc. singulis tribus mensibus quantitatem pecunie, quam eidem expensori pro predicto opere duxeris exhibendam. formam autem rehedificacionis dicte turris, qua turrim ipsam iterum de novo fieri celsitudo nostra providit, sicut eam tibi per priores litteras nostras dedimus, sub sigillo tuo in scriptis predicto expensori assignes, ut secundum formam ipsam ad prosecutionem dicti operis instanter procedat. Dat. apud Urbemveterem XV. aprilis.

<sup>a</sup>) im Reg.: 7; doch vgl. n. 371 § 3.

926.

Siehe n. 396.

Orvieto 1281 Juni 3.

927.

RA 1281 B n. 42 f. 110<sup>b</sup>.

Orvieto 1281 Juli 15.

Eidem (iusticiario Terre Ydronti). Cum confisi de fide prudencia et legalitate Petri de Laures... ipsium prothomagistrum operis turris, que dicitur Lucaballus, mortuo nuper(...)<sup>1</sup>), qui in servicio ipso erat per nostram curiam deputatus, ... duxerimus statuendum, quem illuc de nostra curia destinamus, ... et nolimus eum in eodem servicio expensis propriis laborare: ... precipimus, quatinus... gagia ad rationem de tar. aur. 1, si equum habuerit, et si equum non habuerit, gr. 15... per diem... debeas exhibere... Dat. apud Urbemveterem die XV. iulii.

928.

RA 1280 B n. 39 f. 219<sup>b</sup>.

Neapel 1282 März 15.

Petro de Paulo et Iohanni Castaldo et sociis expensoribus operis turris, que dicitur Lucaballus. Cum confisi de fide et legalitate Perrocti de Louves<sup>2</sup>) de Parisius... ipsum superastantem<sup>3</sup>) sive prepositum in eodem opere dicte turris et opere portus Ydronti... duxerimus statuendum... precipimus, quatinus predictum Perroctum superastantem seu prepositum in eodem opere recipiatis et de expensis omnibus per vos in opere ipso decetero faciendis sibi noticiam faciatis... cui Perrocto... de pecunia recipienda per vos a... iusticiario Terre Ydronti pro predicto opere expensas ad rationem de tar. aur. 1... per diem, si habuerit equum unum, vel, si non habuerit equum, ad rationem de gr. aur. 15... per diem... exhibere curetis... Dat. Neapoli... 1282 die XV. marcii X. ind. regnorum nostrorum Ierosolem anno VI., Sicilie vero XVII.

<sup>a</sup>) superastandem.

<sup>1</sup>) Im Reg. Lücke für den Namen.

<sup>2</sup>) Ob identisch mit dem in n. 927 genannten Petrus de Laures?

929.

Neapel 1282 April 26.

RA 1282 B n. 44 f. 93<sup>a</sup>; Schluß auf f. 100<sup>a</sup>. — Auszug: Schulz IV 97 n. 259 und wiederholt IV 108 n. 284.

Eidem (Philippo de Hervilla iusticiario Terre Ydronti). Benigne recepinus litteras tuas missas nostre celsitudini continentes, te recepisse inter alia mandata nostra pendencia assignata tibi de mandato nostro per Patricium de Chauris tuum in officio precessorem in quaternis<sup>a</sup>) mandatorum ipsorum tenorem cuiusdam mandati nostri<sup>1</sup>) sibi tempore officii sui directi super refectioe et constructione turris, que dicitur Lucaballus, que dudum corruerat, sub certa forma et modo in ipso mandato expressis, ut facta diligenti et legali extimacione de rebus et serviciis omnibus necessariis pro opere ipso secundum formam et modum eundem et de quantitate pecunie, pro qua posset fieri et compleri, duos probos viros fideles et sufficientes eligeret et in opere ipso statueret expensores, quibus pro expensis eiusdem operis pecuniam oportunam, sicut successive foret expediens, exhiberet. qui precessor tuus ad executionem ipsius mandati procedens, facta extimacione predicta, invenit, quod summa tocius pecunie provise et estimate necessarie pro opere dicte turris per extimacionem eandem assendebat ad unc. aur. 357 tar. 27 et gr. 19, statutis per eundem precessorem tuum expensoribus credenziis ipsius operis Petro Paulo de Spoleto, Scannagacto, Iohanne Castaldo et Silvestro de Hospitali de Brundusio, quibus de summa pecunie ipsius extimacionis pro expensis eiusdem operis unc. aur. 320 exhibuit, reliquis unc. aur. 37 tar. 27 et gr. 19 usque ad complementum eiusdem summe eis restantibus ad solvendum, sicut in predicto quaterno mandatorum pendencium continetur; quam pecuniam restantem expensores ipsi a te petunt instanter; verum tamen ad exhibitionem ipsius procedere dubitabas nostra conscientia inconsulta: super quo tibi taliter respondemus, quod, inspecto per te oculata fide ac diligenter proviso simul cum magistris et aliis probis fidelibus et sufficientibus viris expertis in talibus tibi adhibendis toto eo, quod per expensores ipsos in dicto opere factum est de predicta quantitate pecunie a prefato precessore tuo recepta, si ex processu ipsius operis per eos habito evidenter apparet, quod expensores ipsi totam pecuniam predictam per eos ab ipso precessore tuo receptam utiliter et legaliter in opere predicto expenderint, extimacione exinde diligenti per legales magistris et alios expertos in talibus facta, reliquam quantitatem pecunie predictam ipsis de predicta summa extimacionis ad solvendum restantem expensoribus ipsis de quacumque fiscali pecunia, que undecumque et in defectu alterius pecunie de presenti generali subvencione nostra iurisdicionis tue est vel erit per manus tuas, pro complemento dicti operis, prout successive, secundum quod per eos in ipso procedetur, expedierit, eidem expensoribus debeas exhibere, apodixas exinde ydoneas recepturus. . . . et si forte totam pecuniam ipsam, quam receperunt, eos non inveneris in dicto opere convertisse, totum id, quod penes eos de pecunia ipsa remansisse videbitur, primo per eosdem facias in opere ipso converti et deinde dicto modo ipsis pecuniam predictam ad solvendum restantem pro complendo dicto opere exhibebis. Dat. Neapoli XXVI. aprilis.

<sup>a</sup>) quaternorum.

930.

Nicotera 1283 Mai 15.

RA 1283 E n. 46 f. 23<sup>a</sup>.

Eidem capitaneo (Lodoyco de Montibus capitaneo a porta Roseti etc.)<sup>2</sup>). Exposuerunt nobis nonnulli de Licio. . . , quod, cum ipsi pro Petro de Calocer(io) extallerio operis turris, que dicitur Lucaballu, penes curiam regiam in unc. aur. 20 tantum et non plus expendendis per ipsum Petrum in opere ipsius turris fideiusserint, et huiusmodi 20 unc. in principio ipsius operis in apparatu ipsius turris per Petrum predictum integraliter sint expense, . . . dominus Patricius de Chauris olim iusticiarius Terre Ydronti pretestu cuiusdam mandati regii<sup>3</sup>) . . . de capiendis et incarcerandis credenceris et extalleriis<sup>a</sup>) ipsius operis et bonis eorum, in quorum defectu bona fideiussorum caperet et approbatorum eorum, pro eo quod corruit dicta turris, bona omnia ipsorum supplicancium cepit et magistro procuratori Apulie procuranda . . . assignavit . . . unde, cum ipsi a fideiussione huiusmodi 20 unc. expensarum in opere ipsius turris, ut asserunt, per Petrum predictum iuxta tenorem fideiussionis predictae se asserant absolutos, nobis . . . supplicarunt, ut bona eorum . . . eis restitui . . . mandaremus. . . . mandamus, quatinus ratione ipsius Patricii, instrumentis fideiussionis huiusmodi et processu per ipsum Patricium habito in hac parte visis . . . , secundum quod per ipsa inveneris, per iusticiarium Terre Ydronti . . . in premissis procedi facias. . . . Dat. Nicotere XV. madii XI. ind.

<sup>a</sup>) stallerii.

<sup>1</sup>) n. 922.

<sup>2</sup>) Aussteller ist der Kronprinz Karl als Reichsverweser.

<sup>3</sup>) n. 916 § 3.

931.

RA 1284 C n. 49 f. 53<sup>a</sup>.

Neapel 1283 November 27.

Iusticiario (Terre Ydronti)<sup>1)</sup>. Noverit devocio vestra, quod Nicolaus de Ogento, Robbertus filius quondam iudicis Marci et Hogolocus filius Tancredi de Paliano, pro parte patris sui, statuti super opere castri Brundusii... citati dudum per vos... de comparendo coram... Lodoyco de Montibus magistro iusticiario in regno Sicilie locum tenente... ad ponendum rationem de officio operis supradicti, coram auditoribus rationum... Neapoli commorantibus... in statuto eis termino... se... presentarunt... Data Neapoli... die XXVII. novembris XII. ind.

932.

RA 1284 C n. 49 f. 133<sup>a</sup>.

Neapel 1284 Mai 12.

Eidem iusticiario (Terre Ydronti)<sup>1)</sup>. Noverit devocio vestra, quod Nicolaus de Ogento, Trangredus de Paliano et Robbertus iudicis Marci de Brundusio expensores olim operis castri Brundusii citati *usw.* wie n. 931 se... presentarunt... Dat. Neapoli... die XII. madii XII. ind.

## Castrum Horie.

(Oria).

933.

RA 1273 A n. 18 f. 74<sup>a</sup>.

Melfi 1274 Juli 1.

Ursoni Rufulo magistro portulano (Apulie). ...mandamus, quatinus ad castrum Horie te personaliter conferas et diligenter scias et videas, si reparatione egeat et in quibus... et super hiis... magistris racionales... studeas informare... Dat. Melfie I. iulii.

934.

RA 1284 C n. 49 f. 51<sup>b</sup>.

Nicotera 1283 Oktober 21.

Eidem (iusticiario Terre Ydronti)<sup>1)</sup>. Quia datum est nobis intelligi, quod quidam de iurisdictione vestra, qui receperunt et habuerunt dudum pro reparatione castri Horie unc. aur. 300, medietate<sup>a)</sup> forte ipsius pecunie in opere ipso conversa, reliquam medietatem penes eos<sup>b)</sup> retinuerunt... mandamus, quatinus... personas predictas et eiusdem negocii qualitatem exquirere ac scire curantes, si rem inveneritis ita esse, expensores huiusmodi ad expendendum et convertendum in reparatione necessaria dicti castri totam quantitatem pecunie penes eos restantem... compellatis, ita quod dicti castri opus nullatenus remaneat imperfectum. Dat. Nicotere... XXI. octobris XII. ind.

<sup>a)</sup> medietatem.<sup>b)</sup> fehlt Reg.

935.

RA 1284 C n. 49 f. 132<sup>b</sup>.

Neapel 1284 Mai 11.

Eidem iusticiario (Terre Ydronti)<sup>1)</sup>. Noverit devocio vestra, quod iudex Iohannes de Tilio, Iohannes de Specula et Nicolaus de Rano expensores olim operis regii castri Orie citati *usw.* wie n. 931 comparuerunt... coram magistris racionalibus... Dat. Neapoli... die XI. madii XII. ind.

936.

RA 1283 A n. 45 f. 24<sup>a</sup>. — Auszug: Schulz IV 109 n. 288.

Bari 1284 November 20.

Herberto de Aurelianeis iusticiario Terre Ydronti etc. Cum velimus palacium nostrum situm in terra Ville nove, domos castri nostri Tarenti et domos castri Horie recuperare, ut in eis possimus habiliter morari. cum nostre placuerit maiestati et cum transitum per terras ipsas contingerit nos habere... precipimus quatinus statim... tam predictum palacium Ville nove, quam domos ipsorum castrorum Tarenti et Horie sic diligenter et bene recuperare facias, ut, cum ad terras ipsas nos venire contigerit, in ipsis palacio et domibus dictorum castrorum possimus habiliter commorari; recepturus de hiis, que presentium auctoritate dederis, pro tui cautela ydoneas apodixas. Dat. Bari die XX. novembris XIII. ind.

<sup>1)</sup> Aussteller ist Kronprinz Karl als Reichsverweser.

## Castrum Hostuni.

(Ostuni.)

937.

Foggia 1274 November 2.

RA 1274 B n. 21 f. 341<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Ydronti). Cum nolimus, ut officiales curie nostre requirant ab aliquo ultra consueta iura... et quod fideles nostri de terris et locis... que castrum Astoni reparare tenentur, ultra debitum propterea sint gravati etc. *in forma de reparacione castrorum*. terre autem, que tenentur ad reparacionem dicti castri Astuni sunt hec: videlicet Astunum, Carovinea et Petrolla. Dat. Fogie II. novembris III. ind.

938.

Neapel 1276 Mai 30.

RA 1268 O n. 2 f. 68<sup>a</sup>.

Eodem (penultimo madii) ibidem (Neapoli). Eidem iusticiario Terre Ydronti<sup>1</sup>). Noverit devotio vestra, quod magistri rationales... receperunt instrumentum unum puplicum factum de extimatione super hiis, que in castro Hostuni indigent reparari... cuius extimationis quantitas... ascendit ad summam unc. aur. 37 tar. 12 et gr. 3. de cuius instrumenti receptione vobis... respondemus...

939.

Neapel 1276 Juli 19.

RA 1278 A n. 29 f. 163<sup>a</sup>. — Pepe, *Il libro rosso della città di Ostuni p. 81 n. 11.*

XIX. eiusdem (iulii) ibidem (Neapoli). Iusticiario Terre Ydronti<sup>1</sup>). Noverit devotio vestra, quod magistri rationales... receperunt scriptum unum factum apud<sup>a</sup>) Obstunium XX. mensis iulii III. ind., in quo continebatur, quod presentibus vobis necnon Americo de Montedragone provitore castrorum... in Apulia, ... sindicis ordinatis per universitates Obstunii et Carovinee tantum, que terre tenentur ad reparacionem ipsius castri, pro eo quod terra Petrolle, que similiter tenetur ad reparacionem ipsius castri, totaliter exhabitata est, facta fuit extimacio de hiis, que reparanda erant in castro Obstunii, quod dominus pater noster reparari mandavit<sup>2</sup>), ... et pro quanta pecunie quantitate poterant reparari, per Leonem de Bisantio, Benedictum de Ferrariis, Iacobum Boni et Bosonem Carabraçium electos de ipsa terra Obstunii magis famosa ... simul cum mag. Iohanne de Electis et mag. Iohanne de Carrar(ia) carpenteris et mag. Leonardo et mag. Bartholomeo de Iuvenatio fabricatoribus..., et quod extimatio ipsorum omnium, que in castro ipso reparanda erant ... et pro quanta pecunie quantitate reparari poterant, ascendit ad summam unc. aur. 37 tar. 12 et gr. 3<sup>b</sup>); de quibus taxari et recolligi mandavistis in Ostunio unc. aur. 31 tar. 18 gr. 2½ et in Carovinea reliquas unc. aur. 5 tar. 24 gr. 1½, sicut... contigit quamlibet universitatum ipsarum secundum ratam taxationis generalis subventionis...; et quod totam ipsam pecuniam exhibere mandastis successive... notario Iacobo de iudice Leone de Obstunio statuto per vos et electo per predictam universitatem Obstunii super faciendis expensis pro reparacione castri predicti, cum universitas de Carovinea renuit per se aliquem eligere expensorem...: de cuius scripti receptione presentes vobis remittuntur littere responsales...; mandantes devotioni vestre..., quod, cum castrum ipsum nondum fuerit reparatum, sicut castellanus ipsius castri pridem personaliter domino patri nostro et nobis exposuit, castrum ipsum per predictas universitates ... faciatis sine mora ... reparari. Dat. etc.

<sup>a</sup>) fehlt Reg.<sup>b</sup>) im Reg. irrig: 12.

## Castrum Ogenti.

(Ugento.)

940.

Rom 1276 Mai 30.

RA 1275 B n. 23 f. 107<sup>b</sup>. Inseriert RA 1270 C n. 9 f. 18<sup>a</sup> (unten n. 941).

Karulo primogenito suo. Quia intelleximus per castellanum castri nostri Ogenti ..., quod castrum ipsum in multis indiget reparari..., tibi... precipimus, quatinus... inspecto per Ioccolinum de Marra

<sup>1</sup>) Aussteller ist Karolus primogenitus als Generalweikar.<sup>2</sup>) n. 937.



magne curie nostre magistrum rationalem . . . quaterno de terris, que tenentur ad reparacionem castrorum, . . . facias per homines terrarum ipsarum castrum ipsum reparacione necessaria reparari. . . . Dat. Rome penultimo maii IIII. ind.

941.

Neapel 1276 Juli 2.

RA 1270 C n. 9 f. 18<sup>a</sup>. Am Rande stark verletzt. — Auszug: Minieri. Regno 127; p. 29.

II. iulii ibidem (apud Neapolim). Secreto Apulie<sup>1)</sup>. Nuper a domino patre es folgt n. 940. cumque prescriptum mandatum regium debite velimus executioni mandari, et quesito et diligenter inspecto qua[terno . . .] ad reparacionem castrorum, in archivo curie conservatur, . . . : devotioni tue etc., quatinus . . . [ . . . que in] castro ipso necessario indigent reparari, . . . facias extimari. . . . ad maiorem quoque cautelam tu simul cum providore . . . [ . . . ] inquiratis per homines terrarum vicinarum et per homines etiam eiusdem terre Ogenti . . . universitates vel loca, que hactenus et specialiter tempore quondam Frederici olim Romani imperatoris . . . castrum ipsum consueverint reparare . . .

942.

Lagopesole 1277 Juli 12.

RA 1276 B n. 26 f. 25<sup>a</sup>.

Eidem secreto (Apulie). Quia intelleximus, quod castrum Ogenti indiget reparari et, nisi repareretur ad presens, processu temporis reparacio ipsius maiores requiret expensas, . . . mandamus, quatinus . . . castrum ipsum necessaria tantum reparacione . . . facias reparari. . . ; ita tamen, quod reparatio ipsius castri non assendet ultra unc. aur. 40. Dat. apud Lacumpensulem XII. iulii V. ind.

943.

Melfi 1277 Oktober 3.

RA 1277 F n. 28 f. 14<sup>a</sup>. — Auszug: Schulz IV 53 n. 131.

Eidem (secreto Apulie). Quia intelleximus per castellanum castri nostri Ogenti, quod castrum ipsum indiget reparari, . . . precipimus, quatinus facta . . . extimatione . . . de hiis, que in castro ipso reparanda sunt, . . . inquisitionem facias diligentem . . . , si castrum ipsum tempore quondam Fr(ederici) olim Romanorum imperatoris per aliquas universitates terras seu loca reparari consuevit; et si . . . inveneris, quod reparari consueverit<sup>a)</sup> per aliquas<sup>b)</sup> terras<sup>c)</sup> et loca iurisdictionis tue, castrum ipsum per easdem terras seu loca . . . facias reparari. . . ; et si forte non inveneris, quod castrum ipsum per aliquas universitates seu loca consueverit reparari, ipsum de pecunia curie officii tui . . . facias reparari. . . . cantus tamen existas, quod expense, que fient pro reparacione ipsius castri, 40 unc. aur. non excedant. Dat. Melfie III. octobris VI. ind.

<sup>a)</sup> consueverint.    <sup>b)</sup> alias.    <sup>c)</sup> fehlt Reg.

## Castrium Tarenti.

(Taranto.)

944.

Capua 1270 Januar 20.

RA 1269 C n. 5 f. 92<sup>a</sup>. Der Text ist durch Fehler sehr entstellt. — Auszug: Minieri. Alcuni fatti p. 94. Das inserierte Statut bei Sthamer, Verwaltung der Kastelle S. 107, worauf für die Herstellung und Erläuterung des Textes verwiesen wird.

Iusticiario Terre Ydronti etc. Quia intelleximus, castrum nostrum Tarenti reparacione necessaria in pluribus indigere, . . . mandamus, quatinus<sup>a)</sup>, proviso prius cum aliquibus fidelibus nostris in huiusmodi expertis, in quibus castrum ipsum reparari indiget et pro qua quantitate pecunie poterit reparari, castrum ipsum per universitates<sup>b)</sup> infrascriptarum terrarum, que ipsum reparare tenentur, incontinenti reparari facias, sicut gratiam nostram caram habes. in celeri vero reparacione castri predicti sic instanter et studiose intendas, ut iuxta votum curie nostre ipsum certissime repareretur et tua inde devocio in conspectu nostri culminis merito commendetur<sup>c)</sup>. de estimacione autem et reparacione predictis fieri facias tria publica consimilia instrumenta, quorum unum tibi teneas, aliud camere nostre et tercium ad magistrum rationalem magne curie nostre mittas.

<sup>a)</sup> fehlt Reg.    <sup>b)</sup> per universitates fehlt Reg.    <sup>c)</sup> commandetur.

<sup>1)</sup> Aussteller ist Karolus primogenitus als Generalvikar.

nomina vero ipsarum terrarum sunt hec: videlicet Tarentum debet reparare et facere in castro ipso, videlicet salam magnam, homines videlicet de demanio Tarenti; homines Castellaneti et homines Motule grongum in facie et cooperire cannas 7; archiepiscopatus debet in sala principali ponere trabes 4, caprios 8 et tabulare unam de salis, et porticus ante easdem salas tabulare. in barbacano ex parte muri magni debet facere ernia in pede cannarum 5 et desuper ernia a cantone muri cannas 5, quod debet facere prior Franganone et prior s. Roncii, et debet facere medietatem; et abbas Crispi debet dare ei auxilium salmas de calce 11. turres quatuor, que sunt a parte civitatis astricare et scalas ligneas faciendas in eis et deforis faciem muri debent facere homines Tarenti. turrim, que est super magnam portam castelli, debet preparare Guilielmus Malectus, et pontes et faciem ipsius, que est ex una parte et altera ipsius turris. portam s. Benedicti de Caveis debet facere prior casalis Ructi, cui debet dare auxilium prior Alexani salmas de calce 20. portam de Celo debent facere homines Insule magne et parve et homines Mutulani debent dare eis auxilium et prior s. Petri Imperialis debet facere medietatem ipsius porte et debet habere auxilium affidatos de Lizone. turrim de Turri Pilati debet facere Landus de Aquino et debet reficere murum dirutum, quod est iuxta ipsam turrim. Guilielmus Malectus debet ponere in capella s. Marie sursum trabes 5, et debet super ipsas trabes facere astracum. et reliquum eiusdem castri possunt reparare homines Tarenti. Datum Capue XX. ianuarii XIII. ind. regni nostri anno V.

## 945.

Foggia 1273 Oktober 27.

RA 1272 B u. 14 f. 198<sup>ab</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1273 p. 57; Schulz IV 40 n. 98. Das inserierte Statut berichtet nach Sthamer a. a. O. S. 107.

Eidem iusticiario (Terre Ydronti). Cum providerimus, ut castrum nostrum Tarenti, quod reparacione indiget in diversis partibus, sicut nostra serenitas intellexit, per subscriptas terras et loca, que tenentur ad reparacionem<sup>a)</sup> ipsius, debeat reparari et, facta primo diligenti et fideli extimacione per provisorum castro- rum et castellanum ipsius castri, quatuor probos et fideles viros et duos magistros fabricatores in arte peritos, qui non sint de terris, que ad reparacionem ipsius tenentur, quantitas pecunie extimata imponatur et recolligatur per te ac assignetur viris ydoneis duobus et sufficientibus burgensibus, eligendis per te, expendenda per eos, secundum quod in extimacione predicta particulariter et distinte in publicum instrumentum reddacta videbitur contineri, . . . mandamus, quatinus ad requisicionem provisoris predictam quantitatem pecunie extimate per provisorum, castellanum, quatuor probos viros et duos fabricatores in arte peritos, sicut superius est expressum, de qua extimacione te habere volumus instrumentum publicum tempore tui racionini producendum, alio consimili remanente penes provisorum eundem, terris et locis subscriptis, que ad reparacionem<sup>b)</sup> huiusmodi tenentur, imponas et recolligas sine mora et ipsam celeriter recollectam duobus viris ydoneis et sufficientibus, quos te eligi volumus, assignes, expendam per eos iuxta extimacionem predictam; significaturus per quaternum et litteras sub sigillo tuo camere<sup>c)</sup>, magistris racionalibus et magistro balestariorum nostrorum quantitatem extimacionis eiusdem, nomina et cognomina electorum ad expendam pecuniam, quid et quantum singulis ipsarum terrarum et locorum duxeris imponendum, sic studiosus existes, quod in reparacione ipsa nullus posset intervenire defectus; alioquin totum dampnum curie nostre subplebis, ne maior pecunie quantitas imponatur vel recolligatur<sup>d)</sup>.

nomina vero terrarum et<sup>e)</sup> locorum sunt hec: videlicet castrum Tarenti debet reparari per homines subscriptos in certis causis modo subscripto: [1] salam magnam debent facere et preparare homines Tarenti de demanio quondam imperatoris Friderici. [2] item homines Castellaneti et homines Mutule debent reparare grongum in facie et cooperire cannas 7. [3] in sala principis sunt necessarie trabes 4, caprios 8 et una salarum tabulanda; et ante easdem salas porticus est tabulanda; quod debet facere archiepiscopatus. [4] in barbacano ex parte muri magni est facienda erina in pede cannarum 5 et desuper erina a cantone muri cannarum 5; quod debet facere prior Franganone et prior s. Ronci, et debet facere medietatem; et abbas Crispiani debet dare ei auxilium salmas de calce 11. [5] turres quatuor, que sunt a parte civitatis, sunt astracande et scale lignee faciende in eis et defores facies muri facienda est lapidibus et cementanda<sup>f)</sup>; quod debent facere homines Tarenti. [6] turrim, que est super magnam portam castelli, debet facere Guilielmus Malectus, pontem et faciem ipsius, que est ex una parte et altera ipsius turris. [7] portam s. Benedicti de Caveis debet facere prior casalis Ructi, cui debet dare in auxilium prior Alexani salmas de calce 20. [8] portam de Celo debent facere homines Insule magne et parve; et homines Mutulani debent dare eis auxilium et prior s. Petri Imperialis debet facere medietatem ipsius porte et debet dare auxilium affidatos de Lizone. [9] turrim de Turri Pilati debet facere Landus de Aquino; et debet reficere murum dirutum, qui est iuxta ipsam

a) recuperacionem.

b) recepcionem.

c) cammere.

d) resingatur.

e) fehlt Reg.

f) ceminanda.

turrim. [10] Guilielmus Maletta debet ponere in capella s. Marie sursum trabes 5; et debet super ipsas trabes facere astracum. [11] et reliquum eiusdem castrum possunt reparare homines Tarenti.

de extimatione vero aliis sollempnitatibus in<sup>a)</sup> eodem opere<sup>b)</sup> faciendi in partibus quibuscumque ipsius castrum reparacione indigentibus fieri facias particulariter et distinte tria publica consimilia instrumenta, quorum unum penes te retineas, alium<sup>c)</sup> magistris racionalibus etc. trasmittas, tercio penes eiusdem operis extallerios vel subpositos dimittendo; cautus, ne maior pecunie quantitas, quam necessaria, pro eodem opere imponatur vel recolligatur. Dat. Fogie per eundem XXVII. octobris II. ind.

a) nec.      b) tempore.      c) alii.

946.

Rom 1276 Mai 14.

RA 1275 B n. 23 f. 104<sup>a</sup>.

Karulo primogenito suo. Quia intelleximus per litteras Odonis de Brayda castellani castrum nostri Tarenti . . . , quod castrum ipsum indiget reparari . . . , mandamus tibi, quatinus . . . inspecto quaterno de terris, que tenentur ad reparacionem castrorum . . . , castrum ipsum mandes . . . reparacione necessaria reparari . . . Dat. Rome XIII. maii III. ind.

947.

Neapel 1276 Mai 26.

RA 1268 O n. 2 f. 66<sup>b</sup>. — Auszug: Schulz IV 45 n. 111 (unter falschem Jahre). Minieri, Regno 1276 p 21 (unter falschem Datum).

XXVI. eiusdem (maii) ibidem (Neapoli). Iusticiario Terre Ydronti<sup>1)</sup>. Quia Oddo de Brayda miles castellanus regii castrum Tarenti significavit domino patri nostro, quod castrum ipsum indiget reparari *usw.* in forma de reparacione castrorum; das inserierte Statut wie in n. 945.

948.

Bojano 1276 August 20.

RA 1270 C n. 9 f. 105<sup>b</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1276 p. 37.

XX. augusti Boiani. Iusticiario Terre Ydronti<sup>1)</sup>. Dudum vobis<sup>2)</sup> dedimus . . . in mandatis<sup>3)</sup>, ut castrum Tarenti . . . faceretis . . . reparari . . . quia nuper castellanus eiusdem castrum exposuit, quod vos ad reparacionem ipsius castrum procedere distulistis . . . nobilitati vestre . . . mandamus, quatinus . . . castrum ipsum . . . faciatis reparari . . .

a) tibi.

949.

Neapel 1279 Dezember 30.

RA 1279 A n. 34 f. 209<sup>a</sup>. Der Text ist durch Fehler arg entstellt.

Eidem (iusticiario Terre Ydronti) etc. Cum nolimus, quod officiales curie nostre requirant ab aliquo ultra consueta curie et debita ab antiquo et quod fideles nostri de terris et locis iurisdictionis tue subscriptis, que castrum Tarenti reparare tenentur, ultra debitum propterea sint gravati, *usw.* in forma de reparacione castrorum; das inserierte Statut wie n. 945. Dat. Neapoli penultimo decembris.

950.

Bari 1284 November 20.

Siehe n. 936.

## Terra Ville nove.<sup>3)</sup>

(Villanuova.)

951.

Venosa 1277 Juni 6.

RA 1276/77 A n. 27 f. 146<sup>b</sup> bis 147<sup>b</sup>; inseriert ebendort f. 154<sup>b</sup> (unten n. 955) und f. 154<sup>b</sup> (unten n. 959).

Eidem (viceiusticiario Terre Ydronti). Cum locum, qui olim dicebatur Petrolla, pro habitate singulorum transeuntium per stratam maritime ipsarum partium et, ut ibi pirate receptaculum habere non possint ad offensionem nostrorum fidelium, providerimus habitari et terram construendam ibidem Villam novam vocari velimus et, priusquam homines ad habitacionem ipsius loci se conferant, terram ipsam circumcirca muris claudi et muniri expediat, ne possit a piratis offendi, mag. Petrum de Angicurt et mag. Iohannem de Tillo familiares et fideles nostros ad locum ipsum misimus, *usw.* wie n. 574 § 1 und 2 bis pro-

<sup>1)</sup> Aussteller ist Karolus primogenitus als Generalvikar.      <sup>2)</sup> n. 947.      <sup>3)</sup> Über Besiedlungsmaßnahmen Friedrichs II. siehe Carcani p. 245, 357 und 391.

viderunt<sup>1)</sup>, [1] quod necessarie erant pro terra ipsa muris circumcirca claudenda in longitudine murorum canne 406, [2] et totus ipse murus debet esse altitudinis supra terram usque parapectum cannarum 3 et grossitudinis palmorum 4, [3] et parapectus erit altitudinis palmorum 5, [4] et merguli supra parapectum erunt altitudinis palmorum 3, [5] et totus parapectus et merguli erunt grossitudinis palmi  $1\frac{1}{2}$ , [6] et sic restat auditus totius muri amplitudinis palmorum  $2\frac{1}{2}$ , [7] et ut auditus ipse sit largior, fieri debent in muro ipso foramina oportuna, in quibus ponantur trabes, super quibus possit auditus ipse usque ad palmos 4 de lignaminibus elargari, computatis palmis  $2\frac{1}{2}$  remanentibus de muro ipso pro auditu, [8] et de omnibus mergulis ipsis unus erit cum arceria et alius sine arceria, [9] et sic omnes muri predicti, qui erunt longitudinis cannarum 406 computata altitudine ipsorum murorum usque ad summitatem mergulorum, que debet esse cannarum 4, erunt per totum opere murorum canne 1624, [10] et in tota fabrica murorum ipsorum apponetur in saburra tertia pars calcis et due partes de terra et in quatrellis incisus apponuntur due partes calces et tertia pars arene, [11] omnes ipse canne murorum 1624 extimate sunt posse fieri expensis omnibus computatis ad rationem de tar. aur. 8 et gr. 9 pro qualibet canna pro unc. 457 tar. 12 et gr. 16; reservato tamen *usw. wie n. 574 § 2 mutatis mutandis bis zum Schluß des Paragraphen*, [12] et muri ipsi incipientur ab angulo domus, que fuit cuiusdem Ceci, que est in predicto loco, et descendent versus mare et ferient ad locum, in quo factum est signum sancte crucis, et abinde ibunt per directum et adherentur turri existenti prope portum et ab ipsa turri ibunt versus meridiem usque ad stratam, que est in capite portus, et a capite ipsius portus ibunt per stratam ipsam et ferient ad angulum predictae domus, unde muri ipsi incipi debent; ita quod tota domus ipsa includatur infra muros ipsos.

et notarius Rogerius de Monopulo in curia nostra presens voluntarie obtulit omnes predictas cannas murorum 1624 secundum predictam formam et modum ad extalium fieri et compleri facere ad tardius usque per totum mensem aprilis proximo venture VII. ind. pro unc. aur. 457 tar. 12 et gr. 16 et prestare super hoc... fideiussores approbandos per... approbatores;... precipimus, quatinus *usw. wie n. 574 nach § 11 mutatis mutandis* facta subastacione de muris ipsis omnibus et fundamento eorum ad extalium concedendis tam in Brundusio quam in aliis terris famosis vicinis ipsarum parcium, ... predicto notario Rogerio... ad extalium... concedas. et incontinenti ordines in opere ipso aliquem virum ydoneum... qui continue intersit in eodem opere... *usw. bis* inherentes. et si aliis, quam predicto notario Rogerio muros ipsos et fundamentum eorum ad extalium concesseris pro minori quantitate pecunie, quam illa, pro qua predicti muri extimati sunt, sicut superius dictum est, et illa, pro qua fundamentum extimabitur posse fieri, statim ab extalleriis ipsis recipias super hoc sufficientes et ydoneos fideiussores *usw. wie n. 574 bis* contingat. et sic instes aput extallerios ipsos et supstantem necnon aput extallerios et supstantem turris, que est in introitu portus Brundusii in loco, qui dicitur Lucaballus, et omnium operum, que de mandato nostro fieri debent in castro et extra castrum nostrum Brundusii, quod sic super faciendis et complendis omnibus operibus ipsis sollicita et diligenter procedant... quod omnia ipsa opera bene studiose et diligenter usque ad statutos terminos compleantur, sicut desideras nostre celsitudini complacere, quia multum residet cordi nostro, quod eadem opera celeriter et legaliter compleantur. si vero extalium ipsum dicto notario Rogerio remanserit, non apparentibus aliis, qui muros ipsos et fundamentum eorum fieri et compleri facere obtulerint pro minori quantitate pecunie, receptis ab eodem notario Rogerio ad presens sufficientibus et ydoneis fideiussoribus de unc. aur. 150, pro quibus fideiussores dare obtulit, approbandis per ydoneos approbatores, eidem notario Rogerio pro ipso opere faciendo et complendo unc. aur. 150 ad presens et inantea totum supplementum quantitatis, que ei pro extaleo ipso debebitur, successive, sicut pro expensis eiusdem operis fuerit opportunum, in ea videlicet quantitate vice qualibet, de qua sufficientes et ydoneos fideiussores tibi dederit, ut usque ad predictum terminum compleatur secundum predictam formam et modum, debeas exhibere. et si forte fundamentum *usw. wie n. 574 mutatis mutandis*. et ut ex defectu pecunie... nulla dilacio<sup>a)</sup> committatur, per iusticiarium Sicilie ultra flumen Salsum unc. aur. 250, totidem pro iusticiarium Sicilie citra flumen, per iusticiarium Vallis Gratis et Terre Iordane unc. aur. 190 tar. 11 et gr.  $1\frac{1}{2}$ , per iusticiarium Calabrie unc. aur. 88 tar. 16 et gr.  $12\frac{1}{2}$  et per iusticiarium Basilicate unc. aur. 142 tar. 23 et gr.  $1\frac{1}{2}$  per ydoneos et sufficientes nuncios eorum tibi mitti et assignari mandamus. tu autem pecuniam ipsam *usw. wie n. 574*. nomina vero et congnomina illorum, *usw. wie n. 574 mutatis mutandis*. et, sicut successive in eodem opere procedetur, frequenter et sepe sepius celsitudinem nostram per litteras tuas seriatim et distincte studeas informare. si vero in fundamento murorum ipsorum firma petra

<sup>a)</sup> dubitacio. *Verbessert nach n. 574.*

<sup>1)</sup> § 1 — § 10 und § 12 kollationiert mit n. 982.

in toto vel in parte inveniri non poterit, set inveniatur terra, fundamentum ipsum in tantum cavetur, quousque inveniatur firma terra; et fundamentum ipsum fundetur supra ipsam firmam terram, ita quod de fortitudine seu firmitate ipsius terre, ubi fundamentum ipsum firmabitur, et de muris ipsis occasione ipsius fundamenti non sit aliquatenus dubitandum. addicimus insuper, ut extallerii ipsius operis teneantur facere portas et posterulas pro ingressu et egressu ipsius terre, sicut predictus mag. Petrus de Angicurt, qui est exinde informatus, duxerit<sup>b)</sup> providendum; ita tamen, quod pro portis et posterulis ipsis nichil ultra summam pecunie, que conveniatur, extalleriis ipsis pro muris predictis addatur. de predicto vero extaleo fieri volumus tria scripta publica *usw. wie n. 574 bis* intimare. et si forte predictus notarius Rogerius fideiussores tibi dare non poterit secundum formam predictam, eo quod non est de iurisdictione tua, et fideiussores ipsos dederit iusticiario Terre Bari sufficientes et ydoneos approbatos per ydoneos approbatores, super quo qualibet vice fiat publicum instrumentum tibi pro parte nostre curie assignandum, exhibeas ei pecuniam dicti extalei in tanta quantitate simul vice qualibet, de quanta dicto iusticiario Terre Bari ydoneos et sufficientes fideiussores dederit, constitito tibi exinde prius per instrumentum exinde vice qualibet faciendum et tibi pro parte nostre curie assignandum ac per litteras ipsius iusticiarii Terre Bari. Dat. Venusii VI. iunii V. ind.

<sup>b)</sup> duxit.

II. RA 1276/77 A n. 27 f. 119<sup>b</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1277 p. 27.

Eidem (iusticiario Terre Bari). *Entsprechendes Schreiben.* Dat. Venusii die VI. iunii.

952.

Venosa 1277 Juni 8.

Siehe n. 573.

953.

S. Gervasio 1277 Juni 20.

Siehe n. 833.

954.

S. Gervasio 1277 Juni 20.

RA 1276 A n. 25 f. 103<sup>b</sup>.

Similes<sup>1)</sup> facte sunt extalleriis seu credenceriis murorum terre Petrolle, que dicitur Villa nova. Dat. ut supra (apud s. Gervasium die XX. iunii V. ind).

955.

S. Gervasio 1277 Juni 24.

RA 1276/77 A n. 27 f. 148<sup>b</sup>. — Pepe, Libro rosso di Ostuni p. 73 n. 6; Pepe, Documenti p. VII n. 4.

Eidem (viceiusticiario Terre Ydronti). [1] Quia beneplaciti nostri est, quod in opere murorum Petrolle, quam habitari providimus et Villam novam volumus nominari, continue sollicite et instanter procedi debeat, ita quod muri ipsi celeriter compleantur, et ad hoc, quod magistri et persone alie laborantes in opere murorum ipsorum die noctuque ibi secure et salubriter esse possint, Iohannem de Forbart militem cum stipendiariis equitibus 42 et servientibus 100 ac servitoribus eorum ad locum ipsum transmittimus ibidem continue moraturum, . . . precipimus, quatinus panem vinum gallinas ova ordeum carnes et singulas alias res venales hominum et equorum victui oportunas per homines et animalia terrarum vicinarum iurisdictionis tue in ea quantitate, que sufficiens fuerit pro predictis personis et equitaturis omnibus ac pro magistris manipulis et aliis personis in eodem opere deputatis et deputandis, ad vendendum sub illo precio, quo nunc in partibus ipsis venduntur, continue . . . facias deportari, ut in eodem loco fodrum singularum predictarum rerum victualium pro personis ipsis singulis et equitaturis eorum semper ad sufficientiam et copiam habeatur<sup>a)</sup>. [2] mandamus insuper tibi . . . ut extalleriis seu credenceriis ipsius operis, ut in eodem opere procedatur ad plenum et sine defectu quolibet, pecuniam pro expensis eiusdem operis sine defectu et difficultate qualibet largiaris, ne occasione pecunie complementum ipsius operis contra nostrum beneplacitum aliquatenus retardetur et in processu eiusdem operis defectus aliquis non existat; super quo predictum Iohannem apud te instare mandavimus sollicite et ardentem, cum fuerit oportuna. . . . Dat. apud s. Gervasium die XXIII. iunii.

<sup>a)</sup> habeantur.

956.

S. Gervasio 1277 Juni 27.

Siehe n. 837 § 2.

<sup>1)</sup> Wie n. 575.

957.

Brindisi 1277 Juli 4.

Inseriert in RA 1276/77 A n. 27 f. 154<sup>a</sup> (unten n. 964). — Pepe, Libro rosso di Ostuni p. 75 n. 8. Pepe, Documenti p. X n. 6.

Anno dominice incarnationis 1277 die dominico IV. mensis iulii V. ind. apud Brundusium. Nos Marcus regius Brundusii iudex, Matheus de notario Ursone publicus eiusdem terre notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati presenti publico scripto fatemur, quod nobilis vir dominus Heliseus de Lugdono miles regius iusticiarius Terre Ydronti nobis ad sui presentiam accersitis ostendit ac publice legi fecit quasdam patentes regias litteras<sup>1)</sup> sibi missas, per quas sibi inter alia mandabatur, ut fundamentum omnium murorum construendorum circumcirca terram Petrolle, que dicitur Villa nova, pro quanta pecunie quantitate fodi fabricari fieri et compleri posset omnibus oportunis, per magistris fabricatores et alios viros ydoneos expertos circa murorum fabricas faciendas, iuratos de extimatione ipsa fideliter facienda, diligenter et fideliter faceret extimari, factis de extimatione ipsa duobus scriptis publicis consimilibus secundum formam, que servatur in talibus; quorum unum magistris racionalibus etc. destinaret, retento sibi reliquo, tempore sui rationii producendo. ad que dum idem viceiusticiarius vellet intendere diligenter, nos pro parte curie requisivit, ut una cum eo ad predictam terram Ville nove accedere deberemus et extimationi predictae personaliter interesse, ut exinde scripta publica faceremus. nos enim petitionem ipsius iustam utpote admitentes ad predictam terram Ville nove accessimus cum eodem et vocatis ad sui nostrumque presentiam mag. Leone fabro, mag. Nicolao Muro, mag. Roberto de Brundusio, mag. Leonardo, mag. Iohanne de Vestis, mag. Iohanne Yspano, mag. Bartholomeo de Iuvenatio de Houstuno magistris fabricatoribus, Nicolao de Ogento, Rogerio de Milite, Alexandro de Ripa, Rogerio de Castro Mediano de predicta terra Brundusii viris ydoneis et expertis circa murorum fabricas faciendas, ac receptis ab eis corporaliter iuramentis de extimatione fundamenti predicti fideliter facienda, pro quanta pecunie quantitate fundamenta murorum omnium ipsorum fodi fabricari fieri et compleri poterit omnibus oportunis, unanimiter et concorditer providerunt et extimaverunt, fundamentum ipsum subscripto modo fieri debere, videlicet quod fossatum, in quo fundamentum predictum fabricari debet, erit amplitudinis palmorum 6; fundamentum ipsum erit amplitudinis palmorum 5; et fieri debet de bonis quadrellis bona calce et arena, ita quod due partes sint calcis et tertia sit arena; et in fodenda et fabricanda qualibet canna fundamenti predicti fore necessarias operas tres et alias infrascriptas, que haberi poterant pro subscripta pecunie quantitate: videlicet pro cavatura fossati predicti necessarii sunt cavatores tres, recipientes, ana gr.  $\frac{6^2}{3}$  pro quolibet, tar. 1; item pro fabrica ipsius fundamenti salmas 2 de calce, que emuntur in calcaria<sup>a)</sup> pro tar. aur. 1; item pro delatura ipsius calcis ab ipsa calcaria usque fundamentum predictum gr. 8; item pro salmis 4 de arena delatis ad idem fundamentum gr. 10; item pro ferramentis et aqua gr. 2; item pro mercede unius magistri fabricatoris tar. 1; item pro mercede 3 manipulorum, recipientium ana gr.  $\frac{6^2}{3}$  pro quolibet, tar. 1. que pecunia est in summa: tar. 5. et sic considerata et inspecta profunditate fundamenti predicti subtus terram usque ad firmam petram et, ubi petra non invenitur, usque ad firmam terram, aggregata mensura pro fundamentis ipsis, quod propter saxum inventum in fundamento ipso in parte magis et in parte minus profundum erat, inventum est fundamentum ipsum per totum, ubi necessarium videbatur, esse canne 43<sup>b)</sup>, que fieri debent ad rationem predictam, videlicet de tar. 5 per cannam, pro unc. aur. 7 et tar. 5. quadrelli vero in eadem fabrica oportuni extimati non sunt nec per curiam emi debent, eo quod in terra ipsa de muris dirutis boni et utiles sunt inventi. unde ad futuram memoriam etc.

<sup>a)</sup> calcaria.

<sup>b)</sup> Im Reg.: 403; die Berechnung erfordert eine Berichtigung in 43. Vgl. n. 959.

958.

Brindisi 1277 Juli 8.

Inseriert in RA 1276/77 A n. 27 f. 154<sup>a</sup> (unten n. 965). — Pepe, Libro rosso di Ostuni p. 73 n. 7. Pepe, Documenti p. VIII n. 5.

Anno dominice incarnationis 1277 etc. die Iovis VIII. mensis iulii V. ind. apud Brundusium. Nos Marcus regius Brundusii iudex, Terrisius de notario Iohanne publicus eiusdem terre notarius et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti publico scripto fatemur, quod nobilis vir dominus Heliseus de Lugdono miles regius iusticiarius Terre Ydronti nobis ad sui presentiam accersitis ostendit et publice legi fecit quasdam patentes regias litteras sibi missas, quarum tenor per omnia talis erat: *es folgt n. 951.* quarum litterarum auctoritate predictus viceiusticiarius Terre Ydronti facta sollempni subastacione de muris omnibus supradictis construendis secundum modum et formam predictam ad extaleum concedendis tam in Brundusio quam in aliis terris famosis eidem terre vicinis, quia nullus comparuit, qui muros ipsos pro minori pecunie

<sup>1)</sup> n. 951.

quantitate, quam superius distinguitur, se facturum offerret, concessit ad extalium pro parte curie in nostri presencia notario Rogerio de Monopolo supradicto predictas cannas murorum 1624 fabricandas de bonis quadrellis incisibis bona calce et arena et per bonos magistros in circuitu dicte terre Ville nove secundum quantitatem et qualitatem modum et formam superius designatas, ita quod per totum predictum mensem aprelis primo venture VII. ind. muri ipsi cum portis et posterulis providendis in eis per predictum mag. Petrum diligenter bene et fideliter facti et completi sint, secundum quod superius continetur, pro predictis unc. aur. 457 et tar. 12 et gr. 16, sicut idem notarius Rogerius presens in curia regia muros predictos voluntarie usque ad terminum supradictum obtulit ad extalium fieri facere et compleri; recepto per eundem viceiusticiarium ab eodem notario Rogerio publico instrumento confecto Monopoli, in quo vidimus contineri, qualiter iudex Stephanus Iohannes de Alfano et Iohannes Muscentula de Monopolo commissarii nobilis viri domini Symonis de Bellovidere regii iusticiarii Terre Bari de mandato predicti iusticiarii cum inserta in eo forma sacri mandati regii<sup>1)</sup> sibi proinde destinati receperunt ab eodem notario Rogerio de unc. aur. 150 fideiussores sufficientes et ydoneos infrascriptos: videlicet Matheum de s. Cruce, Iohannem de sire Falco, Iordanum siri Iohannis quondam prothontinum, Senioricum Mussectulam, Iohannem Laponem et Nicolaum fratres filios Churuleonis Turchi magni, approbatos sufficientes et ydoneos per Rogerium de iudice Nicolao et Banninum de Raynerio de Monopolo ydoneos et sufficientes approbatores, quod idem notarius Rogerius in opere predictorum murorum dicte terre Ville nove procedet et procedi faciet in omnibus et per omnia, sicut in predicto mandato regio continetur. super quo quidem opere statim viceiusticiarius supradictus discretum virum iudicem Raonem de Hostuno suprastantem presentibus nobis instituit, iniuncto sibi ac recepto per eum corporaliter iuramento, quod in opere supradicto intersit continue videat procuret et instet apud eundem notarium Rogerium, quod omnes muri predicti usque ad predictum terminum secundum modum et formam predictam fiant et totaliter compleantur et in eis fraus et dolus nullatenus committatur. unde ad futuram memoriam etc.

## 959.

Brindisi 1277 Juli 9.

Inseriert in RA 1276/77 A n. 27 f. 154<sup>b</sup> (unten n. 966). — Pepe, Libro rosso di Ostuni p. 77 n. 9. Pepe, Documenti p. XII. n. 7.

Anno dominice incarnationis 1277 die IX. iulii V. ind. apud Brundisium. Nos Marcus regius Brundusii iudex, Riccardus Buccarellus puplicus eiusdem civitatis notarius et testes subscripti litterati ad hoc vocati et rogati presenti puplico scripto fatemur, quod nobilis vir dominus Heliseus de Loduno miles regius viceiusticiarius Terre Ydronti nobis ad sui presenciam accersitis ostendit nobis et puplice legi fecit quasdam sacras patentes litteras regias sibi missas, quarum tenor per omnia talis erat: *es folgt n. 951.* quarum litterarum auctoritate facta diligenti et sollempni extimacione presente predicto viceiusticiario per magistros fabricatores et alios viros ydoneos expertos circa murorum fabricas faciendas iuratos de extimacione ipsa fideliter facienda, pro quanta quantitate pecunie fundamentum omnium murorum ipsorum fodi fabricari fieri et compleri poterit omnibus oportunis, et proviso, quod fundamentum predictum, quod est canne 43, et profunditatem ipsius et latitudinem palmorum 5, fieri poterit in circuitu eiusdem terre per totum, ubi necessario fieri debet, secundum quod magis et minus profundum inventum est a firma petra seu firma terra, ubi petra non invenietur, usque ad summitatem terre de bonis quatrellis bona calce et arena et per bonos magistros ad racionem de tar. aur. 5 per cannam pro unc. aur. 7 et tar. 5, non computatis in<sup>a)</sup> extimacione predicta predictis quatrellis, eo quod in eadem terra Villa nova de muris dirutis boni et utiles sunt inventi, Michael Petrarolus de Hostuno coram supradicto viceiusticiario fundamentum predictum secundum quantitatem et qualitatem modum et formam distinctum superius de bonis quatrellis, qui, ut predictum est, sibi<sup>b)</sup> computari non debent, et de bona calce et arena, ita quod due partes sint calcis et tercia pars arene, usque per totum XXIII. diem instantis mensis iulii pro predictis unc. aur. 7 et tar. 5 sub pena dupli ipsius pecunie voluntarie obtulit et promisit ad extalium fieri facere et complere. verum quia<sup>c)</sup> fundamento ipso tam in Brundusio quam in aliis terris famosis eiusdem terre vicinis puplice subastato nullus comparuit, qui fundamentum ipsum pro minori pecunie quantitate, quam supra distinguitur, vellet fieri facere et complere, predictus viceiusticiarius fundamentum predictum secundum modum et formam distinctum superius eidem Michaeli, qui<sup>d)</sup> illum obtulit se facturum, pro parte curie ad extalium in presencia nostra concessit, recepto per eundem viceiusticiarium ab eodem Michaeli de fundamento fodendo et fabricando secundum formam

<sup>a)</sup> fehlt Reg.    <sup>b)</sup> si.    <sup>c)</sup> hierauf im Reg.: in.    <sup>d)</sup> per.

<sup>1)</sup> n. 951 II.

predictam et modum predictum in termino supradicto fideiussores infrascriptos: videlicet Iohanne Falconerio, Alexio Petrarolo et Iohanne Petrarolo, approbatis ad id sufficientibus et ydoneis per iudicem Grisantum et Leonem de Bisantico de terra ipsa sufficientes approbatores; qui fideiussores pro eodem Michaele ad predicta omnia sub pena predicta se voluntarie obligaverunt. et ut in opere ipso instanter procedi posset, diligenter et fideliter statuit et ordinavit predictus viceiusticiarius supstantem ipsius operis discretum virum Raonem de Hostuno, ut in opere ipso intersit continue videat procuret et instet apud extallerium supradictum, quod fundamentum ipsum secundum qualitatem et quantitatem predictam de bonis quatrellis bona calce et arena et per bonos magistros fiat et<sup>e</sup>) in predicto termino totaliter compleatur. unde ad futuram memoriam etc.

<sup>e</sup>) fehlt Reg.

960.

Lagopsole 1277 Juli 18.

RA 1276/77 A n. 27 f. 150<sup>a</sup>. — Pepe, Libro rosso di Ostuni p. 71 n. 5. Pepe, Documenti p. V n. 2. Auszug: Minieri, Regno 1277 p. 32.

Heliseo de Luduno militi viceiusticiario Terre Ydronti etc. Quia considerantes, quod civitas Hostuni sita in iurisdictione tua serviciis nostris est utilis, cum quia castrum ibi habemus, tum quia per partes ipsas plerumque habentes transitum nos et gens nostra ibi habilitatem recipimus, et vicina est loco Petrolle, quem habitare de novo providimus, ut ibi pirate ad offensionem nostrorum fidelium receptaculum habere non possint, et qui in habitatione ipsius loci fuerint, per vicinitatem, qua terre ipse coniunguntur ad invicem, ab hominibus eiusdem terre Hustuni comoditates et habilitates poterunt reportare, ad supplicationem hominum eiusdem terre Hostuni nostrorum fidelium de liberalitate mera et gracia speciali eis concessimus eandem civitatem Hostuni in nostro nostrorumque heredum demanio in perpetuum retinere; et propter hoc homines ipsi celsitudini nostre voluntarie promiserunt unc. aur. 80. . . convertendas in opere murorum loci Petrolle: . . . mandamus, quatinus pecuniam ipsam ab hominibus eiusdem terre exigas et recipias in predicto opere convertendam; non tamen simul et semel set successive pro tempore, per quod opus ipsorum murorum debet fieri et compleri. Dat. apud Lacumpensilem XVIII. iulii V. ind.

961.

Lagopsole 1277 Juli 25.

Siehe n. 578.

962.

Lagopsole 1277 Juli 27.

Siehe n. 839.

963.

Lagopsole 1277 August 13.

RA 1276/77 A n. 27 f. 128<sup>b</sup>.

Eodem die (XIII. augusti) ibidem (apud Lacumpensilem). Similes<sup>1</sup>) facte sunt iusticiario<sup>2</sup>) Terre Ydronti pro stipendiariis et aliis morantibus in Villa Nova.

964.

Brindisi 1277 August 29.

RA 1276/77 A n. 27 f. 154<sup>a</sup>. — Pepe, Libro rosso di Ostuni p. 75 n. 8. Pepe, Documenti p. X n. 6.

Eidem viceiusticiario (Terre Ydronti). Noverit fidelitas tua, quod notarius Andreas de Brundusio nuntius tuus assignavit pro parte tua magistris racionalibus etc. instrumentum unum super extimatione facta de fundamento murorum Ville nove continentie talis: *es folgt n. 957.* de cuius instrumenti assignatione presentes maiestatis nostre litteras tibi remittimus responsales. Dat. apud Lacumpensilem die XXVIII. augusti V. ind.

965.

Brindisi 1277 August 29.

RA 1276/77 A n. 27 f. 154<sup>a</sup>. — Pepe, Libro rosso di Ostuni p. 73 n. 7. Pepe, Documenti p. VIII n. 5.

Eidem (viceiusticiario Terre Ydronti) etc. Noverit fidelitas tua, quod notarius Andreas de Brundusio nuntius tuus assignavit pro parte tua magistris racionalibus magne curie nostre instrumentum unum de extalio concesso Rogerio de Monopolo super extimatione murorum Ville nove continentie talis: *es folgt n. 958.* de cuius instrumenti assignatione presentes etc. Dat. ut supra (apud Lacumpensilem die XXVIII. augusti V. ind.).

<sup>1</sup>) *Wie n. 752.*

<sup>2</sup>) *Richtiger viceiusticiario.*



- 966.** *Brindisi 1277 August 29.*  
*RA 1276/77 A n. 27 f. 154<sup>b</sup>. — Pepe, Libro rosso di Ostuni p. 77 n. 9. Pepe, Documenti p. X n. 7.*  
 Eidem (viceiusticiario Terre Ydronti) etc. Noverit fidelitas tua, quod notarius Andreas de Brundusio nuntius tuus assignavit magistris racionalibus etc. instrumentum unum de extalio fundamenti murorum Ville nove concesso Michaeli Petrarolo de Houstuno continencie talis: *es folgt n. 959.* de cuius instrumenti assignacione presentes maiestatis nostre tibi remittimus responsales. Dat. apud Lacumpensilem die XXVIII. augusti.
- 967.** *Lagopesole 1277 September 5.*  
*Siehe n. 842.*
- 968.** *Lagopesole 1277 September 11.*  
*Siehe n. 843.*
- 969.** *Melfi 1277 September 23.*  
*Siehe n. 845.*
- 970.** *Neapel 1277 Dezember 8.*  
*Siehe n. 849.*
- 971.** *Neapel 1277 Dezember 17.*  
*Siehe n. 850.*
- 972.** *bei Capua 1278 Februar 28.*  
*Siehe n. 851 I und II.*
- 973.** *bei Capua 1278 März 4.*  
*Siehe n. 232.*
- 974.** *bei Capua 1278 März 8.*  
*Siehe n. 587.*
- 975.** *bei Capua 1278 März 9.*  
*RA 1278 D n. 31 f. 28<sup>a</sup>.*  
 Eidem (iusticiario Terre Ydronti). Quia mittimus mag. Bançelinum... provisurum, quod in opere murorum terre Ville Nove... sollicitè procedatur tam de calce quam de lapidibus et aliis omnibus, ita quod in opere ipso nullus omnino defectus intersit:... mandamus, quatinus in opere murorum ipsorum procedi mandes et facias, iuxta quod idem mag. Bançelinus duxerit providendum... Dat. ibidem (apud turrim) die VIII. eiusdem (marcii).
- 976.** *bei Capua 1278 April 20.*  
*Siehe n. 857.*
- 977.** *bei Capua 1278 April 26.*  
*Siehe n. 595.*
- 978.** *Melfi 1278 Juli 10.*  
*Siehe n. 246.*
- 979.** *Lagopesole 1278 Juli 26.*  
*RA 1278 D n. 32 f. 260<sup>a</sup>.*  
 Karolo de Chapoct. *Ernennung gemäß n. 766 I.* Dat. apud Lacumpensilem XXVI. iulii.
- 980.** *[Lagopesole 1278 etwa August bis September.]*  
*Siehe n. 867.*

981.

Siehe n. 868.

Lagopesele 1278 September 22.

982.

Trani 1278 November 28.

RA 1277 F n. 28 f. 246<sup>ab</sup>; inseriert ebendort f. 247<sup>ab</sup> und RA 1278/79 H n. 33 f. 196<sup>a</sup> (unten n. 983). — Auszug: Schulz IV 71 n. 186 (unter falschem Datum).

Symoni de Bellovidere militi viceammirato etc. Scire te volumus, quod notarius Rogerius de Monopulo fidelis noster convenit cum curia nostra fieri facere ad extalium omnes muros terre Ville nove secundum altitudines longitudines et mensuras subscriptas et secundum subscriptam formam et modum, ad rationem de tar. 8 et gr. 9 pro qualibet canna carrata murorum ipsorum, sicut inferius est distinctum; videlicet [1]—[10] wie n. 951 § 1—10. [11] et pro omnibus ipsis cannis 1624 dictus notarius Rogerius debuit habere a curia nostra ad predictam rationem de tar. 8 et gr. 9 pro qualibet canna carrata murorum ipsorum, sicut extimate fuerunt per mag. Petrum de Angicurt et mag. Iohannem de Tullo familiares et fideles nostros missos dudum ad hoc ad terram ipsam per curiam nostram, unc. aur. 457 tar. 12 et gr. 16; reservato tamen, quod, si muri ipsi ascenderint ad maiorem vel minorem quantitatem predictarum cannarum 1624, que extimate sunt necessarie esse pro toto ipso opere murorum preter fundamentum murorum ipsorum, addetur vel minuatur in predicta summa predictarum unc. 457 tar. 12 et gr. 16, pro quibus extimati sunt muri predicti posse fieri, sicut pro rata acciderit ad predictam rationem de tar. 8 et gr. 9 pro qualibet canna carrata murorum, que minuentur vel addentur in predicta canna murorum ipsorum. [12] wie n. 951 § 12. [13] quos omnes muros predictus notarius Rogerius extallerius promisit et tenetur ex pacto<sup>1)</sup> fieri et compleri facere per totum mensem aprilis proximo venturum presentis VII. ind.

verum quia beneplaciti nostri est, quod in opere murorum ipsorum bene et continue procedatur, ut usque ad predictum terminum vel antea, si fieri poterit, compleantur, et Heliseus de Ludono olim viceiusticiarius Terre Ydronti, qui de mandato<sup>2)</sup> nostro tempore sui officii eidem notario Rogerio pro extalio ipso habuit pecuniam exhibere, in curia nostra presens nobis exposuit et etiam invenitur per rationes suas, que in archivo nostre curie conservantur, quod exhibuit eidem notario Rogerio tempore officii sui de predicta summa pecunie debite sibi pro extalio supradicto unc. aur. 200 preter alias unc. aur. 3 et tar. 10, quas sibi de mandato nostro exhibuit pro decem scalis lapideis factis per eum in muris ipsis, per quas ascenditur ad summitatem murorum ipsorum et descenditur, que scale comprehense non fuerunt in predicto extalio: . . . precipimus, quatinus certificatus per litteras Guidonis de Foresta iusticiarii Terre Ydronti, per quem post ammotionem dicti Helisey eidem notario Rogerio pecuniam pro predicto extalio mandavimus<sup>3)</sup> exhiberi, de tota quantitate pecunie exhibita per eum eidem notario Rogerio pro extalio ipso et certificatus de quantitate murorum omnium, quos dictus notarius Rogerius fieri fecit in circuitu dicte terre, quos te presente per magistros expertos in talibus facias mensurare, ita quod curia nostra in aliquo inde circumveniri non possit, si videris et inveneris per mensuram huiusmodi faciendam, quod ipse fieri et compleri fecerit tantam quantitatem murorum de extalio ipso, quantam facere debuit, pro tota pecunia recepta per eum tam a predictis Heliseo quam a Guidone de Foresta nunc iusticiario Terre Ydronti, ad rationem predictam de tar. 8 et gr. 9 pro qualibet canna carrata murorum ipsorum, computato valore apparatus, si quis habetur in opere ipso pro predicto extalio percomplendo, reliquam quantitatem pecunie sibi debitam usque ad summam predictam sibi conveniam pro totali complemento ipsius extalii ad presens et successive, sicut pro expensis ipsius operis fuerit oportunum, ita quod in opere ipso continue procedatur et nullus in eo defectus emergat, recepta ab eo vice qualibet sufficienti et ydonea fideiussione de tanta quantitate pecunie, quantam sibi dederis, quod totam pecuniam ipsam in opere ipso convertat et nichil de ea penitus sibi retineat vel propriis negociis suis expendat, de pecunia curie nostre, quam tibi per magistros siclarios sicle nostre Brundusii dari mandavimus, sine defectu quolibet debeas exhibere: et instes apud eum continue oportune et, si expedit, importune, quod in opere ipso sic sollicite bene et diligenter procedat et procedi faciat, quod omnes muri predicti, quos facere convenit et debuit, studiose diligenter et bene secundum convenciones et pacta predicta usque ad predictum terminum vel antea, si poterit fieri, iuxta nostrum beneplacitum compleantur, cum tibi de predictis omnibus totaliter incumbamus. et successive, sicut in eodem opere procedetur, nos et magistros racionales etc. per litteras tuas particulariter et distincte studeas informare. et si forte pridem, cum fuimus in partibus ipsis, de mandato nostro de opere ipsorum murorum fuit de novo aliquid provisum et ordinatum, ordinationem et provisionem huiusmodi facias adimpleri. Dat. Trani die XXVIII. novembris.

1) n. 958.

2) n. 850.

3) n. 857.

983.

Lucera 1278 Dezember 17.

RA 1277 F n. 28 f. 247<sup>ab</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 196<sup>a</sup>.

Iusticiario Terre Ydronti. Scire te volumus, quod Symoni de Bellovidere viceammirato etc. super operibus, que facte sunt ad extalium per notarium Rogerium de Monopolo in circuitu Ville nove litteras nostras direximus continencie talis: *es folgt n. 982.* verum quia dictus Simon nuper. . . nobis exposuit, quod gravi egritudine corporis premitur usque adeo, quod comode predictis serviciis nostris intendere et vacare non potest, nolentes, quod occasione egritudinis sue in predicto opere murorum ipsorum et celeri et totali complemento ipsius aliquis defectus emergat. . . , committimus. . . , quatinus forma predictarum litterarum nostrarum. . . diligenter attenda, iuxta ipsarum continenciam, computata predicta summa pecunie exhibita dicto notario Rogerio extallerio murorum ipsorum, et computata etiam pecunia sibi per te exhibita, et certificatus de quantitate murorum omnium, quam idem notarius Rogerius fieri. . . fecit *usu. wie n. 982 mutatis mutandis.* Dat. Lucerie die XVII. decembris.

984.

Lucera 1278 Dezember 17.

Siehe n. 874.

985.

Neapel 1279 Januar 18.

Siehe n. 283 III.

986.

Neapel 1279 Januar 19.

RA 1278/79 H n. 33 f. 167<sup>b</sup>: inseriert ebendort p. 201<sup>a</sup> (unten n. 989). — Auszug: Schulz IV 76 n. 200. Minieri, Regno 1279 p. 3.

Similes<sup>1)</sup> facte sunt iusticiario Terre Ydronti et eisdem magistris pro faciendo palacio cisterna et aliis, ut supra, in Villa nova. Dat. ut supra (Neapoli XVIII. ianuarii).

987.

bei Capua 1279 Februar 14.

I. Siehe n. 778.

II. RA 1277 F n. 28 f. 248<sup>b</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 169<sup>b</sup>.

Iusticiario Terre Ydronti, mag. Petro de Angicur et mag. Iohanni de Tullo pro palacio Ville nove in forma litterarum<sup>2)</sup> directarum iusticiario Terre Bari et eisdem magistris pro palacio terre Mauli et cisterne. aditur tamen, quod palacium terre Ville nove debet esse in longitudine cannarum 11 et cisterna cannarum 16 etc. Dat. ut eisdem litteris (apud turrin s. Herasmi prope Capuam die XIII. februarii VII. ind.).

988.

bei Capua 1279 März 12.

Siehe n. 881.

989.

bei Capua 1279 März 20.

RA 1278/79 H n. 33 f. 201<sup>a</sup>. — Schulz IV 76 n. 200.

Eidem (iusticiario Terre Ydronti) etc. Pridem tibi mag. Petro de Angicuria et mag. Iohanni de Tilio etc. per litteras celsitudinis nostre sub utroque sigillo nostro magno videlicet et consueto pendenti et parvo secreto mandavimus<sup>a)</sup> in hac forma: *es folgt n. 986.* et quia celere complementum dicti palacii et cisterne intime affectamus, . . . precipimus. . . , quod sic ferventer et sollicite opus ipsum acceleres et accelerare facias cum omni diligencia et studio oportunis, quod celeriter iuxta nostrum beneplacitum compleatur et satisfiat exinde tuo studio et efficacia votis nostris. et ut caucius in dicto opere procedatur, provisionem et modum dicti operis factum per dictos magistros, secundum quod dictus mag. Petrus presencialiter nostre celsitudini assignavit et dixit etiam te habere, ad maiorem cautelam tenore presentium tibi duximus declarandum, iniungentes expresse, ut<sup>b)</sup> provisionem formam et modum ipsum nichil in eis addito vel diminuto, secundum quod de singulis inferius declaratur, observes in omnibus et facias observare. qui modus et provisio talis est, videlicet: /1/ inprimis provisum dictum palacium fieri debere modo subscripto, videlicet quod dictum palacium erit longitudinis a muro, qui est subtus turrin versus meridiem, infra cassum mensura videlicet cannarum 11 et amplitudinis infra cassum mensura cannarum 3<sup>1)</sup>. et murus ipsius palacii circumcirca erit amplitudinis mensura palmorum 4. et murus ipsius palacii erit altitudinis supra terra usque

<sup>a)</sup> mandaverimus. <sup>b)</sup> in.<sup>1)</sup> Wie n. 776. <sup>2)</sup> n. 778.

ad primum solarium mensura cannarum 2, preter fundamentum, quod non est conclusum in predicta altitudine. et addentur supra ipsa altitudine palmi 3, infra quos ponentur trabes et tabulamenta ipsius palacii. et erit tabulamentum ipsum usque ad tectum altitudinis videlicet cannarum  $2\frac{1}{2}$ . [2] item provisum est in eodem palacio ex parte dicte turris debere infra ipsum in capite ipsius fieri cameram unam longitudinis cannarum 5. et fiet unus paries, qui dividat dictam cameram a dicto palacio; qui erit amplitudinis palmorum 2; de quo pariete palmus 1 auferatur a longitudine camere, et alius palmus auferatur a longitudine palacii; et sic restat dictum palacium in longitudine cannarum 5 et palmorum 7. et camera ipsa habebit in angulo de parte occidentis ciminedam unam. et habebit camera ipsa fenestras tres, videlicet duas carratas et ferratas de lapidibus vivis, unam videlicet in parte orientis et aliam in parte portus; et erunt dicte due fenestre amplitudinis quelibet palmorum 3 et altitudinis de ana palmis 4; reliqua alia fenestra erit ex parte occidentis et habebit in medio columpnam unam, et erit amplitudinis palmorum 6 et altitudinis palmorum 6; et in qualibet fenestra erit sedium ex interiori parte. [3] in palacio vero fiet cimineda una in medio ipsius ex parte portus, que erit<sup>c)</sup> longitudinis palmorum 10 et assendet ultra altitudinem dicti palacii per palmos 5. [4] et erunt ex parte portus ipsius palacii fenestre due ex anobus lateribus ciminede, ferrate carrate simili modo et forma, sicut et fenestre dicte camere. et ex parte occidentis ipsius palacii fient alie due fenestre cum columpna, simili modo et forma, sicut et fenestra, que erit in parte occidentis ipsius camere. item ex parte Hostuni fiet alia fenestra carrata et ferrata ad mensuram et modum aliarum fenestrarum ferratarum. [5] et fiat scala una de tufis, amplitudinis palmorum 6, per quam intretur et egrediatur in sala et camera. [6] et camera habebit subtus scalam portam unam amplitudinis palmorum 6 et altitudinis palmorum 8. [7] in palacio vero fiat porta una amplitudinis palmorum 5 altitudinis palmorum 7 supra scalam. [8] item provisum est debere fieri prope ipsum palacium ex parte Hostuni cisternam unam longitudinis cannarum 10 et amplitudinis cannarum 3 et in profundum, tamquam ire poterit. Dat. apud turrim prope Capuam XX. marcii.

<sup>c)</sup> erunt.

990.

bei Capua 1279 März 22.

RA 1277 F n. 28 f. 250<sup>b</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 172<sup>b</sup>.

Iusticiario Terre Ydronti. Quia intelleximus per mag. Petrum de Angicuria familiarem... , quod in terra Ville nove, que de novo construitur, non sunt facte porte de ligno tam in magnis portis ipsius terre quam posterulis, ... mandamus, quatinus... fieri facias... portas de ligno bene fortes; in quibus portis magnis fieri facias barras ferratas, et in ipsis portis et posterulis portas ipsas apponi; et in predictis portis dictarum posterularum apponi similiter facias barras de ligno bene fortes non ferratas. ... Dat. apud turrim s. Herasmi die XXII. <sup>a)</sup> marcii.

<sup>a)</sup> Im Reg. n. 33: ut supra (apud turrim s. Herasmi XXIII. martii).

991.

[bei Capua 1279 März 23].

Siehe n. 990.

992.

bei Capua 1279 März 27.

Siehe n. 781.

993.

bei Capua 1279 April 5.

Siehe n. 885 besonders § 1.

994.

bei Capua 1279 April 6.

Siehe n. 783.

995.

bei Capua 1279 April 8.

Siehe n. 886.

996.

bei Capua 1279 Mai 5.

RA 1277 F n. 28 f. 216<sup>b</sup>.

Notario Rogerio de Monopolo extallerio operis murorum Ville nove. Recepimus litteras tuas culmini nostro missas, per quas intelleximus, quod in opere murorum dicte terre Ville nove non potes procedere

defectu pecunie, quam ex obitu quondam Guidonis de Foresta militis olim iusticiarii Terre Ydronti, qui pecuniam habebat tibi de mandato<sup>1)</sup> nostri culminis exhibere, esseris non habere, petens tibi rescribi nostrum beneplacitum et mandatum: ad quod tibi taliter respondendum duximus, quod Symoni de Bellovidere viceamirato a flumine Tronti usque Cutronum et eiusdem quondam Guidonis in eodem iusticiariatus officio successori militi familiari et fideli nostro... dedimus in mandatis, ut tam tibi, quam aliis credenceriis et extalleriis omnium operum nostrorum, que fiunt in Brundusio, pro eisdem operibus pecuniam necessariam... largiatur... Dat. apud turrin s. Herasmi prope Capuam V. madii VII. ind.

997.

Neapel 1279 Juni 6.

Siehe n. 891 I und II.

998.

[1279 nach Juni 6].

Siehe n. 892.

999.

[1279 nach Juni 6].

Siehe n. 893.

1000.

S. Angelo de' Lombardi 1279 Juli 4.

Siehe n. 895.

1001.

Lagopsole 1279 August 12.

RA 1278/79 H n. 33 f. 217<sup>a</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Ydronti). Cum in brevi versus partes iurisdictionis tue gressus nostros dirigere... intendamus et ad tardius per totum instantem mensem septembris... , precipimus, quatinus circa celere complementum palacii nostri, quod in Villa nova fieri iussimus, sic instes et instari facias sicque efficaci opera et diligenti cura intendas, quod palacium ipsum... factum sit totaliter et completum et in eo possimus... comode... hospitari... Dat. apud Lacumpensilem die XII. augusti.

1002.

Lagopsole 1279 August 19.

RA 1278/79 H n. 33 f. 219<sup>ab</sup>. Der Text ist durch Hörfehler beim Diktat stark entstellt. Das Blatt ist am unteren Rande mit Textverlust, aber ohne wesentliche Beeinträchtigung des Sinnes, verletzt.

Eidem (iusticiario Terre Ydronti). Litteras et capitula tua celsitudini nostre missa benigne recepimus et, ipsorum continencia intellecta, tibi ad singula respondemus: [1] ad primum quidem, per quod intimasti, te recepisse pro parte curie nostre a Symone de Bellovidere viceamirato a flumine Tronti usque Cutronum militi fideli nostro tuo in officio precessore<sup>a)</sup> de pecunia presentis generalis subvencionis iurisdictionis tue recollecta per eum a certis terris et locis iurisdictionis eiusdem in karolensibus et augustalibus unc. aur. 536 tar. 11 et gr. 5: rescribimus, quod excellencie nostre placet. arguimus tamen te, quod, quantum in karolensibus et quantum in augustalibus receperis, distinguere non curasti, mandantes tibi, ut per litteras tuas distinguere non obmittas. et cum, sicut precessoribus tuis per plura mandata nostra, que in pendenti recipere debuisti, et tibi eciam per alia mandata nostra precepimus, omnes florenos et duplas auri, Turoenses argenteos, Venetos grossos, miliarienses et quamlibet aliam monetam prohibitam pro officiales nostros pro satisfacionibus subvencionum et aliorum debitorum et iurium nostrorum pro moneta rump<sup>b)</sup> tantum mandaverimus et statuerimus recipi et haberi<sup>c)</sup>, tibi tenore presencium inhibemus et mandamus expresse, ut, quociens aliquas ex uiusmodi monetis prohibitis, cuiuscumque speciei sint<sup>d)</sup>, recipere te contigat, nichil de monetis ipsis pro quibuscumque serviciis aud negociis nostris quoquo modo exibeas vel expendas, set omnes et singulas monetas ipsas prohibitas ad camaram nostram castris Saluatoris ad mare de Neapoli cum integritate trasmittas, nostris thesaurariis assignandas<sup>e)</sup>. [2] per aliud vero capitulum, continens statum<sup>f)</sup> et condicionem<sup>g)</sup>, in quibus opera terre<sup>h)</sup> Ville nove in ingressu tui officii asseris invenisse, scripsisti, quod in ambitu murorum ipsius terre elevate erant in altitudine a superficie terre usque ad summitatem ipsorum canne 3, exepto ex parte maris per longitudinem cannarum 30, ubi elevande erant linee 2 ad hoc, quod totus anditus murorum ipsorum ex omni parte equalis sit; et restant exinde faciendi ibi para-

<sup>a)</sup> hierauf im Reg. et.<sup>b)</sup> rumta.<sup>c)</sup> scint.<sup>d)</sup> assignandas.<sup>e)</sup> im Register quam nach statum.<sup>f)</sup> cognicionem.<sup>g)</sup> statt in quibus opera terre im Register ganz sinnlos statum status. Berichtigt nach n. 897.<sup>h)</sup> n. 983.<sup>i)</sup> Erlas vom 30. Januar 1279. Trifone p. 71 n. 54.

pectus et merguli, qui<sup>h)</sup> per notarium Rogerium de Monopolo extallerium<sup>l)</sup> murorum ipsorum fieri debent iuxta<sup>k)</sup> pacta inter curiam nostram et eum<sup>l)</sup> habita de muris ipsis totaliter percomplendis; quodque in portis et posterulis murorum ipsorum ianuas aliquas de lignaminibus factas non invenisti, set, ad faciendum eas fieri studiosè procedens, ferrum lignamina omnia necessaria et magistros carpenterios oportunos pro faciendis ipsis ad terram eandem misisti et<sup>m)</sup> in opere earum sic ferventer intenditur, quod celeriter perconplebuntur: tuum studium commendantes<sup>n)</sup> iniungimus, ut penes predictum notarium Rogerium sic diligenter insistas oportune et, si expedierit, etiam<sup>o)</sup> inopportune, compellendo eum autoritate presencium districte per omnia bona sua et etiam<sup>o)</sup>, si oportuerit, per personam, quod omnes muros predictos totaliter compleat tam celeriter quam instanter diligenter et bene iuxta<sup>k)</sup> pacta predicta et provisionem nostram de his habitam, nichil in ea penitus obmittendo, ita quod in aventu nostro felici, qui erit in proximo ad partes ipsas usque per totum proximo fecturum menssem septenbris VIII. ind. ad tardius Deo duce, infalibiliter sint<sup>c)</sup> completi. et ne per piratas discurrentes<sup>p)</sup> per partes ipas forte ut solito posset in terra ipsa aliquod<sup>q)</sup> damnum<sup>r)</sup> inferri, opus ipsarum portarum et posterularum absque alicuius more dispendio fieri facias et conpleri, ut claudi possint<sup>s)</sup> et dicta terra melius et securius valeat custodiri ac<sup>t)</sup> de laudabili executione ipsius negocii nostris apreas aspectibus commandandus. [3] continebat etiam capitulum ipsum, quod in opere palatii, quod in eadem terra fieri celsitudo nostra mandavit, non invenisti aliquatenus fuisse processum, set requisito per te predicto notario Rogerio, si palacium ipsum cum cisterna ciminedis fenestris et scala in eodem<sup>u)</sup> palacio facienda iuxta<sup>k)</sup> provisionem nostram exinde habitam ad extalium facere vellet ad illam rationem, ad quam predictum opus murorum ambitus<sup>v)</sup> dicte terre faciendum a curia nostra recepit, sicut quondam precessori tuo excellencia nostra<sup>w)</sup> mandaverat, idem notarius Rogerius respondit<sup>x)</sup>, se<sup>y)</sup> velle facere ad extalium muros cantonis ipsius palatii ad illam rationem, ad quam fecerat muros predictos ambitus dicte terre; cisternam vero ciminedas fenestras et scalam predictas et alia in ipso palacio facienda secundum illam rationem dixit se non posse recipere, pro eo quod uisum opus maiores et graviores requirit expensas, set ne, donec ipsorum operum provisio et extimacio fieret, iuxta<sup>k)</sup> quam in his procedi deberet, opus ipsius palatii debita executione vacaret, predicto notario Rogerio unc. aur. 10 de pecunia predicta generalis subventionis exhiberi fecisti in opere ipso utiliter expendendas, recepta<sup>z)</sup> ab eo sufficienti<sup>aa)</sup> et ydonea fideiuxoria caucione iuxta<sup>k)</sup> formam curie nostre, que observatur<sup>bb)</sup> in talibus, de pecunia ipsa tota fideliter et utiliter in ipso opere convertenda, et iniuncto ei sub pena persone et bonorum suorum, quod in opere ipso sine intermissione procedat, nichilominus tamen opus predictarum cisterne ciminedarum fenestrarum tam ferendarum quam duplicium cum columpnis<sup>cc)</sup> et scale de lapidibus faciende ibi secundum provisionem et ordinationem nostram de his abitam statuisti per magistros et alios fideles<sup>dd)</sup> nostros ecspertos in talibus diligenter et fideliter extimari, ut id deinde nostre excellencie intimetur: super quibus mirantes non modicum nec indigne<sup>ee)</sup> cum opus predicti palatii, quod pro maiori parte crediderimus esse factum, et arguentes te, quod provisionem et extimacionem de ipsis cisterna ciminedis et fenestris [... non]<sup>ff)</sup> misisti, ... precipimus, quatinus opus murorum ipsius palatii d[...]<sup>ff)</sup> faciendum per eum ad extalium, secundum quod iuxta<sup>k)</sup> pacta inter curiam nostram et eum<sup>l)</sup> habita predictos premissa, non aparuerit aliquis volens illud facere pro minori pecunie quantitate iuxta<sup>k)</sup> tenorem mandati nostri proinde precessori tuo directi, quod inter alia mandata pendencia tibi fuisse credimus assignatum<sup>gg)</sup> per te in omnibus et per omnia efficaciter observandum, ita quod nichil penitus de forma ipsius mandati quomodolibet obmittatur, quoad ipsius operis complementum. predictas vero cisternam ciminedas fenestras scalam et alias habilitates faciendas in eodem palacio secundum provisionem et ordinationem nostram distintam in mandatis nostris, que proinde emanarunt<sup>hh)</sup> diligenti et legali extimacione et previsionem prehabita de quantitate pecunie proinde oportuna, ita quod super his fraudari vel decipi non possimus, sive ad extalium sive ad credenciam<sup>ii)</sup> fieri facias, prout melius et utilius pro curia nostra fuerit. et sic instes efficaciter et ferventer circa totale ipsius palatii complementum, quod satis intime residet cordi nostro, quod in predicto felici aventu nostro ad partes<sup>kk)</sup> ipsas possimus in eo comode hospitari; exhibiturus pro his omnibus exequendis, ut nullus circa ea defectus intersit, de quacunque fiscali pecunia, que est vel erit per manus

h) cui. l) extallerio. k) iuxta. l) deum. m) ne. n) cum mandantes. o) etiam.  
 p) pro piratis discurrentibus. q) aquam. r) domum. s) possint. t) ad. u) inodem.  
 v) ambitus. w) excellencie nostro. x) rexpondit. y) sse. z) recepta. aa) sufficiendi.  
 bb) oxervatur. cc) columpnis. dd) fidelis. ee) indinne. ff) Lücke durch Verletzung des Blattes. gg) agsinatum.  
 hh) emanarum. ii) acredenciam. kk) apartes.

tuas, et in alterius fiscalis pecunie defectu de pecunia predictae generalis subventionis oportunam et necessariam quantitatem iuxta<sup>k)</sup> predictorum continenciam mandatorum. et ut in predicto nostro felici adventu<sup>ll)</sup> nichil in predicto palacio de habitatibus opportunis ad hospitandum in ipso deficiat, ante tenpus ignem<sup>ll)</sup> in eo ad removendum vaporem calcis fieri facias, prout fuerit opportunum. [4] significasti insuper, quod Gualterius Panis-et-vinum statusus per excellenciam nostram in dicta terra Ville nove super recipiendis et colloquandis ibi ad habitandum hominibus demanii nostri de mandato nostro ad incolatum ipsius terre revocatis propter infirmitatem supervenientem sibi de terra ipsa recessit, conferens se<sup>v)</sup> pro resumenda sanitate ad propria, dimisso ibi pro executione ipsius servicii alio loco<sup>mm)</sup> sui; verumtamen infra ambitus murorum ipsius terre nulli adhuc de revocatis ipsis habitant, licet incepte sint<sup>cc)</sup> ibi per aliquos eorum domus 40, de quibus due tantum, sicut ipsa tua capitula continebant, totaliter sunt complete; set ad sciendum<sup>nn)</sup> processum per precessores tuos habitum circa executionem<sup>oo)</sup> mandati<sup>ll)</sup> nostri super his editi commissarios ipsorum precessorum tuorum in his statutis mandasti, ut per eos exinde informari posses, ad tuam presenciam evocari; et nichilominus statuisti ad executionem mandatorum ipsorum alios tuos commissarios, sicut dicis: de quo similiter valde miramur et merito, cum mandaverimus collocari<sup>pp)</sup> in terra ipsa ad habitandum iamdiu de revocatis ipsis usque ad masnatas<sup>qq)</sup> 300, quas omnes ibi esse credidimus collocatas, ut, cum in eadem terra nos esse contingeret, familia et gens nostra illuc ventura nobiscum comoditatem hospiciorum habere possit, nec talis processus tuus ad ipsius negotii executionem sic habitus ad accusandum<sup>rr)</sup> negligenciam et defectum tuum in hoc abito sufficit, cum de nominibus et conominibus omnium et singulorum revocatorum ipsorum, quos ad habitacionem predictam deputari mandavimus, satis plene et lucide informari et instrui potuisses et debuisses tam per dictum Simonem de Bellovidere<sup>ss)</sup> presentem in iurisdictione<sup>tt)</sup> ipsa, quam per mandata nostra pendencia quondam Guidoni de Foresta et ipsi eciam Symoni precessoribus tuis super negocia ipsa directa et tibi postmodum<sup>uu)</sup> assignata<sup>vv)</sup> et ad compellendum<sup>ww)</sup> homines ipsos habitacionem eorum ad terram ipsam transferre et morari ibidem iuxta<sup>k)</sup> eorumdem continenciam mandatorum procedere, ut nostrum in his beneplacitum conpleretur, si ad executionem<sup>xx)</sup> mandatorum nostrorum sollicitudine debita laborasses, de quo non inmerito redarguendum te duximus, et sub predicta<sup>yy)</sup> pena et alia graviore pro nostro beneplacito inferenda districte precipimus, quatinus informatus de nominibus et conominibus illorum, qui iam domum predictam inceperunt vel fieri fecerunt in terra predicta, et ex tenore predictorum mandatorum de nominibus et conominibus tam ipsorum quam aliorum quorumlibet, qui ad habitacionem ipsam iuxta<sup>k)</sup> eadem mandata revocari debuerunt nec illuc iverunt, eos omnes ad eundem cum familiis et bonis eorum ad incolatum dicte terre et ad faciendum et firmandum domos et manciones eorum ibidem per bona familias et personas eorum, sicut expedierit, districte compellas, iuxta<sup>k)</sup> quod de ipsis mandatis nostris processit, super his nemini defendo prece precio gracia vel amore, ubicumque ipsos per iurisdictionem tuam contigerit<sup>zz)</sup> inveniri, ita quod a tardius predicto mense<sup>aa)</sup> septembris<sup>bb)</sup>, qui ibi actore Deo feliciter esse disponimus, predicta familia et gens nostra hospiciorum comoditatem ibi valeat invenire. et ecce quod pro habundanciori cautela ordinationem nostram super revocationem dictorum hominum habitam tibi per alias litteras nostras duximus distinguendam, ut, dum his tibi tollatur occasio<sup>cc)</sup>, cominus ad<sup>dd)</sup> celerem perfectionem ipsius negotii cum instancia qualibet procedatur. [5] et quia per eadem capitula intimasti, quod per inquisitionem factam per commissarios dicti Simonis de antiquis territorio tenimento et pertinencis ipsius terre, in quibus tempore quondam imperatoris Frederici homines ipsius loci, qui tunc dicebatur Pretella, ortos vineas et agriculturas eorum consueverant facere, invenitur, quod incole ipsi tempore ipso faciebant eorum ortos vineas et campos in tenimento Hostunei et Carovinee ibique ligna accipiebant<sup>ee)</sup> et animalia eorum pascua et aquam sumebant libere et sine aliqua dacione<sup>ff)</sup>; tibi, qualiter in his procedere debeas, consultantis respondentes iniungimus, quod in his omnibus illam eandemque consuetudinem inter habitatores ipsarum terrarum Ville nove Hostunii et Carovinee facias observari, que dicto quondam tempore imperatoris observari consuevit, et ipsi homines Ville nove illis tenimentis pascuis aquis agriculturis et aliis habitatibus eorum utantur, quibus predicti olim incole Petrolle uti consueverunt tempore quondam imperatoris predicti. et si inveneris, quod ipso tempore determinatum fuerit tenimentum et<sup>gg)</sup> territorium dictis hominibus Petrolle per certos fines et terminos designatos, tu determinationem ipsam servari facias, prout servata fuit tempore ipso. et ut omnis materia scandali occasione ipsa tollatur de medio, apponi<sup>hh)</sup> facias in finibus

ll) fehlt Reg.      mm) loquo.      nn) sciendum.      oo) executionem.      pp) collegari.      qq) masnatas.

rr) cousandum.      ss) Belloviderio.      tt) iurisdictionis.      uu) posmodo.      vv) agsinata.      ww) complendum.

xx) assecucionem.      yy) supradicta statt sub predicta.      zz) contingerit.      aa) messe.      bb) setenbris.      cc) occasio.

dd) at.      ee) accipiebant.      ff) dacionem.      gg) set.      hh) aboni.

et terminis ipsis et infigi lapides magnos, qui termini vulgariter nuncunpatur, quos neutri parcium transgredi liceat sub certa pena per te inponenda et a<sup>1)</sup> transgressoribus inremissibiliter exigenda; factis inde tribus puplicis consimilibus instrumentis, quorum uno penes te retento et alio dictis hominibus Ville nove pro eorum cautela assignato<sup>2)</sup> tertium magistris racionalibus magne curie nostre mittas. insuper cum nolimus illos omnes, quorum culpa vel negligencia defectus<sup>3)</sup> aliquis in dictis operibus intervenit, inpune transire, penas omnes dictis precessoribus tuis necnon extelleriis et credenderiis operum ipsorum per litteras nostras seu de mandato nostro per officiales nostros inpositas pro ipsis operibus nostro arbitrio et beneplacito reservamus. Dat. apud Lagumpensulem die XIX. agusti.

<sup>1)</sup> ad.      <sup>2)</sup> agsinnato.      <sup>3)</sup> defetus.

**1003.**

Siehe n. 898 § III.

Lagopesele 1279 August 19.

**1004.**

Siehe n. 628.

Lagopesele 1279 September 2.

**1005.**

Siehe n. 901.

Melfi 1279 Oktober 2.

**1006.**

Siehe n. 801.

Bari 1279 Dezember 1.

**1007.**

RA 1279 A n. 34 f. 208<sup>a</sup>.

Manfredonia 1279 Dezember 9.

Eidem (iusticiario Terre Ydronti) etc. Scire te volumus, quod olim XXVI. die proximo preteriti mensis novembris huius VIII. ind. feliciter in Villa nova presentes providimus et statuimus ibi fieri opera infra-scripta in forma et modo subscriptis: videlicet [1] in palumbula palacii nostri ipsius terre versus Hostunum cisternam unam, longitudinis cannarum 10 amplitudinis cannarum 3 et altitudinis sive profunditatis cannarum 2, si tantum ibi fodi oporteat in profundum usque ad aquam, et si minus vel magis expedierit, fodiatur et profundetur in tantum, usque quo perveniatur ad aquam; ita tamen, quod aqua surgens ibi cum aqua ipsius cisterne non valeat immisceri. in qua etiam cisterna fiat pro mezanili pa[r]ies<sup>a)</sup> unus dividens ipsam, hoc modo videlicet: ex una parte mezanili ipsius sit ipsa cisterna cannarum 4, ex parte scilicet predicti palacii, facta ibi bucca una, per quam pro usu nostro et hospicii nostri aqua ibidem hauriatur; et relique 6 canne ipsius cisterne remaneant ex parte altera huiusmodi mezanili, facta ibi alia bucca pro aurienda exinde aqua pro usu incolarum terre predictae. [2] item providimus et statuimus, quod murus, qui est in capite ipsius palacii ex parte orientis, protendatur inantea, ultra quam modo est, per spacium 2 cannarum infra balium fortellicie et elevetur in altum per palmos 10 et crescetur, ita quod extendatur usque ad primum gradum ascensus ipsius palacii et per quadratum reducatur versus murum terre predictae. cumque velimus, ut predicta nostra provisio et ordinatio debitum celeriter sortiatur effectum, . . . precipimus, quatinus. . . extimari facias. . . expensas quaslibet necessarias in huiusmodi operibus faciendas et. . . exponi facias voce preconia predicta opera. . . in extaleum concedenda. et si comparuerint aliqui ydonei fideles et sufficientes viri, volentes ea facere in extaleum pro illa quantitate pecunie, pro qua fuerunt extimata, vel forsitan pro minori . . . concedas eis extaleum ipsum. . . extalleriis vero forte non comparentibus. . . facias illa fieri ad credenciam. . . super faciendia inde provisione et extimatione predicta et solvenda mercede magistris manipulis et personis aliis deputandis in operibus ipsis statutum curie nostre, quod in aliis nostris operibus observatur, de quo noticiam plenam habes, diligenter advertas<sup>b)</sup> ac facias observari. . . Dat. Manfridonie die VIII. decembris VIII. ind.

<sup>a)</sup> Lücke durch Verletzung des Blattes.

<sup>b)</sup> avertas.

**1008.**

Siehe n. 905 I und II.

Neapel 1280 Februar 4.

**1009.**

RA 1270 B n. 8 f. 121<sup>b</sup>.

Neapel 1280 Mai 19.

Eidem iusticiario (Terre Ydronti) etc. Noverit fidelitas tua, quod die XIX. madii presentis VIII. ind. apud Neapolim magistri rationales magne curie nostre receperunt scriptum unum puplicum factum X. dicti men-



sis apud Villam novam cum forma mandati<sup>1)</sup> nostri dudum proinde tibi directi de extimacione quorundam operum et unius cisterne, que et quam olim infra mensem novembris proximo preteriti huius VIII. ind., nobis in eadem terra Ville nove feliciter existentibus, ibidem providimus et statuimus faciendam, que extimatio ascendit ad summam unc. aur. 42 tar. 18 et gr. 12. . . , et de concessione extalii ipsorum operum et cisterne notario Rogerio de Monopulo servatis sollempnitatibus debitis per te pro parte curie nostre concessi pro unc. aur. 40. . . , sicut hec omnia in predicto scripto puplico continentur. de cuius scripti receptione maiestatis nostre presentes tibi mittimus responsales. Dat. Neapoli XVIII. madii.

1010.

Melfi 1280 Juli 14.

RA 1270 B n. 8 f. 123<sup>o</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Ydronti) etc. Cum in opere cisterne palatii nostri Ville nove omnem per te velimus diligentiam et sollicitudinem adhiberi, . . . precipimus, quatinus opus ipsum sic accelerare studeas, sic ad ipsius perfectionem persone tue non parcendo laboribus ferventer intendas, quod in adventu nostro ad partes ipsas, qui erit per totum mensem septembris primo futurum Domino concedente, aquam in eadem cisterna inveniamus et de ipsius operis complemento, quod satis nostre celsitudini complacebit, devocionem tuam possimus in hac parte merito commendare; sciturus pro certo, quod, si in predicto adventu nostro cisternam ipsam factam non invenerimus et completam, . . . contra te maiestatem nostram sencies indignam. Dat. Melfie XIII. iulii.

1011.

Melfi 1280 September 21.

Siehe n. 918.

1012.

Orvieto 1281 Juni 3.

Siehe n. 396.

1013.

Bari 1284 November 20.

Siehe n. 936.

## Castrium Ydronti.

(Otranto.)

1014.

Arrone 1240 März 18.

I. RF f. 91<sup>o</sup> (olim 89<sup>o</sup>). — Carcani p. 380. Schulz IV 9 n. 22. Huillard-Bréholles V, 2 p. 852. BF n. 2922.Martio in Arrono<sup>2)</sup>.

XVIII. De imperiali mandato facto per dominum Taddeum scripsit Laurentius Guidoni de Guasto provisor castrorum in Apulia etc. Litteras etc. quod autem significasti, castra tue provisioni commissa et specialiter castrum Ydronti, cuius due turres ex maris percussione continua minantur ruinam, reparacionibus indigere, et quod in domibus solatiorum nostrorum, preter quam in domibus Capitinate, reparatio necessaria est nec pro reparandis eis a collectore<sup>a)</sup> Apulie, qui dicitur infirmari, nec ab aliquo alio, cum mandatum<sup>3)</sup> factum sit collectori predicto, pecuniam habere aliquatenus potuisti: ecce quod eidem collectori precipimus iterato<sup>4)</sup>, quod pro reparacione necessaria domorum nostrarum et castrorum, si expedit, ad requisitionem tuam debeat expensas necessarias ministrare; tibi etiam expensas exhibeat pro te, tribus scuteriis et quatuor equis. tu vero de castro Ydronti et aliis reparandis inquisitionem fieri facias diligentem per iustitiarium regionis, utrum ad reparacionem eorum homines locorum vel contrate aliquatenus teneantur; et quos teneri comperis, ad hoc cogi facias, ut iura nostre curie non omittas; et in defectu<sup>a)</sup> hominum, videlicet cum non inveniuntur ad id teneri, ad pecuniam curie nostre recurras, ut ex ruina dampnum improvide non contingat.

<sup>a)</sup> collectori.<sup>b)</sup> defectum.II. RF f. 91<sup>o</sup> (olim 89<sup>o</sup>). — Carcani p. 380. Schulz IV 10 n. 23. Huillard-Bréholles V, 2 p. 853. BF n. 2923.

Item iudici Philippo de Aversa collectori in Apulia etc. Significavit excellentie nostre Guido de Guasto provisor castrorum in Apulia fidelis nostra, quod castra quedam iurisdictionis sue ac specialiter castrum

<sup>1)</sup> n. 1007.<sup>2)</sup> Seitenüberschrift im Register.<sup>3)</sup> Nicht erhalten.<sup>4)</sup> n. 11.

Ydronti in duabus eius turribus, que minantur ex continua maris percussione ruinam, domus etiam solatiorum nostrorum preter domos Capitinate reparacione indigent, quibus nisi subveniatur ad presens, magnum ex ruina periculum poterit provenire. cum igitur mandemus eidem<sup>1)</sup>, quod in omnibus locis, in quibus reparatio castrorum aliqua necessaria est, per iustitiosos regionum inquisitionem fieri faciat diligentem, et si per eam homines locorum vel contrate ad reparacionem teneri constiterit, ipsos ad hoc compellere non omittat, alioquin ad pecuniam curie nostre recurat: fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus pro predictis, ut expedit, reparandis, cum idem G(uido) a te duxerit requirendum, necessarias expensas de pecunia curie nostre, que est per manus tuas, debeas exhibere, ubi tamen tibi constiterit inquisitiones factas et per eas non constare, quod aliqui ad reparacionis servicium teneantur. ei vero expensas exhibeas iuxta assisam curie nostre pro se, tribus scuteriis et quatuor equis, hiis certis diebus, quibus morabitur in servitio sibi commisso ipsum exercens.

**1015.**

Brindisi 1280 November 19.

I. RA 1280 A n. 38 f. 13<sup>a</sup>. RA 1281 A n. 41 f. 65<sup>b</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1280 p. 32.

Nicolao de magistro Iohanne et Iacobo de Milito de Ydronto expensoribus operis portus Ydronti fidei-licium suis etc. Cum turrim dirutam existentem in Ydronto prope litus maris, que dicitur Acus, de novo refici nostra providerit celsitudo cum expensis nostre curie ad credenciam faciendis per manus vestras de pecunia curie nostre requirenda et recipienda a Patrichio de Chaus iusticiario Terre Ydronti, cui damus per nostras litteras<sup>2)</sup> in mandatis, quod incontinenti per magistros et alios probos et fideles viros expertos in talibus, se et vobis presentibus, extimacionem fieri faciat diligentem de opere dicte turris rebus et serviciiis necessariis pro eodem et pro quanta quantitate pecunie fieri poterit et compleri, factaque extimacione ipsa et assignato vobis uno de scriptis exinde faciendis, pecuniam oportunam pro opere ipso necnon magistros manipulos currus animalia et quelibet alia necessaria vobis absque defectu quolibet aministret: . . . precipimus, quatinus. . . dictum iusticiarium exinde requirentes una cum eo in facienda extimacione predicta personaliter intersitis et unum de scriptis exinde faciendis penes vos retineatis in vestro racionio producendum, requirentes et recipientes ab ipso iusticiario magistros manipulos currus animalia et alia necessaria in eo, quem expedire videritis, numero et pecuniam in necessaria quantitate, sicut successive opportunum fuerit et in eodem opere procedetur. super solucione autem magistrorum manipulorum et aliarum personarum statutum curie nostre et in faciendis quaternis ac ceteris aliis formam vobis per commissionis vestre litteras nostras datam efficaciter observetis.

quam turrim faciatis fieri in hunc modum per excellenciam nostram provisum: videlicet [1] quod turris ipsa fiat de illa largitudine grossitudine et qualitate, cuius prius extiterat. [2] item quod tota ipsa turris elevetur usque ad altitudinem partis eius, quo modo est, et supra ipsam altitudinem elevetur per cannas 2. [3] item quod fiant in ea 4 stagia seu solaria, quorum quodlibet<sup>a)</sup> distet ab alio per altitudinem cannarum 2; et in superiori stagio fiat terracia. [4] item quod in quolibet ipsorum stagiorum seu solariorum fiant fenestre 2, una ex parte maris et alia ex parte terre; et quelibet ipsarum fenestrarum sit altitudinis palmorum 2½ et amplitudinis palmi 1⅓.

expense autem per vos in eodem opere faciende extimacionem predictam, que fideliter et legaliter fiat, in aliquo non excedant, set infra subsistant, si fieri poterit bono modo; super quo studiosi et diligentes existatis, utilitatem nostram, quantumcumque plus poteritis, procurantes, ut vos inde possimus per effectum operis commendare; cauti existentes, quod extimacio ipsa bona sit et legalis, quia, si legalis non fuerit, totum id, in quo puram et meram veritatem excesserit, de proprio vestro et eorum, qui illam fecerint, exigi procul dubio faciemus. Dat. Brundusii die XIX. novembris.

<sup>a)</sup> quolibet in beiden Registern; im entsprechenden Schreiben n. II richtig: quodlibet.

II. RA 1281 B n. 42 f. 100<sup>b</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Ydronti). Entsprechendes Schreiben. Dat. Brundusii. . . 1280, XIX. novembris.

<sup>1)</sup> n. I.      <sup>2)</sup> n. II.

Basilicata.



## Castrum Acheroncie.

(Acerenza.)

1016.

Corato 1273 Dezember 6.

RA 1274 B n. 21 f. 145<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario (Basilicate). Cum nolimus, ut officiales curie nostre requirant ab aliquo ultra consueta iura et debita ab antico usu. *in forma de reparatione castrorum*. castrum Acheroncie reparari potest per homines Acheroncie, Genciani, casalis Aspri, Oppidi, Tulbie, Montis Pilosi, s. Clerici de Tulbia, Cancellarie, Potencie, Balii, Cantiani, Tricarici, Criptole, Salandre et Albani. . . . Dat. Caurati VI. decembris II. ind.

1017.

Brindisi 1274 März 5.

RA 1272 B n. 14 f. 234<sup>b</sup>. — Schulz IV 42 n. 103 (mit falscher Signatur). Auszug: Minieri, Regno 1274 p. 14.

Provisori castrorum Apulie. Quia Bertrando de Palma iusticiario Basilicate fideli nostro dedimus per nostras litteras expressius in mandatis, ut ad reparationem castrorum Melfie et Acherontie de mandato nostri culminis faciendam procedere debeat festinanter iuxta extimationem faciendam per te et iusticiarium supradictum et non secundum extimationem factam per te et suum in ipsius iusticiariatus officio precessorem de reparationibus eorundem, per illam videlicet viam et formam, que in mandato nostro directo eidem iusticiario propterea continetur, volentes, ut reparatio castrorum ipsorum celeriter compleatur, . . . precipimus, quatinus per te personaliter vel per aliquem statutum loco tui, si pro nostris forte maioribus servitiis fueris impeditus, de quo tamquam de te ipso confidas, extimationem reparationis predictorum castrorum expedias cum eodem vel facias expedire, illam formam et modum in eisdem reparationibus servaturus, que in mandato predicto iusticiario propterea destinato videris contineri; cautus existens, ne propter tardos processus<sup>a)</sup> tuos opus ipsum contingat in aliquo retardari, quia de toto dampno negligentia et defectu, quod exinde nostre curie eveniret, tuis humeris inheremus. Dat. Brundusii V. martii.

<sup>a)</sup> excessus.

1018.

Brindisi 1274 März 18.

RA 1274 B n. 21 f. 145<sup>a</sup>.

Eidem (iusticiario Basilicate). in forma prescripta<sup>1)</sup> hoc adito: et quia pro parte hominum Genciani . . . nostre fuit etc., quod tu in reparacione dicti castri ipsos agravas, ultra quam ipsorum suppetant facultates, . . . precipimus, quatinus iuxta formam prescripti mandati nostri ipsos conferre facias in reparacione predicta, ultra debitum et consuetum ipsos nullatenus agravando. Dat. Brundusii XVIII. marci II. ind.

1019.

S Gervasio 1274 Juni 4.

RA 1273 A n. 18 f. 251<sup>a</sup>.

Eidem (iusticiario Basilicate). Pro parte Americi de Tricarico et iudicis Iacobi de Potencia. . . fuit nobis expositum, quod, cum statuti sint receptores et expensores pecunie pro reparacione castri nostri Acheroncie, videlicet idem Americus per barones iurisdicciois tue, quorum terre ad reparacionem ipsam tenentur, . . . et dictus iudex pro parte terrarum demanii nostri, que deputantur ad reparacionem eandem. . . . universitates et barones ipsi non statuerunt eis aliquas expensas, cum quibus in ipso servicio commorentur: . . . precipimus, quatinus. . . per universitates et barones predictos. . . predictis statutis eorum. . . expensas. . . facias exhiberi. Dat. apud s. Gervasium IIII. iunii II. ind.

<sup>1)</sup> n. 1016.

## 1020.

Lagopsole 1274 September 23.

RA 1274 B n. 21 f. 296<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario (Basilicate). [1] Noverit fidelitas tua, quod lator presencium nuncius tuus assignavit magistris racionalibus etc. instrumentum unum publicum iudicis notarii et testium Ageroncie, continens transcriptam formam mandati<sup>1)</sup> nostri tibi directi de extimacione facienda de reparacione castri Ageroncie, qualiter... est... extimatum, quod castrum ipsum reparari poterat pro unc. aur. 173... [2] assignavit etiam aliud instrumentum publicum iudicis et notarii et testium Melfie, continens similiter transcriptam formam mandati nostri tibi directi de extimacione facienda de reparacione castri Melfie et qualiter... extimatum est, quod reparacio castri Melfie reparari poterat pro unc. aur. 49 tar. 26 gr. 5... de quorum assignacione instrumentorum tibi presentes mittimus responsales... Dat. apud Lacumpensulem XXIII. septembris III. ind.

## 1021.

Brindisi 1277 April 13.

Siehe n. 177 I.

## 1022.

Venosa 1277 Juni 5.

RA 1276/77 A n. 27 f. 101<sup>a</sup>.

Eidem (iusticiario Basilicate). Exposuit nobis Guido de Foresta... cui custodia castri nostri Ageroncie... est commissa, quod Bertherandus de Balma<sup>a)</sup> precessor tuus in officio iusticiariatus... cui... inunctum extitit<sup>2)</sup>, ut ipsum castrum... faceret<sup>b)</sup> reparari per universitates terrarum et locorum, que ad ipsius castri reparacionem tenentur, ... facta extimacione... summam pecunie, ad quam extimacio reparacionis ipsius ascendit, distribuisset inter huiusmodi terras et loca... et statuti fuissent super faciendis expensis reparacionis eiusdem castri iudex Iacobus de Comestabulo de Potencia electus per universitates terrarum demanii nostri et Americus de Tricarico electus per universitates terrarum baronum... ac dictus precessor tuus recollecterit et recolligi fecerit per eosdem expensores a certis ex universitatibus ipsis quandam quantitatem pecunie... de qua castrum ipsum pro maiori parte reparatum est, universitates subscrip-tarum terrarum, que ad reparacionem ipsam tenentur, de quantitate distributa in terris ipsis per eundem precessorem tuum de summa extimacionis predicte satisfacere denegaverunt et denegant et sic reparacio ipsius castri totaliter compleri non potuit nec potest, nisi per universitates easdem de ipsa pecunia satisfiat: ... mandamus, quatinus... universitates easdem... compellas ad solvendum totam quantitatem pecunie, quam... inveneris non solvisse, et eam<sup>c)</sup> predictis expensoribus... mandes... et apud eosdem expensores instes... ut eam partem castri, que reparata non est, totaliter et celeriter faciat reparari. nomina vero terrarum et locorum, que huiusmodi pecuniam solvere debere dicuntur, sunt hec, videlicet: Salandria, Bric-tola<sup>3)</sup>, Potencia, Agerontia, Tricarium et s. Clericus de Turbia. Dat. Venusii die V. iunii V. ind.

a) Balina.

b) facere.

c) ea.

## 1023.

Melfi 1277 September 20.

RA 1276 B n. 26 f. 199<sup>b</sup>.

Eidem (iusticiario Basilicate). Cum nolimus, quod officiales curie usw. in forma de reparacionibus. Nomina vero terrarum et locorum sunt hec, videlicet: castrum Acheronchie reparari potest per homines Acheronchie, Gençione, casalis Aspri, Oppidi, Tulbie, Montis Pilosi, s. Clerici de Tulbia, Cancellarii, Potencie, Balii, Cantiani, Tricarici, Criptole, Salandrie et Albani. Dat. Melfie XX. septembris VI. ind.

## 1024.

bei Capua 1278 März 24.

RA n. 78 D n. 32 f. 193<sup>a</sup>.

Provisori castrorum Basilicate et Capitinate. Poncio de Blancoforti iusticiario Basilicate... referente, didicimus, quod, cum ipse per excellencie nostre litteras habuerit in mandatis<sup>4)</sup>, ut una tecum ac aliis probis viris ad castrum Acheronchie deberet personaliter se conferre et oculata fide inspicere... in quibus partibus castrum ipsum indigeat reparari, et que necessaria sunt in reparacione ipsius, ac pro quanta pecunie quantitate fieri posset eadem reparatio singulis oportunitis, ad executionem ipsius mandati nostri procedere non potest propter absentiam tuam... et, quod est deterius, sicut scribit, cum fueris per eum sepius requisitus, sibi responsales aliquas non misisti; cumque satis videaris notabilis in hac parte, quod requisitus ad partes

1) n. 1017.

2) n. 1016.

3) So statt Criptola.

4) n. 1023.

illas accedere noluisti pro predicti expeditione negotii . . . te non modicum duximus arguendum, . . . mandantes, quatinus incontinenti ad predictas partes accedas. . . . Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam die XXIII. marcii VI. ind.

**1025.**

bei Capua 1278 März 25.

RA 1276 B n. 26 f. 207<sup>a</sup>.

Eidem (iusticiario Basillate). *Mitteilung entsprechend n. 1024.* Dat. (apud turrim s. Herasmi)<sup>a</sup> XXV. martii.

<sup>a</sup>) fehlt im Reg.**1026.**

Lagopesele 1278 Juli 29.

I. RA 1278 D n. 32 f. 259<sup>b</sup>.

Baiulo Potentie. . . . precipimus, quatinus iudici Iacobo de Potentia. . . . precipias, ut cum rationibus suis omnibus . . . de pecunia per eum expensa pro reparatione castri nostri Acheroncie de quantitate pecunie percepta per eum a Bertrando de Balma olim iusticiario Basillate . . . pro reparatione castri predicti necnon et cum toto residuo. . . . de ipsa pecunie quantitate usque per totum IV. diem. . . . augusti coram magistris rationalibus etc. debeat personaliter comparere. . . . Dat. apud Lacumpensulem XXIX. iulii.

II. Similis facta est magistro iurato Tricarici. . . . de citando Americo de Tricarico expensori pecunie pro reparatione castri Acheroncie ad ponendam rationem de ipsa pecunia expensa. Dat. ut supra.

**1027.**

bei Capua 1279 März 5.

RA 1278/79 H n. 33 f. 144<sup>b</sup>.

Eidem (iusticiario Basillate). Cum Aliducam comestabulum Acheroncie. . . . magistrum araciaram nostrarum P(o)llicerii<sup>1</sup>) . . . duxerimus deputandum, . . . mandamus, quatinus ipsum<sup>a</sup>) ab officio reparacionis castri nostri Acheroncie, quod sibi. . . . commisisti, debeas ammovere et alium loco sui debeas ordinare, faciens tibi vel illi, quem ad hoc statueris, de pecunia, quam eidem pro reparatione dicti castri forte exhibuisti, si aliqua quantitas forsitan remanserit penes eum et in opere dicti castri expensa non fuerit, responderi et satisfieri. . . . Dat. apud turrim s. Herasmi die V. marcii.

<sup>a</sup>) fehlt Reg.**1028.**

Melfi 1279 Juli 13.

RA 1277 F n. 28 f. 197<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 150<sup>b</sup>.

Eidem iusticiario (Basillate) etc. . . . precipimus, quatinus incontinenti fieri facias in castro nostro Acheroncie foveas 10, quamlibet videlicet earum capacitatis salmarum 100, bonas et utiles pro victualibus conservandis in illo loco ipsius castri, in quibus utilius et melius pro meliori conservacione victualium fuerint faciende, cum iustis necessariis et moderatis expensis, de quacumque pecunia curie nostre et etiam presentis generalis subvencionis, que est vel erit per manus tuas, proinde faciendis; apodixam ydoneam de expensis huiusmodi, quas proinde feceris, recepturus; et significaturus per litteras tuas nobis et magistris racionalibus etc., quid et quantum pro ipsis duxeris expendum. Dat. Melfie XIII. iulii.

**1029.**

Brindisi 1279 November 22.

RA 1279 A n. 34 f. 180<sup>b</sup>. Das Blatt ist am inneren Rande oben verletzt.

Eidem (iusticiario Basillate) etc. Sciat fidelitas tua, quod magistri racionales magne curie nostre receperunt die XX. . . .<sup>1</sup>) mensis septembris huius VIII. ind. apud Melfiam tuas litteras missas nobis et eisdem magistris racionalibus, continentes, te recepisse mandatum<sup>2</sup>) sub certa forma tibi transmissum, quod fieri faceres in castro nostro Accherontie foveas 10. . . . ; set diligenter in testimonio p[ublico]<sup>1</sup>) inspectis et consideratis locis ipsis per te cum consilio magistrorum ac aliorum proborum virorum expertorum in talibus, provisum extitit pro meliori et maiori utilitate curie, quod ante castrum ipsum iuxta menia ipsius castri fieri poterant fovee 3 tantum meliores et utiliores pro ipsis victualibus reponendis capacitatis salmarum 1000 et non predictae fovee 10, super quibus conditionem nostre curie faciens meliorem pluries in

<sup>a</sup>) Lücke durch Verletzung des Blattes. mit n. 1038.<sup>1</sup>) Lücke durch Verletzung des Blattes. Die Ergänzung ist gesichert durch Vergleich<sup>1</sup>) Policoro. <sup>2</sup>) n. 1028.

terra ipsa Accherontie et aliis terris convicinis fecisti subastatione premissa opus ipsarum fovearum exponi in extaleum concedendum. et cum facta subastatione ipsa et aliis sollempnitatibus observatis, que consueverunt et debent in talibus observari, nullus comparuerit, qui foveas ipsas<sup>c)</sup> pro minori quantitate unc. aur. 16 facere voluerit, pro eo quod, sicut scripsisti, loca ipsa sunt lapidosa et aspera ad fodendum, concessisti certis magistris pro ipsa quantitate unc. 16 tamquam pro minori quantitate facientibus dictum opus: de qua intimatione presentes tibi mittuntur nostre celsitudinis responsales, ita quod, si melius et utilius pro curia nostra fuerit fieri predictas foveas 3, quam predictas foveas 10, excellentie nostre placet; questione tamen tibi tui ratiocinii tempore reservata, quod de hiis docere legitime tenearis et quod utilitatem et conditionem curie nostre in eo, quod debuieris iuxta predicti mandati nostri tenorem, feceris meliorem, ita quod in hoc lesa non fuerit nec in aliquo circumventa, de quo totaliter tibi incumbimus, et defectum in hoc per te commissum aut, quicquid ultra quam debuieris pro faciendis foveis ipsis exolveris, restituere et compensare de tuo proprio tenearis, ut exinde conservemur indemnes et autoritate presentium responsalium nullum nostre curie preiudicium generetur. Dat. Brundusii XXII. novembris.

<sup>c)</sup> ipsa.

1030.

Lucera 1281 Februar 14.

RA 1281 B n. 42 f. 74<sup>b</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1281 p. 5.

Eidem (iusticiario Basilicate). . . precipimus, quatinus ad castrum Ageroncie te personaliter conferens, adhibitis tibi magistris muratoribus et aliis probis viris, inspicias scias et videas ecclesiam archiepiscopatus Agerontini, que est intus in fortellicia dicti castri, et quante longitudinis anplitudinis et altitudinis ecclesia ipsa est, et visis et scitis omnibus supradictis, descendas ad civitatem Ageroncie extra predictam fortelliciam, et proviso et electo per te et archiepiscopum ipsius terre aliquo loco in civitate predicta, in quo alia ecclesia eiusdem longitudinis anplitudinis et altitudinis edificari et construi de novo valeat, una cum magistris muratoribus et aliis probis viris expertis in talibus, diligenter et fideliter excutias et examines, pro quanta quantitate pecunie dicta ecclesia construenda extra predictam fortelliciam de novo construi et edificari possit. et quicquid de premissis per te factum fuerit, per litteras tuas celsitudini nostre sub tuo sigillo studeas seriatim et fideliter intimare; magistris quoque rationalibus per litteras tuas significes omnia et singula supradicta. Dat. apud Luceriam Sarracenorum XIII. februarii VIII. ind.

## Castrum s. Felicis.

(San Fele.)

1031.

Neapel 1270 April 19.

RA 1271 C n. 11 f. 11<sup>b</sup>. — Schulz IV 23 n. 67. Fortunato, S. Maria di Vitalba (Trani 1898) p. 61 n. 15. Fortunato, Il castello di Lagopesole (Trani 1902) p. 106 not. 2. Sthamer, Die Verwaltung der Kastelle S. 115. Minieri, Alcuni fatti p. 112.

Iusticiario Basilicate. Schreiben in forma de reparacione castrorum für das castrum s. Felicis. ad reparacionem dicti castri tenentur: s. Felix, Rapanum, Casale s.<sup>a</sup>) Thome de Rubo et s. Sophia. Dat. Neapoli XIX. aprilis XIII. ind.

<sup>a</sup>) dicti.

## Palacium s. Gervasii.

(Palazzo S. Gervasio.)

1032.

Neapel 1280 Mai 24.

RA 1279/80 A n. 36 f. 29<sup>a</sup>.

Iusticiario Basilicate. Quia intelleximus, quod palacium nostrum s. Gervasii in quibusdam locis indiget reparari et, nisi reparetur in brevi, posset ex eo incomodum evenire, . . . precipimus, quatinus, usu. in forma de reparacionibus, palacium ipsum. . . facias reparari. . . et cum in brevi gressus nostros ad palacium ipsum. . . dirigere intendamus, sic reparacionem eandem acceleres, quod in eodem adventu nostro possimus ibi habiliter et comode hospitari. . . Dat. Neapoli XXIII. maii.



## Castrum Lacuspensis.

(Lagopsole.)

1033.

Foggia 1269 April 16.

I. RA 1269 B n. 4 f. 67<sup>b</sup>.

Scriptum est eidem iusticiario (Basilicate), ut Goffrido conestabulo Melfie unc. aur. 60 . . . pro reparandis domibus castrum Lacuspensis . . . debeat assignare . . . et vult et mandat dominus rex, ut eidem conestabulo magistros et manipulos necessarios pro eodem opere ad requisitionem suam de terris eidem castro vicinioribus exhibere debeat sub competenti mercede ipsis per eundem conestabulum exhibenda iuxta mandatum nostrum etc. Dat. Fogie XVI. aprilis XII. ind.

II. RA 1269 B n. 4 f. 67<sup>b</sup>. — Schulz IV 20 n. 53 (unter falschem Datum).

Scriptum est eidem Goffrido conestabulo Melfie, ut tecta domorum castrum huiusmodi faceret reparari; adhibitis secum iudice ac notario uno de Potentia et aliis magistris fabricatoribus et aliis probis viris expertis in talibus per eum requirendis, presente etiam Nicholao castellano eiusdem castrum, una cum eis ad castrum ipsum se personaliter conferat et facta per eos diligenti et legali extimatione de omnibus et singulis, que in eidem terris reparanda fuerint, et de quantitate pecunie, que pro reparatione huiusmodi videbitur oportuna, tecta ipsa cooperiri et reparari faciat diligenter. et mandat propter hoc dominus rex iusticiario Basilicate<sup>1)</sup>, sibi 60 unc. assignare, et quod omnibus expensis et aliis huiusmodi Nicholaus castellanus eiusdem castrum presentialiter intersit et etiam solutioni ipsarum, et quod factis super hoc quaternis duobus consimilibus, uno videlicet per eum et alio per castellanum etc., in forma etc. et concedit etiam sibi dominus rex pro se et scutero uno et equis duobus iuxta assisiam curie de predicta pecunia debeat [. . .]<sup>2)</sup>. Dat. Fogie XVI. aprilis XII. ind.

<sup>1)</sup> Unlesbar durch Abschabung des Blattes.

1034.

vor Lucera 1269 Mai 29.

RA 1269 B n. 4 f. 167<sup>b</sup>.

Iudici Goffrido de Melfia. . . mandamus, quatinus de pecunia curie nostre tibi exhibita de mandato<sup>3)</sup> nostro pro iusticiarium Basilicate pro reparandis tectis domorum castrum nostri Lacuspensis domos marestalle nostre terre Lacuspensis reparatione, qua indigent, facias reparari. . . Dat. in obsidione Lucerie XXVIII. madii XII. ind.

1035.

Tarent 1270 Dezember 30.

I. RA 1268 O n. 2 f. 58<sup>b</sup>. — Fortunato p. 150 n. 2. Auszug: Minieri, Regno 1277 p. 7 (unter falschem Jahr und Datum).

Eodem (penultimo) eiusdem (decembris) ibidem (Tarenti). Iusticiario et erario Basilicate<sup>4)</sup>. Exponente nobis castellano regii castrum Lacuspensis nuper accepimus, quod domus castrum eiusdem reparatione plurimum indigent quoad tecta. cum igitur de fide et legalitate iudicis Francisci de Grusa de Melfia plenarie confidentes, sibi . . . iniungamus, ut . . . ad idem castrum se personaliter conferens . . . architectis ad hoc ydoneis et fidedignis adhibitis, . . . ea faciat reparari: vobis etc., quatinus . . . pecuniam necessariam pro reparatione predictorum tectorum . . . exhibere curetis. . .

II. Eodem ibidem. Iudicii Francisco de Grusa de Melfia. Exponente nobis etc. usque in finem verbis competenter mutatis.

1036.

Andria 1271<sup>4)</sup> Februar 9.Nuovi volumi di RA vol. I fol. 47<sup>a</sup>.

Eodem ibidem (VIII. februarii Andrie). Scriptum est iusticiario Basilicate<sup>5)</sup> sub pena 50 unc. aur., quod totam quantitatem pecunie, quam pro reparatione regii palatii Lacuspensis iudici Francisco de Melfia per alias nostras litteras<sup>6)</sup> exhiberi mandavimus, sine difficultate qualibet exhibere procuret iuxta predic-

<sup>1)</sup> n. I.      <sup>2)</sup> n. 1033 I.<sup>3)</sup> Aussteller sind Herzog Hugo von Burgund und der Erzbischof von Arles als Generalvikare.<sup>4)</sup> Über das Jahr, dem dieses Dokument angehört, vgl. Sthamer, Archiv Karls I. S. II (QI) XI S. 1111.<sup>5)</sup> Aussteller sind Herzog<sup>6)</sup> n. 1035 I.

tarum continentiam litterarum. nos enim dampnum, quod ex defectu exhibitionis huiusmodi circa hoc regia curia sustinebit, tibi volumus imputari.

**1037.**

Neapel 1275 November 16.

RA 1275 B n. 23 f. 45<sup>a</sup> bis 46<sup>a</sup>.

Thomasio de Tancredo. Receptis... capitalis tuis... taliter respondemus:... [1] item per aliud capitulum intimasti, quod ad mandatum nostrum... compleri fecisti murum palatii castri nostri Lacuspensilis inceptum dudum ex parte cappelle ipsius castri necnon cohoperiri tectum eiusdem palatii et alias domos dicti castri ac reparari in partibus ipsis fontem dictum de imperatore cum palmento tam de unc. aur. 40 assignatis propterea... per Symonem de Bonis provisorem castrorum nostrorum Aprucii quam de... pecunia subtractorum, que erat per manus tuas, pro eo, quod pro omnibus expensis operum ipsorum predictae 40 unc. sufficientes non fuerant... ad quod respondemus, quod, si... expense extimatione operis fideliter factam non excedunt, ... expensas... acceptari volumus... [2] continebant insuper dicta capitula, quod olim ad requisicionem Guilielmi de Sectays iusticiarii Capitinate exhibuisti... Bisancio de Trano et Thomasio de Baro tunc prepositis et expensoribus operis fortellicie predicti castri Lucerie pro annona animalium carrochiarum tunc deputatarum in ipso opere olim in anno II. ind. nuper elapse ordei salmas 90... : cuius ordei exhibicionem... similiter acceptamus... Dat. ut supra (ibidem (Neapoli) XVI. novembris).

**1038.**

bei Capua 1277 März 12.

RA 1276/77 A n. 27 f. 95<sup>b</sup>. — Fortunato p. 160 n. 7. Auszug: Minieri, Regno 1277 p. 10.

Iusticiario Basilicate etc. Quia intelleximus, quod tecta domorum castri nostri Lacuspensilis recohoperiri indigent, et benepaciti nostri est, quod aqua, que olim duci et derivari consuevit in pede eiusdem castri, ibidem duci et derivari debeat, ut ex derivatione huiusmodi in loco ipso solito, in quo coadunari consuevit, pro usu hospicii nostri et equitaturarum curie nostre aqua ad sufficientiam habeatur, ... precipimus, quatinus, facta diligenti et sollempni extimatione per magistris et alios viros fideles et ydoneos expertos in talibus in testimonio publico sciente et presente castellano eiusdem castri, pro quanta quantitate pecunie tecta ipsa recohoperiri et aqua predicta ad predictum locum in pede videlicet ipsius castri duci et derivari poterunt, factisque de extimatione ipsa tribus scriptis publicis consimilibus, continentibus formam presentium, nomina et cognomina extimatorum et quantitatem pecunie, pro qua tecta ipsa recohoperiri poterunt, et quantitatem etiam pecunie, pro qua aqua ipsa ad predictum locum duci et derivari poterit; quorum uno tibi retento alio eidem castellano dimisso tertium magistris rationalibus magne curie nostre sine mora transmittas, tecta ipsa in hiis, in quibus reparari indigent, presente et sciente castellano predicto decenter et bene recohoperiri facias sine mora, nichilominus aquam predictam, sicut extitit hactenus consuetum, per aqueductus, per quos derivabatur hactenus, duci et derivari facias usque ad pedem dicti castri, ad locum videlicet, in quo coadunari consuevit, ut superius est expressum, ut pro usu hospitii nostri et equitaturarum curie nostre ibi aqua sufficiens habeatur, de quacumque fiscali pecunia et in defectu alterius pecunie curie de pecunia presentis generalis subventionis in tua iurisdictione imposita, que est etc.; non obstante etc.; ita tamen, quod omnes expense, que fient pro recohoperiendis tectis predictis et derivanda et ducenda aqua ipsa ad locum predictum, fiant presente et sciente castellano predicto et nichil inde conscientiam suam lateat. et de expensis ipsis omnibus, sicut fient de die in diem, fiant duo quaterni consimiles, continentes quantitatem pecunie, que soluta fuerit quibuscumque, nomina recipientium et pro quibus rebus et servitiis et diem et locum solutionis particulariter et distincte; unus videlicet per te vel statuendum loco tui, de quo tanquam de te ipso confidas, cum non sibi set tibi exinde initamur, sigillandus sigillo dicti castellani et alius per eundem castellanum sigillandus tuo, ut<sup>4</sup>) tue rationis tempore de utroque quaterno debita collatio fieri possit. nichilominus de omnibus, que pro predictis solveris, recipias ad tui cautelam ydoneas apodixas per te in tuo ratiocinio producendas; cautus existens, quod tam in extimatione predicta quam in expensis, que fient pro predictis tectis recohoperiendis et ducenda et derivanda aqua predicta, curiam nostram circumveniri vel decipi in aliquo non contingat. et si forte non habeantur tot conducti plumbei, per quos aqua ipsa duci valeat usque ad pedem ipsius castri, ducatur et derivetur usque ad locum illum, ubi huiusmodi conducti plumbei deficiunt, et etiam inantea, quantumcumque aqua, per planitiem usque ad summitatem ipsius castri, et ibi coadunetur, ut ad opus hospitii nostri et eorum curie nostre, ut dictum est, aqua sufficiens habeatur. Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam die XII. marcii V. ind.

<sup>4</sup>) in.

## 1039.

Venosa 1277 Mai 17.

RA 1276/77 A n. 27 f. 99<sup>a</sup>. — Fortunato p. 162 n. 8.

Eidem (iusticiario Basilicate). . . precipimus, quatinus statim. . . , facta. . . sollempni extimatione de hiis, que in domibus marestalle equitaturarum nostrarum et illustris regine Sicilie carissime consortis nostre sitis apud Lacumpensilem tam in muris et presepiis quam in tecto necessaria reparatione reparanda sunt, et pro quanta quantitate pecunie reparari poterunt et domus ipse cohoperiri, opus huiusmodi concedendum fore per te ad extaleum pro parte nostre curie facias subastari in Melfia, Venusio et aliis locis famosis vicinis et, si apparuerint aliqui, qui domus easdem necessaria reparatione et cohoptura ad extaleum velint reparari facere et cohoperiri, . . . opus ipsum eis . . . concedas. . . ; et instes ac instari facias apud predictos extallerios, quod opus ipsum decenter et bene infra terminum ad hoc prefigendum. . . fieri faciant et compleri. . . si vero non apparuerint aliqui, qui opus velint ipsum ad extaleum fieri facere, . . . domus ipsas . . . reparare et copirri facias sine mora, ita quod omnes expense. . . fiant presente et sciente Stephano de Aurelianis vallecto marestalle nostre, quem ad hoc propterea destinamus. . . et utrum opus ipsum ad extaleum concedatur vel quod fiat per te vel statuendum loco tui cum expensis curie nostre, super reparatione et copertura ipsarum domorum procedas et procedi facias iuxta provisionem et designationem dicti Stephani. . . Dat. Venusii XVII. madii V. ind.

## 1040.

Venosa 1277 Mai 27.

RA 1276/77 A n. 27 f. 100<sup>b</sup>. — Fortunato p. 165 n. 9.

Eidem (iusticiario Basilicate) etc. . . precipimus, quatinus statim. . . , facta prius diligenti extimatione, . . . pro quanta quantitate pecunie fieri poterit furnus unus habilis ad coquendum panem pro ore nostro et domus una habilis pro faciendo pane ipso, iuxta provisionem Petri et Colini de Furno panecteriorum et familiarium nostrorum vel alterius ipsorum, quem ad te propterea destinamus, . . . domum ipsam cum furno ad extaleum, si fuerint aliqui, qui domum et fornum ipsos velint ad extaleum fieri facere pro illa quantitate pecunie, pro qua extimabuntur fieri posse, vel pro minori, quod solum in Melfia et in Venusio facias subastare, quod si ad extaleum concedi non potuerit, cum expensis curie nostre de quacumque pecunia officii tui. . . extra castrum nostrum Lacuspensilis in loco, quem panecterii ipsi vel alter ipsorum aptum et ydoneum ad hoc providerint, construi fieri et compleri facias sine mora. . . Dat. Venusii XXVII. madii V. ind.

## 1041.

S. Gervasio 1277 Juni 28.

RA 1276/77 A n. 27 f. 102<sup>b</sup>. — Fortunato p. 167 n. 10.

Eidem (iusticiario Basilicate) etc. Sciat fidelitas tua, quod lator presentium nuncius tuus assignavit pro parte tua magistris racionalibus etc. die Veneris XXV. presentis mensis iunii apud s. Gervasium scripta duo publica, particulariter continentia unum videlicet extimationem factam ad mandatum<sup>1)</sup> nostrum de hiis, que in domibus marestalle equitaturarum nostrarum et illustris regine Sicilie carissime consortis nostre sitis apud Lacumpensilem tam in muris et presepiis quam in tecto necessaria reparatione reparanda erant, et pro quanta quantitate pecunie poterunt reparari et compleri, et<sup>a)</sup> subastationem ipsius operis ad extaleum concedendi factam<sup>b)</sup> in eadem terra Lacuspensilis te presente ibidem et presentibus etiam in extimatione ipsa una tecum mag. Stephano de Aurelianis ipsius marestalle nostre vallecto ad hoc per nos ordinato et quibusdam magistris carpentariis et fabricatoribus Melfie Venusii et Potentie ad terram ipsam propterea evocatis, ut extimationi predictae personaliter interessent, ac etiam extimationem eiusdem operis factam in Potentia per eundem mag. Stephanum, sicut ipsius scripti series declarabat, que extimatio totius pecunie necessarie pro expensis dicti operis est in summa secundum tenorem dicti scripti particularibus expensis proinde necessariis in unum collectis: unc. aur. 37 tar. 15 et gr. 10; alterum vero scriptum continens extimationem<sup>2)</sup> factam de quantitate pecunie, pro qua fieri poterit furnus unus habilis ad coquendum panem pro ore nostro et domus una habilis pro faciendo pane ipso iuxta provisionem Petri et Colini de Furno panecteriorum et familiarium nostrorum vel alterius ipsorum, quos ad te propterea misimus, ut in eadem extimatione ipsi ambo vel alter eorum presencialiter interessent, in eadem terra Lacuspensilis per certos magistros muratores et carpentarios predictarum terrarum expertos in talibus ad terram ipsam propterea evocatos per iudicem Franciscum de Venusio commissarium tuum ad hoc statutum iuxta provisionem et extimationem dicti Colini de Furno, iudice ipso commissario tuo propterea presente ibidem, que quidem

a) ad.      b) facta.

1) n. 1039.      2) Gemäß n. 1038.

extimacio predictarum domus et furni ascendit ad summam unc. aur. 17, sicut in scripto ipso particulariter continetur. assignavit etiam idem nuncius tuus litteras tuas continentes, quod, cum factis predictis extimacionibus nulli extallerii comparuerint, qui vellent ad extaleum predictas domos marestalle reparare in hiis, que reparatione necessaria indigebant, pro predictis unc. aur. 37 tar. 15 et gr. 10, nec predictam domum cum furno ad extaleum concedendam, tu, ne perfectio ipsorum operum in dampnum nostre curie retardaretur, in reparandis domibus predictis marestalle tam in muris et presepiis quam in tecto cohoptura et super reparatione et cohoptura ipsarum domorum cum expensis curie nostre procedi facias iuxta provisionem et designationem supradicti Stephani de Aurelianis marestalle nostre vallecti propterea destinati, et predictam domum et furnum, secundum quod predicta extimatio continet, extra predictum castrum nostrum Lacuspensilis in loco, quem predictus Colinus ad hoc providit ydoneum, cum expensis curie nostre faciendis de pecunia presentis generalis subvencionis terris tue iurisdictionis impositae fieri iuxta tenorem mandatorum nostrorum tibi proinde directorum in defectu extalleriorum non conparentium, qui opus ipsum vellent facere ad extaleum, ut est dictum. de quorum scriptorum et litterarum receptione presentes tibi mittimus nostre maiestatis litteras responsales, . . . mandantes, quod, si predicta extimatio diligenter fideliter et provide facta est, ita quod in ea quoquomodo curia nostra lesa non sit, nec apparuerunt, ut supra dictum est, extallerii aliqui volentes facere ad extaleum opera supradicta, tu in defectu extalleriorum ipsorum predicta omnia iuxta tenorem mandatorum nostrorum tibi proinde directorum, fieri facias cum expensis curie nostre iustis moderatis necessariis et utilibus in ipsis operibus faciendis de predicta pecunia vel alia qualibet, que undecumque est et erit per manus tuas, diligenter fideliter et sollicite, ut in hiis curiam nostram sub aliquo involucro fraudari vel decipi non contingat, cum tibi exinde totaliter incumbamus; propter quod sic caveas et attendas, quod predicta extimatio diligenter et fideliter facta sit, et expense predictae sic fideliter et diligenter fiant, ut in nullo curia nostra super hiis fraudari et circumveniri possit et nulla tibi redargutionis vel negligencie aut circumventionis nota exinde possit impingi. Dat. apud s. Gervasium XXVIII. iunii V. ind.

## 1042.

Melfi 1278 September 26.

RA 1277 F n. 28 f. 185<sup>b</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 139<sup>b</sup>. — Fortunato p. 182 n. 15. Auszug: Minieri, Regno 1278 p. 57.

Eidem (iusticiario Basilicate). Cum in massaria nostra Caride existente prope Lacumpensilem preter furnum, qui est in ea, furnum alium de novo provideamus faciendum, ut, nobis apud Lacumpensilem feliciter existentibus, panis in eo ad opus nostri hospicii dequoquatur, . . . precipimus, quatinus . . . furnum unum in domibus ipsius massarie fieri facias in ea altitudine magnitudine et capacitate, quod per furnum ipsum die quolibet dequoqui possint inter duas vices in pane facto frumenti salme 6, videlicet qualibet vice salme 3. . . et si furnus ipse in domibus ipsius massarie fieri non potest, fieri facias . . . ibidem aliquam domum competentem, in quo furnus predictus comode fieri posset. Dat. Melfie XXVI. septembris.

## 1043.

bei Capua 1279 April 19.

RA 1277 F n. 28 f. 194<sup>b</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 147<sup>b</sup>. — Schulz IV 64 n. 162 (unter falschem Jahre). Fortunato p. 185 n. 17. Auszug: Minieri, Regno 1279 p. 10. Cerone, in Arch. stor. Nap., N.S. III 8 not. 1 (unter falschem Jahre).

Eidem iusticiario (Basilicate) etc. Quia intelleximus nuper, quod domus palatii nostri Lacuspensilis indigent reparari, et beneplaciti nostri est, quod reparatione necessaria reparentur instanter, . . . precipimus, quatinus statim . . . ad palacium ipsum te conferas et domos ipsius in hiis, in quibus indigent, bene et decenter reparari et aqueductus etiam, per quos aqua derivatur ad fontem existentem penes ipsum palacium, parari et aptari de lapidibus vivis incisus, ita quod destrui vel devastari non possint, facias sine mora. . . super cuius negotii expedicione celeri et instanti eam diligenciam adhibeas et adhiberi facias et statuas, quod predictae domus reparate<sup>a</sup>), aqueductus parati et aptati sint bene et studiosae ad tardius per totum mensem madii proximo venientem, ita quod in adventu nostro illuc, qui erit in proximo duce Deo, hec omnia inveniamus parata aptata et reparata decenter et in domibus ipsis possimus comode et habiliter hospitari tuque inde nostre celsitudini comendandus occurras. molendinum etiam et furnum, que ibidem dudum per te fieri iussimus<sup>1</sup>), si nondum facta et completa sunt, quod bono modo non credimus, fieri et compleri facias celeriter et instanter de pecunia supradicta iuxta nostrarum continenciam litterarum tibi exinde directarum, ita quod in predicto termino infallibiliter sint completa; cautus existens, quod predicta extimacio legalis sit

<sup>a</sup>) in Reg. 33 irrig: reparatione.

<sup>1</sup>) n. 1042. Vgl. n. 1044.

et fidelis, quia, si legalis non fuerit, eam non acceptabimus et totum id, in quo ipsa<sup>1)</sup> puram et meram veritatem excesserit, de tuo et illorum proprio, qui ipsam fecerint, exigi faciemus iuxta statutum<sup>1)</sup> in hiis per curiam nostram factum. Dat. apud turrin s. Herasmi XVIII. aprilis.

<sup>b)</sup> ipsam.

## 1044.

Neapel 1279 April 30.

RA 1277 F n. 28 f. 195<sup>a</sup>. RA 1278 79 H n. 33 f. 148<sup>b</sup>. — Schulz IV 79 n. 208. Fortunato p. 187 n. 18.

Eidem (iusticiario Basilicate). Benigne recepimus litteras tuas... et... quia significasti per eas, quod inter alia, que continebantur in quodam mandato<sup>2)</sup> nostro tibi directo de reparandis domibus palacii nostri Lacuspensilis, mandabatur tibi, ut molendinum et furnum, que ibidem per te fieri iniunximus, si nondum facta fuissent et completa, fieri et compleri facias celeriter et instanter... ita quod in certo termino... infallibiliter essent completa, et tu, asserens recepisse per nostras litteras<sup>3)</sup> in mandatis de faciendo fieri uno furno tantum in massaria Carite et non de faciendo seu construendo al quo molendino, petisti, rescribi tibi per nos, utrum ad alicuius molendinorum reparationem, que in Lacuspensili et pertinentiis eius sunt, utrum ad constructionem alicuius molendini de novo faciendi procederes: tibi duximus taliter respondendum, quod placet nobis et volumus, quod, si in molendinis, que sunt in Lacuspensili et pertinentiis eius, machinari poterant die quolibet frumenti salme 6 et aliqua reparacione indigent, ipsa incontinenti... facias... reparari; si vero... non sufficerent ad molendum predictam quantitatem 6 salmarum frumenti, fieri facias de novo... in predicta massaria Carite unum vel duo molendina... ita quod... predictae salme frumenti 6 possint... machinari;... taliter super constructione furni et reparandis molendinis et de novo faciendis... procedas, quod in adventu nostro, qui erit in proximo... ipsa inveniamus reparata et totaliter percompleta. Dat. Neapoli die ultimo aprilis etc.

## 1045.

Belvedere 1279 Mai 13.

RA 1277 F n. 28 f. 231<sup>b</sup>. — Schulz IV 80 n. 211. Fortunato p. 189 n. 19.

Eidem (Fulconi de Roccafolia iusticiario Terre Bari) etc. Sciat fidelitas tua, quod nuncius tuus lator presencium assignavit excellencie nostre pro parte tua die VII. presentis mensis madii huius VII. ind. apud turrin s. Herasmi prope Capuam quaternum sub sigillo tuo permissum continentem extimacionem reparacionis domorum palacii nostri Lacuspensilis necnon et reparacionem aqueductuum, per quos aqua derivatur ad fontem existentem secus palacium ipsum, faciendam de lapidibus vivis incisus factam per te, ut scripsisti, ad mandatum<sup>4)</sup> nostrum proinde tibi missum: super quo tibi taliter respondemus, quod domos ipsas omnibus et singulis, in quibus necessario et utiliter indigent, instanter facias reparari cum iustis necessariis et moderatis expensis faciendis de quacumque pecunia curie nostre et in ipsius defectu de pecunia presentis generalis subvencionis iurisdictioni tue impositae, que est vel erit per manus tuas, iuxta tenorem mandati nostri proinde tibi missi, ut possimus in eis, cum ad palacium ipsum feliciter Deo duce venimus, habiliter hospitari. ipsum vero aqueductum non de lapidibus vivis incisus seu fabricis murorum, pro eo quod omnes expense in hiis faciente ad superfluum quantitatem iuxta estimationem reparacionis ipsius per te missam accendunt, reparari volumus et aptari, set aqueductum ipsum expurgari et mundari facias sablone et aliis immundiciis et sordibus in eo existentibus, ut aqua libere ad fontem ipsam decurrat, prout melius et cum minoribus expensis id fieri poterit, ut in hoc expensis ipsis superfluis non gravemur. Dat. apud Bellumvidere die XIII. madii.

## 1046.

Melfi 1279 Iuli 10.

RA 1277 F n. 28 f. 196<sup>a</sup>. RA 1278 79 H n. 33 f. 150<sup>c</sup>. — Fortunato p. 190 n. 20.

Iusticiario Basilicate. Quia intelleximus, quod domus marestalle nostre et marestalle regine... in Lacuspensili indigent reparari, ... precipimus, quatinus... domos ipsas... facias... reparari, ita quod in adventu nostro illuc, qui erit in brevi... illas inveniamus totaliter reparatas... et si aliqua lignamina vel alia de domibus ipsis extracta fuerint, de quibus diligenter inquiras, et omnia, per quoscumque detineantur, nisi forte in aliis fuerint operibus nostris immissa, ad domos ipsas reportari facias et in eis converti, sicut fuerit oportunitas. Dat. Melfie die X. iulii.

<sup>1)</sup> Trifone p. 62 n. 48.

<sup>2)</sup> n. 1043.

<sup>3)</sup> n. 1042.

<sup>4)</sup> n. 1043.

1047.

*RA 1277 F n. 28 f. 199<sup>b</sup>. — Fortunato p. 191 n. 21.**Lagopsole 1279 August 24.*

Eidem iusticiario (Basilicate). . . mandamus, quatinus vegetes omnes curie nostre, que sunt in castro nostro Lacuspensilis reparacione indigentes. . . facias. . . reparari. . . Dat. apud Lacumpensilem die XXIII. augusti.

## Castrum Lavelli.

(Lavello.)

1048.

*RA 1278/79 H n. 33 f. 147<sup>a</sup>.**bei Capua 1279 März 27.*

Eidem iusticiario (Basilicate). Lecta in auditorio culminis nostri nobilis viri Galerami de Yvriaco senescalli familiaris et fidelis nostri peticio continebat, quod, cum opus suum castri de Lavello mag. Gualterio maczonerio de Melfia in extaleum concessisset, dictus magister, qui iam fere ad duas partes ipsius operis processerat, post recessum eiusdem senescalli in Achayam ab eodem opere ammotus et operi castri nostri Melfie per te extitit deputatus, sic quod opus eiusdem senescalli remanet imperfectum: . . . mandamus, quatinus. . . prefatum magistrum ad opus senescalli remittere debeas memoratum, ita tamen, quod ad alia opera non vegetur et quod, perfectio ipsius senescalli opere, ad opus predicti castri Melfie revertatur. Dat. apud turrin s. Herasmi XXVII. madii.

## Castrum Melfie.

(Melfi.)

1049.

*RA 1269 B n. 4 f. 66<sup>a</sup>.**S. Lorenzo bei Foggia 1269 März 4.*

Iusticiario Basilicate. . . mandamus, quatinus Iohanni de Tullo carpenterio nostro quantitatem pecunie oportunam pro opere, quod in castro nostro Melfie ad presens per eum fieri mandamus, . . . exhibeas. . . Dat. in domibus pantani iuxta Fogiam IIII. marcii XII. ind.

1050.

*RA 1269 B n. 4 f. 66<sup>a</sup>.**Foggia 1269 März 17.*

Eidem iusticiario (Basilicate). Scripsimus<sup>1)</sup> tibi nuper, ut mag. Iohanni carpenterio . . . pecuniam necessariam pro opere castri Melfie exhiberes; set, sicut mirantes accepimus, tu non nisi 10. unc. ei exhibere curasti. quare . . . mandamus, quatinus. . . alias 30 unc. aur. . . eidem magistro. . . studeas exhibere. . . Dat. Fogie XVII. marcii XII. ind.

1051.

*RA 1269 B n. 4 f. 36<sup>a</sup>. — Schulz IV 17 n. 44.**vor Lucera 1269 April 29.*

Eidem iusticiario (Basilicate). Volumus. . . quatinus . . . ad requisicionem mag. Iohannis carpenterii nostri 20 unc. aur. . . pro perficiendis domibus castri nostri Melfie. . . exhibere procures. . . Dat. in obsidione Lucerie XXVIII. aprilis XII. ind.

1052.

*RA 1269 D n. 6 f. 91<sup>a</sup>. — Auszug: Minieri. Alcuni fatti p. 73.**Melfi 1269 September 29.*

Iusticiariis Capitate et Basilicate. Cum velimus nostrum castrum Melfie, quod in multis reparacione indiget, reparari, fidelitati vestre etc., quatinus quilibet vestrum eligat duas personas de iurisdictione vestra ydoneas et fideles ac duos alios magistros peritos in talibus, quos ad castrum ipsum mittatis extimaturos<sup>a)</sup>

<sup>a)</sup> extimaturos.<sup>1)</sup> n. 1049.

fideliter et diligenter, pro quanto valeat reparari. et habita extimatione ipsorum illam quantitatem pecunie, que secundum extimationem huiusmodi ad reparationem dicti castri sufficiat, faciatis per homines iurisdictionum vestrarum, qui hec consueverunt et tenentur facere, exhiberi<sup>b)</sup> et persolvi predictis personis et magistris per vos electis, qui<sup>c)</sup> de consilio castellani predicti<sup>d)</sup> huiusmodi reparationi intendant et prosequantur opus, quousque fuerit consummatum. Dat. Melfie XXVIII. septembris XIII. ind.

<sup>b)</sup> hierauf im Reg.: procure. <sup>c)</sup> que. <sup>d)</sup> für das Wort predicti fehlt die Beziehung; vielleicht könnte man danach ergänzen: castri.

**1053.**

Melfi 1271 September 13.

RA 1272 B n. 14 f. 92<sup>b</sup> bis 93<sup>a</sup>. — Auszug: Schulz IV 37 n. 83. Minieri, Regno 1271/72 p. 37.

Iusticiario Basilicate. Quia intellexit excellencia nostra, quod castrum nostrum Melfie usv. in forma de reparacione. nomina vero terrarum, que ad reparationem dicti castri tenentur, sunt hec: videlicet Melfia, Monticulum, casale s. Andree et Venusium. Dat. Melfie XIII. septembris XV. ind.

**1054.**

Trani 1272 April 14.

RA 1272 E n. 16 f. 31<sup>b</sup>.

Iudici Francisco de Melfia preposito super reparatione castri Melfie<sup>1)</sup>. Pro parte hominum Rapolle... fuit nobis conquerendo monstratum, quod, cum ipsi non teneantur ad reparationem castri Melfie, tu... ad reparationem eandem... compellis eosdem... cumque visis quaternis curie per magistris rationales magne regie curie non inveniatur, quod homines... Rapolle ad reparationem castri predicti in aliquo teneantur, set ad reparationem domorum curie in Cisterna, devotioni tue... mandamus, quatinus predictos homines Rapolle occasione reparationis castri Melfie aliquatenus non compellas... Dat. Trani XIII. aprilis XV. ind.

**1055.**

Brindisi 1274 März 5.

Siehe n. 1017.

**1056.**

Lagopesole 1274 September 23.

Siehe n. 1020.

**1057.**

Lagopesole 1277 Juli 18.

RA 1276/77 A n. 27 f. 103<sup>b</sup>.

Eidem (iusticiario Basilicate): In forma de reparacione castrorum. Nomina...: Melfia, Monticulum, casale s. Andree et Venusium. Dat. apud Lacumpensilem die XVIII. iulii.

**1058.**

Lagopesole 1277 August 4.

RA 1276/77 A n. 27 f. 105<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario (Basilicate) etc. Placet excellencie nostre, ut super extimacione reparacionis castri Melfie per te una cum provisore castrorum Apulie et mag. Iohanne de Tullo magistro carpenterio ac aliis personis iuxta tenorem aliarum nostrarum litterarum<sup>2)</sup> tibi propterea directarum fideliter facienda mag. Petrus de Angicurt loco predicti mag. Iohannis de Tullo, qui extimacioni huiusmodi quadam, ut dicitur, infirmitate gravatus interesse non potest, una tecum et aliis personis in eodem priori mandato nostro contentis intersit. quapropter... mandamus, quatinus ad faciendam fieri extimacionem predictam predicto mag. Petro de Angicurt evocato in loco supradicti mag. Iohannis admissio iuxta predictarum priorum nostrarum continenciam litterarum efficaciter fideliter et diligenter intendas. Dat. apud Lacumpensilem IIII. augusti V. ind.

**1059.**

Troja 1277 November 3.

I. RA 1276 B n. 26 f. 201<sup>a</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1277 p. 53.

Eidem (iusticiario Basilicate) etc. Quia iudex Franciscus de Melfia fidelis noster convenit cum curia nostra fieri et compleri facere ad extaleum in castro nostro Melfie palacium, quod, ac turres et muros, quas et quos in eodem castro fieri de novo providimus, secundum ordinationem nostram, et secundum quod mag. Riccardus de Fogia, quem loco prothomagistri in eodem opere volumus continue interesse, qui super hoc

<sup>1)</sup> Aussteller ist Karolus princeps Salernitanus als Vicarius generalis. <sup>2)</sup> n. 1057.

est voluntatis nostre per nostram excellentiam informatus, duxerit providendum, ad certam rationem et formam inter eum et curiam nostram conventam et habitam, et pro opere ipso magistri scappatores muratores manipuli<sup>a)</sup> et somerii<sup>b)</sup> cum ductoribus eorum pro ducendis lapidibus calce arena aqua et aliis necessariis pro eodem opere necessariis<sup>c)</sup> reputentur: . . . precipimus, quatinus eidem iudici Francisco de terris iurisdictionis tue scappatores lapidum 8, magistros muratores 30, ac manipulos in numero, quem idem mag. Riccardus providerit, sub mercede, quam alii magistri scappatores muratores ac manipuli in nostris operibus laborantes recipiunt, quam idem iudex Franciscus eis solverit, sine defectu quolibet largiaris; exhibiturus eidem tam de Melfia quam de terris vicinioribus secundum qualitatem locorum ipsorum somerios 50 cum bandis funibus et hominibus necessariis ad ducendum eosdem pro deferendis lapidibus calce arena aqua et aliis pro eodem opere oportunis sub loerio competenti, solvendo illis, qui erunt de terris vicinis Melfie, et illis de Melfia ad rationem de gr. aur. 10. . . inter somerium et ductorem ipsius per diem, solvendis eis pro iudicem Franciscum predictum. Dat. Troye die III. novembris.

a) manipulos.

b) somerios.

c) fehlt Reg.

II. RA 1276 B n. 26 f. 93<sup>a</sup>.

Eidem (iusticiario Aprucii) etc. . . . precipimus, quatinus statim . . . magistros scappatores 4 de terris iurisdictionis tue ad iudicem Franciscum de Melfia . . . pro scappandis lapidibus pro operibus, que in castro nostro Melfie de novo fieri providimus, ad predictam terram Melfie . . . studeas destinare. ipse enim iudex Franciscus solvet eis mercedem competentem, quousque in servicio ipso erunt. Dat. Troye die III. novembris VI. ind.

1060.

Siehe n. 210 § 3.

Casalbore 1277 November 4.

1061.

I. RA 1276 B n. 26 f. 155<sup>b</sup>; inseriert ebendort f. 157<sup>b</sup>. (unter n. 1072 und n. 1073).

Eidem (iusticiario Principatus) . . . precipimus, quatinus . . . precipias ex parte nostra Leoni Acconçaioco de Ravello . . . , ut . . . mittat ad castrum nostrum Melfie trabes et alia lignamina pro opere, quod de novo fit de mandato nostro in eodem castro, illius longitudinis amplitudinis grossitudinis et mensure, quibus lignamina ipsa esse providit mag. Iohannes de Tullio ingenierius. . . . et quia volumus ei prefigere terminum peremptorium, infra quem lignamina ipsa assignet in castro ipso Melfie, volumus, ut mandes ei . . . , ut lignamina ipsa usque per totum mensem marcii . . . faciat deportari, assignanda iudici Francisco de Melfia extallerio et mag. Riccardo de Fogia preposito operis dicti castri, ponenda et construenda in dicto palacio iuxta provisionem et designationem mag. Iohannis de Tullo predicti. Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam die XXIII. februarii VI. ind.

bei Capua 1278 Februar 24.

II. RA 1278 D n. 31 f. 155<sup>b</sup>.

Mag. Iohanni de Tullo ingeniero familiari et fideli suo. *Entsprechendes Schreiben*. Dat. apud turrim s. Herasmi XXIII. februarii VI. ind.

1062.

Siehe n. 230 § 5.

bei Capua 1278 Februar 25.

1063.

RA 1278 D n. 31 f. 159<sup>b</sup>.

Leoni Acconçaioco. *Schreiben gemäß n. 1061 I*. Dat. ut supra (apud turrim s. Herasmi XXVI. februarii).

bei Capua 1278 Februar 26.

1064.

RA 1278 D n. 31 f. 159<sup>b</sup>.

Iudici Francisco de Melfia extallerio operis, quod fit de novo in castro Melfie etc. [1] Volentes, quod fabricae murorum, que fiunt per te in opere castri Melfie, quod fit de novo de mandato nostro, bone sint et fortes et in eis nullus defectus existat, . . . precipimus, quatinus in fabricis ipsis murorum tertiam partem calcis non extinte et duas partes arene poni facias, cum, si ponerentur tertia pars calcis extinte et due par-

bei Capua 1278 Februar 26.



tes arene, sicut ponebantur hactenus, muri ipsi non fortes et boni, immo minus boni et debiles viderentur. et fenestras, que fient in palacio, fieri facias de opere plano cum columpnellis. [2] . . . precipimus, ut cuilibet magistrorum muratorum seu scappatorum gr. aur. 15, cuilibet manipulo gr. aur. 6, et pro quolibet somerio cum ductore ipsius gr. aur. 10 per diem . . . pro tempore, quo in servicio ipsius castri fuerint, scientibus videntibus et presentibus castellano eiusdem castri et mag. Riccardo de Fogia prothomagistro ipsius operis, pro mercede eorum sine defectu et difficultate qualibet debeas exhibere. Dat. ibidem (apud turrim s. Herasmi prope Capuam) ut supra (XXVI. februarii).

**1065.**

bei Capua 1278 Februar 27.

I. RA 1276 B n. 26 f. 203<sup>b</sup>.

Eidem (iusticiario Basilicate) etc. Mandavimus<sup>1)</sup> olim tibi, quod iudici Francisco de Melfia extallerio operis palatii et turrium, quod et quas de novo in castro nostro Melfie fieri mandavimus, magistros scappatores 8 muratores 30 et manipulos in numero, quem mag. Riccardus de Fogia prothomagister eiusdem operis providerit, ac somerios 50 cum ductoribus eorum de terris iurisdictionis tue sub mercede solvenda eis per eundem iudicem Franciscum sine defectu quolibet exhiberes. verum quia eodem iudice Francisco referente intelleximus, quod huiusmodi magistros manipulos et somerios cum eorum ductoribus usque ad predictum numerum habere non potuit, propter quod in opere efficaciter non proceditur iuxta nostre<sup>a)</sup> beneplacitum voluntatis, mirantes inde non modicum, . . . precipimus, quatinus magistros manipulos et somerios ipsos cum ductoribus eorum, sicut superius dictum est, de terris iurisdictionis tue iuxta prioris mandati nostri tenorem sine difficultate qualibet eidem extallerio debeas exhibere; quibus omnibus de mercede eorum pro tempore, quo in servicio ipso fuerint, per eundem iudicem Franciscum, ad rationem videlicet de gr. 15 pro quolibet magistro muratore seu scappatore et gr. 6 pro quolibet manipulo et de gr. 10 pro quolibet somerio cum ductore suo per diem . . . , presentibus in solutione ipsorum castellano castri nostri Melfie et mag. Riccardo predicto<sup>2)</sup>, quod inde fraudari non possint, mandamus et volumus integre satisfieri. Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam die XXVII. februarii.

<sup>a)</sup> nostrum.

II. RA 1278 D n. 31 f. 159<sup>ab</sup>.

Bernardo de Lucinago militi castellano castri Melfie et mag. Riccardo de Fogia prothomagistro operis, quod de novo fit in eodem castro. *Schreiben gemäß n. I.* Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam XXVII. februarii.

**1066.**

bei Capua 1278 Februar 27.

RA 1276 B n. 26 f. 179<sup>a</sup>. — *Auszug: Miniieri, Regno 1278 p. 9.*

Eidem (iusticiario Capitate). Cum mag. Riccardum de Fogia prothomagistrum operis, quod de novo in castro nostro Melfie . . . (fit), . . . duxerimus statuendum, . . . mandamus, quatinus eundem mag. Riccardum, donec in servicio ipso . . . fuerit, immunem a generalibus subventionibus et exactionibus aliis in Fogia serves. . . . Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam die XXVII. februarii VI. ind.

**1067.**

bei Capua 1278 März 1.

RA 1268 A n. 1 f. 119<sup>b</sup>. RA 1276 B n. 26 f. 203<sup>b</sup>. — *Auszug: Miniieri, Regno 1278 p. 10.*

Poncio de Blancoforte militi iusticiario Basilicate etc. Quia exposuit nobis iudex Franciscus de Melfia extallerius operis murorum palatii turrium et cortine, quod fit de novo de mandato nostro Melfie . . . , quod unc. aur. 80, quas sibi pro opere ipso per Guilielmum de Setais olim iusticiarium Capitate . . . fecimus exhiberi, in eodem opere sunt expense, et supplicavit, quod pro expensis eiusdem operis, ut in eodem opere continue et efficaciter procedatur, mandarem sibi pecuniam exhiberi, nolentes, quod occasione pecunie in opere ipso aliquis defectus existat: . . . mandamus, quatinus eidem iudici Francisco pecuniam necessariam pro expensis ipsius operis de quacunque fiscali pecunia, que est vel erit per manus tuas, et in defectu alterius pecunie curie de pecunia presentis generalis subventionis in tua iurisdictione imposita in tanta videlicet quantitate simul, de quanta tibi vice qualibet sufficientes et idoneos fideiussores dare poterit, quod pecuniam ipsam totam, quam receperit, integre in opere ipso convertat et nichil inde sibi retineat nec pro propriis negociis suis expendat, computandam sibi in summa pecunie, que eidem pro extalleo ipso debetur

<sup>1)</sup> n. 1059 I.

<sup>2)</sup> n. 11.

secundum convenciones et pacta de extaleo ipso inter curiam nostram et eum habita, debeas exhibere; recepturus de hiis, que dederis, idoneam apodixam; facto nichilominus de fideiussione huiusmodi, quam ab eo predicto modo vice qualibet receperis, scripto publico continente formam presentium, nomina et cognomina fideiussorum, quos ab eo receperis, quantitatem peccunie, quam eidem dederis, ac tenorem et formam fideiussionis ipsius per te in tuo racionio producendo. ipse enim debet habere pro qualibet canna murorum, quos fieri et compleri fecerit, altitudinis et longitudinis tar. aur. 28. propter quod diligenter consideres, quod summa peccunie, quam sibi dederis, computatis predictis unc. aur. 80, quas recepit a predicto Guilielmo de Setais, non excedat quantitatem peccunie contingentem eum pro muris omnibus, quos in opere ipso fieri fecerit ad predictam racionem de tar. aur. 28 pro qualibet canna murorum ipsorum in longitudine et altitudine, ut superius dictum est. Dat. apud turrin s. Herasmi prope Capuam anno Domini 1278, die I. marci VI. ind.

**1068.***bei Capua 1278 März 1.**RA 1268 A n. 1 f. 119<sup>a</sup>. RA 1276 B n. 26 f. 203<sup>b</sup>. — Schulz IV 58 n. 142.*

Eidem (iusticiario Basilicate) etc. Cum mag. Riccardum de Fogia prothomagistrum operis, quod de novo fit in castro Melfie de mandato nostro, ab illo videlicet tempore, quo cepit in eodem opere laborari, usque ad nostrum beneplacitum celsitudo nostra statuerit, . . . mandamus, quatinus eidem magistro expensas ipsas sibi per curiam nostram statutas, ad racionem videlicet de tar. aur. 1 . . . per diem, pro diebus, quibus constiterit tibi eum in predicto opere hactenus et eciam decetero extitisse, sine defectu quolibet debeas exhibere. volumus insuper et tibi precipimus, quod pro diebus laboratoriiis tam preteriti temporis quam futuri, quibus in predicto opere hactenus potuit et decetero potuerit laborari et ob defectum iudicis Francisci de Melfia extallerii eiusdem operis hactenus laboratum non extitit et decetero non laboratur, eidem mag. Riccardo expensas ad racionem predictam per eundem iudicem Franciscum de suo proprio facias exhiberi, ipsum ad hoc cohercione qua expedit compulsurus, ut eundem mag. Riccardum ob defectum et negligentiam dicti iudicis Francisci pro huiusmodi diebus laboratoriiis, quibus in predicto opere laboratum non fuit nec fuerit, non contingat expensis propriis laborare. predictas vero expensas exhibendas sibi per te pro parte curie nostre modo predicto de pecunia residuorum tibi ad recolligendum commissorum et de quacumque alia fiscali pecunia, que est etc., preter quam de pecunia presentis generalis subvencionis tue<sup>a)</sup> iurisdicioni<sup>b)</sup> imposite te eidem volumus exhibere et exinde ad tui cautelam recipere apodixam. Dat. ut supra (apud turrin s. Herasmi prope Capuam I. marci VI. ind.).

<sup>a)</sup> terre.<sup>b)</sup> iurisdicionis.**1069.***bei Capua 1278 März 4.**Siehe n. 232.***1070.***bei Capua 1278 März 9.**Siehe n. 588.***1071.***bei Capua 1278 März 10.**RA 1268 A n. 1 f. 119<sup>a</sup> bis 120<sup>a</sup>. RA 1276 B n. 26 f. 204<sup>a</sup>. — Schulz IV 60 n. 148.*

Eidem (iusticiario Basilicate). Cum in opere carpentarie seu lignaminum, quod fit de mandato nostro in castro Melfie et castro Bari, iuxta provisionem et ordinacionem mag. Riccardi de Barbaria procedi velimus, . . . mandamus, quatinus super expensis faciendis in eodem opere carpenterie in castro Melfie aliquem virum sufficientem ydoneum et fidelem. . . debeas ordinare, cui pro expensis eiusdem operis. . . oportunam et necessariam tantum pecuniam debeas exhibere. . . et quia nolumus in eodem opere carpenterie, quod fit in dicto castro Melfie, aliquem intervenire defectum, . . . mandamus, ut magistros 6 carpenterios, qui in eodem opere. . . debeant laborare, quibus expensas ad racionem de gr. aur. 15 per diem. . . , necnon et predicto mag. Riccardo expensas sibi per curiam nostram statutas, ad racionem videlicet de tar. 1 . . . per diem, pro illo tempore, quo in eundo morando et redeundo pro predictis operibus moram trahet, certificatus per litteras iusticiarii Terre Bari de tempore, quo dictus mag. Riccardus in opere carpenterie, quod fit in castro Bari, morabitur, per predictum ordinatum tuum . . . facias exhiberi. . . Dat. ibidem (apud turrin s. Herasmi) X. marci VI. ind.

<sup>1)</sup> *Im Reg. n. 26 irrig: februarii. Das Itinerar des Königs und die Stellung der Eintragung im Register lassen keinen Zweifel zu.*

## 1072.

Inscrit in RA 1276 B n. 26 f. 157<sup>b</sup> (unten n. 1073).

[1278 zwischen März 15 und April 6.]

Magnificis viris magistris racionalibus magne regie curie etc. Herbertus de Aureliano miles regius iusticiarius Principatus et Terre Beneventane etc. A maiestate regia sacras recepi litteras in hac forma: *es folgt n. 1061 I.* quod mandatum cupiens cum debita devotione complere, die XV. mensis martii presentis VI. ind. iniungi feci ex parte regia predicto Leoni Acconçaioco. . . , ut incontinenti mittat ad predictum castrum regium Melfie trabes et alia lignamina oportuna *usu. mutatis mutandis wie n. 1061 I.* supplicans, ut de receptione publicum ad mei cautelam dignetur dominatio vestra fieri et remitti michi litteras responsales.

## 1073.

bei Capua 1278 April 6.

RA 1276 B n. 26 f. 157<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario (Principatus). Noverit fidelitas vestra, quod lator presencium nuncius tuus assignavit magistris racionalibus. . . litteras tuas continentie infrascripte: *es folgt n. 1072 und darin inseriert n. 1061 I.* de quarum litterarum assignatione et significato per eas predictis magistris racionalibus presentes tibi maiestatis nostre remittuntur littere responsales. Dat. apud turrim die VI. aprilis.

## 1074.

bei Capua 1278 April 8.

I. RA 1278 D n. 32 f. 197<sup>b</sup>.

Mag. Riccardo de Fogia etc. Quia loco tui, qui eras prothomagister in opere castri Melfie, pro eo, quod opus taluti fossati fortellicie castri nostri Lucerie nuper ad extalium a nostra curia recepisti, mag. Bançolinum de Elegio. . . in predicto opere castri Melfie usque ad nostrum beneplacitum duximus deputandum, dato ei per nostras litteras<sup>1)</sup> in mandatis, ut una cum iudice Francisco de Melfia extallerio ipsius operis in opere ipso tam in faciendis turribus muris salis fenestris privatis ciminedis quam aliis necessariis in dicto castro procedat et procedi faciat iuxta provisionem et designationem tuam et mag. Petri de Angicurt, . . . precipimus, quatinus statim. . . tam tu quam predictus mag. Petrus eundem Bançolinum de predictis omnibus et aliis ad opus dicti castri Melfie spectantibus ad plenum instruere et informare curetis et incontinenti, ut secundum informationem vestram per eum in eodem opere procedatur, occasione tarde informationis vestre opus ipsum nullum defectum recipiat nec in aliquo retardetur. et facta informatione huiusmodi, tu ad predictum opus predicti taluti sine mora qualibet revertaris. et ut idem mag. Bançolinus possit per te et predictum mag. Petrum ad oculum de predictis omnibus informari, volumus, quod tu et predictus mag. Petrus personaliter accedatis ad predictum castrum Melfie et provideatis et designetis, qualiter in singulis operibus ipsius castri fuerit procedendum. et tu cum eodem mag. Petro significetis nobis incontinenti, ad quid et quantum in opere ipsius castri usque modo processum est, et qualiter ad presens proceditur in eodem secundum designationem et ordinationem nostram. Dat. apud turrim VIII. aprilis.

II. RA 1278 D n. 32 f. 198<sup>a</sup>.

Magistro Bançolino<sup>2)</sup> de Legio etc. . . mandamus, quatinus statim. . . ad predictum castrum Melfie te personaliter conferas et cum iudice Francisco de Melfia extallerio ipsius operis in opere ipsius castri procedas et procedi facias tam in faciendis turribus muris salis fenestris privatis ciminedis quam aliis necessariis in dicto castro secundum provisionem et designationem mag. Petri de Angicurt et predicti mag. Riccardi de Fogia, qui sunt exinde de opere ipso per nostram excellenciam informati *usu. gemäß n. I.* scribimus enim iusticiario Basilicate<sup>2)</sup>, ut pro tempore, quo in dicto opere castri Melfie fueris, tibi expensas ad rationem de tar. aur. I per diem debeat<sup>1)</sup> exhibere. Dat. apud turrim VIII. aprilis.

<sup>1)</sup> Bançolio.    <sup>2)</sup> debet.

III. RA 1268 A n. 1 f. 121<sup>b</sup>. RA 1276 B n. 26 f. 207<sup>b</sup>.

Iusticiario Basilicate etc. *Gemäß n. I und II.* Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam die VIII. aprilis VI. ind.

## 1075.

bei Capua 1278 April 9.

I. RA 1278 D n. 32 f. 197<sup>a</sup>.

Mag. Petro de Angicuria etc. . . precipimus, quatinus. . . tam tu quam predictus mag. Riccardo apud Melfiam personaliter accedatis et eundem mag. Bançolinum de predictis omnibus et aliis ad opus dicti

<sup>1)</sup> n. II.    <sup>2)</sup> n. III.

castrum Melfie spectantibus ad plenum informetis et instruatis ad oculum, ita quod omnia sint sibi clara et lucida. et ipso de predictis omnibus sic plenarie informato, conferas te ad predictum castrum Lucerie ad videndum opus salutis, quod fit ibi<sup>a)</sup> de celsitudinis nostre mandato, et videas, si talutum ipsum bene laboratur et fit secundum mandatum et ordinationem nostram, et discurras per alia opera, que fiunt in partibus Apulie de mandato nostro, sicut tibi per alias nostras litteras est commissum. et significes sepe sepius celsitudini nostre, qualiter proceditur in operibus supradictis. Dat. apud turrim IX. aprilis.

<sup>a)</sup> tibi.

II. RA 1278 D n. 32 f. 197<sup>b)</sup>.

Iudici Francisco de Melfia extallerio operis castrum Melfie fideli etc. Quia . . . in eodem opere castrum Melfie mag. Banzolinum, qui olim fuit in opere Bellovidere, usque ad nostrum beneplacitum duximus deputandum, . . . mandamus, quatinus una cum eodem mag. Bançolino in opere ipsius castrum Melfie procedatis et procedi etiam faciatis iuxta provisionem et designationem Petri de Angicurt et predicti mag. Riccardi de Fogia . . . super quo quidem opere ipsius castrum Melfie studiose et bene ac celeriter faciendū et complendo una cum eodem mag. Banzolino sic studiosi et solliciti existatis, quod proinde possitis in conspectu nostro probabiliter commendari. et omnia facias cum eodem mag. Banzolino et noticia et presentia ipsius, sicut facere debebas cum mag. Riccardo predicto. Dat. apud turrim die IX. aprilis.

1076.

bei Capua 1278 April 22.

RA 1268 A n. 1 f. 149<sup>b)</sup>. RA 1277 F n. 28 f. 22<sup>a)</sup>. — Schulz IV 79 n. 206 (unter falschem Jahre). Auszug: Minieri, Regno 1278 p. 22 (unter falschem Datum).

Secreto Apulie etc. Iudex Franciscus de Melfia . . . extallerius operis, quod fit de novo in castro Melfie, nostro culmini supplicavit, ut ferrum necessarium pro faciendis virgis apponendis in fenestris palatii nostri, quod fit in Melfia, exhiberi sibi per nostras litteras mandarem: quare . . . mandamus, quatinus iuxta provisionem et ordinationem mag. Petri de Andecurch<sup>a)</sup>, qui providere debet de quantitate ferri necessaria pro faciendis virgis predictis in palacio supradicto, postquam<sup>b)</sup> per eundem mag. Petrum fueris informatus de quantitate ferri necessaria pro opere supradicto, tu ad requisicionem predicti iudicis Francisci de Melfia sibi vel nuncio suo pro eo quantitatem ipsius ferri exhibeas vel facias exhiberi de ferro curie nostre, si quod est per manus tuas, et in defectu de ferro emptio, quod per te emi volumus de pecunia secretie predictie; recepturus de hiis, que dederis vel dari feceris, ad tui cautelam ydoneam apodixam. et si forte predictus mag. Petrus aliquam tarditatem commiserit ad informandum et certificandum te de necessaria quantitate ferri predicti, ut opus ipsum celeriter compleatur, presencium autoritate requiras eundem, ut quantitatē ferri necessariam pro ipsis virgis in fenestris ipsius palatii faciendis tibi notificet et declaret; et ferrum ipsum eidem iudici Francisco iuxta declarationem et informationem eiusdem mag. Petri assignes vel facias assignari iudici Francisco predicto vel suo nuncio pro eodem. Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam mense aprilis, XXII. eiusdem, VI. ind.

<sup>a)</sup> so Reg. <sup>b)</sup> preterquam; vgl. n. 1081 § 1.

1077.

bei Capua 1278 April 22.

RA 1276 B n. 26 f. 105<sup>a)</sup>.

Eidem (iusticiario Aprucii). Quia iudex Franciscus de Melfia . . . extallerius operis, quod fit de novo in castro Melfie, . . . nostro culmini declaravit, quod tu, cui . . . fuit iniunctum<sup>1)</sup> de mittendis scappatoribus sufficientibus ad castrum Melfie ad scindendum lapides oportunos pro opere dicti castrum . . . , nondum scappatores eosdem ad eum apud Melfiam mittere procurasti et propter scappatorum ipsorum inopiam opus ipsum differtur et penitus retardatur: . . . iterato mandamus . . . , quatinus scappatores predictos . . . mittere studeas . . . . Dat. apud turrim die XXII. aprilis.

1078.

bei Capua 1278 April 22.

RA 1276 B n. 26 f. 208<sup>a)</sup>.

Eidem (iusticiario Basilicate). Iudex Franciscus de Melfia . . . nostro culmini supplicavit, ut tibi . . . mandarem, ut quantitatē manipulorum, sumeriorum et magistrorum, quam sibi pro opere palatii turrium et cortine predicti castrum Melfie . . . tribuisti, non deberes in aliquo molestare . . . , trahendo eos ad

<sup>1)</sup> n. 1059 II.

alia quecumque servicia, set... iniungeres eisdem... , ut in predictis operibus debeant continue... laborare. quare... mandamus, quatinus omnes magistros et manipulos et totam etiam quantitatem someriorum... ad alia... servicia trahere non debeas... exhibeas etiam predicto iudici Francisco ad requisitionem ipsius auxilium consilium et favorem, ut in eodem opere continue procedatur. Dat. apud turrim die XXII. aprilis.

1079.

bei Capua 1278 April 24.

RA 1276 B n. 26 f. 223<sup>a</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Bari). . . precipimus, quatinus . . . precipias . . . iudici Bisancio de Vigiliis magistro salis in Apulia... , ut... emat... et mittat ad castrum nostrum Melfie trabes et alia lignamina oportuna pro opere, quod de novo fit de mandato nostro in eodem castro, illius longitudinis amplitudinis grossitudinis et mensure, quibus lignamina ipsa esse providerit mag. Iohannes de Tullo ingenierius *usc.* *wie n. 1061 I.* Dat. apud turrim die XXIII. aprilis.

1080.

bei Capua 1278 April 24.

RA 1276 B n. 26 f. 223<sup>a</sup>.

Similes<sup>1)</sup> iusticiario Basilicate pro opere castri Melfie. Dat. ut supra (apud turrim die XXIII. aprilis)

1081.

bei Capua 1278 April 25.

RA 1278 D n. 32 f. 205<sup>b</sup> bis 206<sup>a</sup>

Iudici Francisco de Malfia<sup>a)</sup> extallerio operis, quod fit de novo in castro Malfie<sup>a)</sup> etc. [1] Quia per litteras tuas et capitula culmini nostro missa humiliter supplicasti, ut per nostras litteras mandarem, ferrum tibi pro faciendis virgis<sup>b)</sup> apponendis in fenestris palatii nostri, quod fit in Melfia, exhiberi: ecce quod per litteras<sup>2)</sup> nostras iniungimus secreto Apulie... , ut iuxta provisionem et ordinationem mag. Petri de Angicurve et ad requisitionem tuam ferrum tibi vel nuncio tuo necessarium ad hoc exhibeat vel faciat exhiberi. tu igitur presencium auctoritate requiras predictum mag. Petrum, ut provideat et ordinet de quantitate ferri necessaria pro faciendis virgis predictis et de crossitudine et longitudine earundem et te super hoc instruat et informet. et deinde idem mag. Petrus significet eidem secreto quantitatem necessariam ad hoc, ut idem secretus instructus per eundem mag. Petrum de quantitate necessaria ferri predicti ad requisitionem tuam ferrum predictum exhibeat vel faciat exhibere. cuius ferri quantitatem iuxta provisionem et ordinationem predicti mag. Petri, quam habueris ab eodem, requiras instanter a secreto predicto, ut ferrum ipsum tibi vel nuncio tuo assignet. et postquam ferrum ipsum habueris, facias exinde fieri virgas predictas et de illa crossitudine et longitudine, sicut te predictus mag. Petrus de Angicurve informabit. [2] super alio capitulo, quo similiter supplicasti, ut de aliquo protomagistro moraturo tecum in opere nostro tui extallii dignaretur nostra serenitas providere, ne propter indigenciam prothomagistri aliquis in eodem opere posset intervenire defectus: scire te volumus, quod iam mag. Balzolinum ultramontanum prothomagistrum ad te apud Melfiam recolimus destinasse. quem Balzolinum mandavimus<sup>3)</sup> informari de eodem opere Melfie per mag. Riccardum de Fogia. et deinde procedet et procedere debet iuxta informationem et ordinationem predicti mag. Riccardi et sicut per eundem mag. Riccardum fuerit exinde informatus. tu igitur eundem mag. Balzolinum iuxta informationem, quam ab eodem mag. Riccardo habuerit, procedere in opere predicto permittas. [3] mandamus etiam ad supplicationem tuam officialibus foresteriis seu custodibus forestarum predictae terre Melfie vicinarum, ut incisores et delatores lignorum necessariorum pro quoquenda calce operis tibi ad extallium deputati, qui frequenter ipsos, sicut asseris, impediunt et molestant, nullo modo molestare debeant nec molestari permittant; quos foresterios super hoc presencium auctoritate requiras; iniunturus eisdem sub certa pena, ut contra incisores et delatores predictos in aliquo non procedant nec eos debeant molestare. iusticiario quoque Basilicate precipimus<sup>4)</sup> ad supplicationem tuam, ut quantitatem magistrorum manipulorum et someriorum tibi exhibitam per eundem pro opere predicti palatii turrium et cortine, necnon incisores et delatores lignorum necessariorum pro coquenda calce predicta, nec ipse iusticiarius molestet nec a provisoro castrorum ipsorum partium nec a foresteriis custodientibus forestas eidem terre vicinas nec a quibuslibet aliis molestari permittat et faciat et iniungat eisdem, ut in predictis operibus debeant continue laborare; et quod exhibeat tibi ad requisitionem tuam omne auxilium consilium et favorem circa expeditionem operis supradicti. quem iusticiarium de predictis omnibus et de aliis.

<sup>a)</sup> so Reg.<sup>b)</sup> virigis.1) *Wie n. 593.*2) *n. 1076.*3) *n. 1074 I und II.*4) *n. 1078.*

que ad officium tuum spectant, ut opus ipsum celeriter compleatur, presencium auctoritate requiras, ut ipse assistat tibi, sicut ei mandamus, omni ope consilio et auxilio oportunis in eodem opere percomplendo. [4] ad ultimum capitulum per te missum, quod iusticiarius Aprucii, cui pro parte nostra fuit iniunctum<sup>1)</sup> de mittendis scappatoribus sufficientibus ad scindendum lapides pro eisdem operibus oportunos, nondum scappatores eosdem ad te mittere procuravit: presencium tibi tenore describimus, quod predicto iusticiario Aprucii iterato mandamus<sup>2)</sup> sub certa pena, ut scappatores eosdem sufficientes apud Melfiam ad te debeat destinare. quem iusticiarium Aprucii requirere propterea non omittas. requiras etiam auctoritate presentium iusticiarium Capitinate, ut 3 scappatores existentes, sicut asseris, in Corneto, quos supplicasti tibi apud Melfiam pro predicto opere destinari, statim et sine mora transmittat. et quia de omnibus capitulis est responsum tibi, ut omnis excusationis materia precludatur et decetero nullam poteris iustam excusationem habere, volumus et mandamus, ut super omnibus predictis operibus extalii tui studiosus existas et penitus curiosus, ut sufficienter bene et celeriter compleantur. Dat. apud turrim die XXV. aprilis.

## 1082.

bei Capua 1278 April 26.

I. RA 1268 A n. 1 f. 100<sup>a</sup> bis 101<sup>a</sup>. RA 1278 D n. 32 f. 208<sup>b</sup> (mit Datum XXVIII. aprilis).

Iudici Bisancio de Vigiliis magistro salis curie in Apulia etc. Quia mandavimus tibi pridem per litteras nostras, ut emereres et mitteres ad castrum nostrum Melfie de pecunia curie dicti officii tui trabes et alia lignamina oportuna pro opere, quod de novo fit in eodem castro, illius longitudinis amplitudinis grossitudinis et mensure, quibus lignamina ipsa esse providerit mag. Iohannes de Tullio ingenierius familiaris et fidelis noster, assignanda iudici Francisco extallerio et mag. Bansolino preposito operis dicti castri, et in curia nostra presens exposuisti, quod huiusmodi trabes et lignamina ad presens in partibus Apulie venalia inveniri non possunt, nolentes, quod huiusmodi occasione complementum operis dicti castri Melfie contra nostrum beneplacitum differatur: . . . mandamus, quatinus informatus per predictum mag. Iohannem de Tullio de longitudine amplitudine grossitudine et mensura trabium et lignaminum, que oportuna sunt pro dicto castro Melfie, huiusmodi trabes et lignamina requiras et recipias mutuo a Leone Acconzaico tuo in officio precessore de lignaminibus, que emit seu emi fecit pro parte curie nostre pro opere castri Bari, que eundem Leonem ad predictum castrum intelleximus destinasse<sup>3)</sup>. et si omnia ipsa lignamina castri Bari pro predicto opere castri Melfie fuerint oportuna, ea omnia a predicto Leone mutuo recipias. et etiam, si forte ipsa lignamina castri Bari sufficientia non fuerint, illa, que defecerint, incontinenti emas, ubicumque per partes Apulie poterint inveniri, de pecunia curie nostre dicti officii tui. et omnia ipsa lignamina, tam que receperis a dicto Leone in Baro, quam que emeris, si aliqua empta fuerint, que omnia sint illius longitudinis amplitudinis grossitudinis et mensure, quibus esse debuerint secundum informationem et provisionem dicti mag. Iohannis de Tullio, ad predictum castrum Melfie assignanda predictis iudici Francisco et mag. Bansolino cum iustis expensis curie sine mora et difficultate qualibet studeas destinare. de quorum lignaminum assignacione ab eis iudice Francisco et mag. Bansolino, et de hiis, que pro delatura ipsorum solveris, ab hiis, quibus soluta fuerint, recipias ad tui cautelam ydoneam apodixam. lignamina vero omnia dicti castri Bari, que ab eodem Leone mutuo receperis, de predicta pecunia emere studeas et ea omnia dicto Leoni in predicto castro Bari sub pena dupli tocius valoris ipsorum lignaminum ad tardius usque per totum mensem iunii proximo venturi infallibiliter pro opere ipsius castri Bari restituere et assignare procures. que omnia, si usque ad terminum ipsum eidem Leoni non restitueris et assignaveris, penam predictam statim a te in penam temeritatis tue mandabimus extorqueri. volumus tamen, quod de predictis lignaminibus, que eisdem iudici Francisco et mag. Bansolino assignaveris, idem iudex Franciscus computum ponere nostre curie teneatur; facturus de receptione ipsorum lignaminum eidem Leoni scriptum competens continens longitudinem amplitudinem grossitudinem mensuras et qualitates ipsorum lignaminum, que ab eo mutuo receperis, duraturum, quousque sibi predicta lignamina predicto modo duxeris restituenda et assignanda. Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam die XXVI. aprilis VI. ind.

II. RA 1278 D n. 32 f. 208<sup>b</sup>.

Castellano castri Bari. . . mandamus, quatinus lignamina ipsa, que sunt in eodem castro Bari, . . . per eundem iudicem Bisantium. . . a castro ipso Bari extrahi. . . mittenda ad predictum castrum Melfie. . . paciaris. . . Dat. apud turrim die XXVI. aprilis.

<sup>1)</sup> n. 1059. II.

<sup>2)</sup> n. 1077.

<sup>3)</sup> Vgl. n. 573, 591, 592, 595.

**1083.**

*bei Capua 1278 April 27.*

*RA 1268 A n. 1 f. 149<sup>v</sup> bis 150<sup>r</sup>. RA 1278 D n. 32 f. 208<sup>v</sup>.*

Leonie Acconzaioco de Ravello. *Schreiben gemäß n. 1082 I.* Dat. apud turrin s. Herasmi prope Capuam mense aprelis, XXVII. eiusdem, VI. ind.

**1084.**

*[bei Capua 1278 April 28].*

*Siehe n. 1082 I*

**1085.**

*Rom 1278 Juni 7.*

*RA 1278 D n. 32 f. 240<sup>v</sup>.*

Iudici Francisco de Melfia extallerio et mag. Bazolino superastanti operis castri Melfie etc. Litteras et capitula vestra celsitudini nostre missa benigne recepimus et ipsorum continentia intellecta [1] super primo capitulo continente, quod palacium nostrum, quod de ordinacione et mandato nostro in predicto castro Melfie fieri facitis, per totum presentem mensem iunii erit Domino concedente completum: rescribimus, quod excellencie nostre placet et volumus et mandamus, ut sic super accelerando complemento et perfectione ipsius palacii et aliorum operum nostrorum, que per vos fieri debent ibi, vos diligentes obsequiosos et sedulos prebeatis, quod palacium ipsum iuxta provisionem et ordinacionem nostram bene laudabiliter et celeriter compleatur et in accessu nostro ad partes ipsas, qui erit in proximo duce Deo, possimus ibi concedenter et habiliter hospitari, ac in aliis operibus sic efficaciter et studiose inveniamus esse processum, quod satisfiat exinde votis nostris et per effectum laudabilem operis occurratis exinde nostro conspectui merito commendandi. [2] alius vero capitulum continebat, quod mag. Petrus de Angicurt providit in palacio ipso fieri 2 privatas extra murum cortine eiusdem palacii, distantes ab eodem muro per longitudinem cannarum 4 et amplitudinem cannarum 2 in quolibet latere, et 2 ciminedas et arcus 3 pro dividendis cameris eiusdem palacii ultra provisionem et ordinacionem nostram et convencionem inter curiam nostram et te extallerium de operibus ipsis habitam, sicut dicitis: ad quod taliter respondemus, quod in privatis ciminedis et arcubus ipsis, si in provisione ordinacione et convencione predicta non steterunt, supersedeatur usque ad adventum nostrum predictum, in quo visa et diligenter attendita forma provisionis ordinacionis et convencionis ac negocii qualitate providebimus et mandabimus de hiis fieri, quod videbitur faciendum. [3] ceterum sequentis capituli tenor habebat, quod de predicta provisione et ordinacione nostra processit et inter curiam nostram et te extallerium stetit, ut in predicto muro cortine 5 tantum turres simplices extra murum ipsum fieri deberent, et predictus mag. Petrus de novo providit ibidem fieri turres 6, quarum 3 sint simplices et 3 duplices, contra provisionem ordinacionem et convencionem predictam, ut scribis: super quo rescribentes iniungimus, ut visa et diligenter attendita forma provisionis et ordinacionis nostre facte per nos in Melfia, que penes te extallerium est, de predictis operibus et convencionis inter curiam nostram et te extallerium de hiis habite, iuxta provisionem ordinacionem et convencionem predictam nichil in eis adito vel diminuto opera ipsa diligenter et fideliter faciatis. et ecce quod ad maiorem cautelam et informacionem vestram Ioccolino de Marra magne curie nostre magistro rationali etc. per litteras nostras iniungimus, ut transcriptum tocius predicte provisionis ordinacionis et convencionis celsitudini nostre et consimile vobis sub suo sigillo transmittat. [4] ad aliud insuper capitulum continens, quod propter quandam<sup>a)</sup> terram mobilem inventam in fossato dicte cortine aliquid tu extallerius expendisti ultra convencionem eandem: tibi taliter respondemus, quod in predicto adventu nostro visis et diligenter attentis provisione ordinacione et convencione predictis, si quid forte, ultra quam tenearis ex pacto, expendisse inveneris, tibi, prout iustum et expediens fuerit, restitui celsitudo nostra mandabit. caveas tamen bene, quod, si private ciminede turres et arcus in predicta convencione intervenerint et de provisione et ordinacione nostra processerint, et tu in delusionem curie nostre diminucionem ipsius convencionis et detrimentum dicti operis a convencione ipsa conaris ea maliciose subtrahere et expensis tibi incumbentibus aliquid subducere et curie nostre superaddere, tenearis inde ad penam debitam tibi iuxta nostrum arbitrium inferendam. Dat. Rome VII. iunii.

<sup>a)</sup> quadam.

**1086.**

*Viterbo 1278 Juni 24.*

*RA 1278 D n. 32 f. 246<sup>v</sup>.*

Iudici Francisco de Melfia extallerio operis castri Melfie. Cum die lune III. mensis iulii. disponamus esse in Melfia. . . et tu . . . nostre pridem significaveris<sup>1)</sup> maiestati, palacium castri nostri Melfie, quod per

<sup>1)</sup> n. 1085 § 1.

te ad extalium mandavimus fieri, per totum mensem iunii fore completum...: precipimus, quatinus sic omnimodam perfectionem ipsius palacii et processum aliorum operum, que per te ibi fiunt, ferventer accelleres, quod possimus ipso die in dicto palacio commode... hospitari... Dat. apud Vicalvum die XXIII. iunii.

**1087.**

*I. RA 1276 B n. 26 f. 162<sup>a</sup>.*

*Melfi 1278 Juli 9.*

Eidem iusticiario (Principatus) etc. ... precipimus, quatinus... mittas incontinenti ad castrum nostrum Melfie ad iudicem Franciscum de Melfia extallerium operis murorum, quod fit de novo in eodem castro de mandato nostro, et ad mag. Baccolinum prothomagistrum operis ipsius 4 bonos scappatores lapidum cum ferramentis eorum de Cava seu de quacumque alia terra iurisdictionis tue pro predicto opere oportunos, ita quod ad tardius per totum XX. diem presentis mensis iulii se in eodem opere cum litteris tuis continentibus nomina et cognomina ipsorum predictis iudici Francisco et mag. Balzolino infallibiliter presentent, de quo constet per litteras responsales ipsorum iudicis Francisci et mag. Balzolini. quibus de mercede eorum dictus iudex Franciscus, sicut fit aliis in opere ipso laborantibus, providebit. et si forte magistri illi, quos ad hoc elegeris, contumaces et difficiles se ostendant, ipsos in continenti capias de personis et captos ad opus ipsum transmittas, ut in compedibus propter contumaciam eorum in opere ipso labore<sup>a</sup>); sciturus pro certo, quod, si super hiis aliquam negligentiam vel defectum commiseris, penam predictam a te mandabimus extorqueri. Dat. Melfie VIII. iulii.

<sup>a</sup>) laborant.

*II. Similes facte sunt iusticiario Terre Bari de mittendis predictis extalleriis scappatores lapidum bonos 4. Dat. ut supra.*

*III. RA 1276 B n. 26 f. 112<sup>b</sup>.*

Eidem iusticiario (Aprucii). Exposuerunt nobis iudex Franciscus de Melfia extallerius operis palacii et turrium, que fiunt de mandato nostro in castro nostro Melfie, et mag. Balzolino protomagister eiusdem operis, quod, cum dudum tibi... dederimus... in mandatis<sup>1</sup>), quod mitteres ad eos incontinenti... 4 magistros scappatores lapidum, tu eos... mittere non curasti...: iterato... precipimus, quatinus incontinenti... mittas... scappatores lapidum 4... , quibus dictus iudex Franciscus de mercede eorum providebit, sicut fit aliis, qui in opere ipso laborant... Dat. Melfie VIII. iulii.

**1088.**

*Melfi 1278 Juli 10.*

*RA 1268 A n. 1 f. 123<sup>a</sup>. RA 1276 B n. 26 f. 209<sup>a</sup>. — Auszug Minieri, Regno 1278 p. 40.*

Iusticiario Basilicate etc. Cum pro opere palacii, quod fieri facimus in castro nostro Melfie, 10000 mattuncellorum, quos in Melfia, si ibi fieri poterunt, et si ibi fieri non poterunt, in Venusio, necnon et quedam quantitas gipsi, quod similiter in Melfia instanter fieri volumus, necessaria sint ad presens, assignanda in eodem castro mag. Ade de Merri Gallico statuto ibidem per curiam nostram super faciendis mezanellis pro clausuris camerarum, que fiunt in eodem palacio, ad requisicionem ipsius: ... precipimus, quatinus statim receptis presentibus predicta 10000 matuncellorum in Melfia, si ibi fieri poterunt, et si ibi fieri non poterunt, in Venusio, et quantitatem gipsi necessariam pro opere supradicto, quam a te dictus mag. Adam duxerit requirendam, in Melfia de quacumque peccunia curie nostre et in defectu alterius peccunie curie de peccunia presentis generalis subvencionis in tua iurisdictione imposita, que est vel erit per manus tuas, fieri facias decenter et bene; ita quod predicti mattuncelli sint bene cocti; et quilibet ipsorum sit longitudinis 1 pedis manualis amplitudinis medii pedis manualis et grossitudinis digitorum 3; et predictum gipsum sit sic congrue factum, sicut fuerit pro huiusmodi opere oportunum. et statim, quod predicti mattuncelli et predictum gipsum facti fuerint modo predicto, eos ad expensas curie nostre faciendas per te de predicta pecunia ad predictum opus ad requisicionem dicti mag. Ade facias deportari sibi pro eodem opere assignandos; recepturus de quantitate peccunie, quam pro fieri faciendis eisdem mattuncellis et gipso ac deferendis eis a locis, in quibus fient, ad predictum opus te solvere contingerit, ab hiis, quibus soluta fuerit, et de assignacione ipsorum a predicto mag. Adam ad tui cautelam idoneas apodixas; et significaturus magistris racionalibus etc., in qua ex predictis terris mattuncellos ipsos fieri feceris, et ad quam rationem pro quolibet miliari,

<sup>1</sup>) n. 1077.



et quantitatem pecunie, quam proinde et pro predicto gipso tam pro factura quam pro delatura ipsorum omnium duxeris exolvendam. scire tamen te volumus, quod quodlibet miliare mattuncellorum, quos fieri mandavimus pro operibus nostris fortellie Luccerie, qui fuerunt eiusdem mesure<sup>a)</sup>, constiterunt curie nostre pro factura ipsius tar. aur. 6. . . . Dat. Melfie mense iulii, X. eiusdem, VI. ind.

<sup>a)</sup> mansure.

**1089.**

Melfi 1278 Iuli 10.

I. Siehe n. 246.

II. Siehe n. 602.

**1090.**

Melfi 1278 Iuli 12.

RA 1276 B n. 26 f. 162<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario (Principatus) etc. Intelleximus per iudicem Franciscum de Melfia estallerium operis palatii turrium et cortine murorum, que fiunt de mandato nostro de novo in castro nostro Melfie, quod mag. Thomasius de Cartenono habitator Gisualdi recepit ab eodem iudice Francisco unam ex turribus, que fieri debent in castro ipso, ad extaleum faciendam et recepta ab eodem iudice Francisco pro extaleo huiusmodi certa pecunie quantitate cum pecunia ipsa a predicto opere furtive recessit predicto extalleo non completo: . . . precipimus, quatinus, si est ita, receptis presentibus eundem mag. Thomasium capias de persona et captum ad predictum iudicem Franciscum ad predictum opus sub diligenti custodia mittere studeas, ut in compedibus predictum opus dicte turris, quam ad extalium recepit secundum conventionem habitam cum eodem iudice Francisco, fieri faciat et compleri. nichilominus capias bona sua retinenda tam diu, donec per eum dictum extalium compleatur. et quantitatem et qualitatem bonorum ipsorum, que acceperis, nobis et magistris racionalibus magne curie nostre celeriter per litteras tuas scribas. . . . Dat. Melfie XII. iulii.

**1091.**

Lagopsole 1278 Iuli 19.

RA 1268 A n. 1 f. 165<sup>a</sup>. RA 1278 D n. 32 f. 253<sup>a</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1278 p. 43.

Iudici Bisancio de Vigiliis magistro salis Apulie fideli suo etc. Mandavimus<sup>1)</sup> tibi dudum satis expresse, ut lignamina necessaria pro opere castri Melfie illius longitudinis amplitudinis et mesure, quibus provideret ea esse mag. Iohannes de Tullio ingeniarius et fidelis noster, que recipiens mutuo a Leone Acconzaio coprocessor tuo de lignaminibus, que deferri fecerat ad castrum Bari, restituendis sibi per te ibidem ad tardius usque per totum mensem iunii proximo preteritum, mitteres cum iustis expensis curie ad predictum castrum Melfie sine qualibet tarditate, assignanda ibidem iudici Francisco de Melfia extaliero et mag. Bansilino prothomagistro operis murorum eiusdem castri. verum quia volumus, quod opus dicti castri sine mora qualibet compleatur, et quod occasione ipsorum lignaminum totalis et integra perfectio ipsius operis nullatenus differatur: . . . precipimus, quatinus statim. . . iuxta tenorem prioris mandati nostri tibi inde directi predicta lignamina omnia, que mittere debuisti, si nondum missa sunt, vel illam partem, que ex eis mittenda est, necnon alias trabes 15, quarum 4 sint longitudinis cannarum 4<sup>1)</sup>, videlicet earumdem et relique 11 que libet ipsarum videlicet sint illius longitudinis et mesure, quarum fuerunt et esse debuerunt alie trabes, quas misisti et mittere habuisti, quas emas incontinenti cum iustis expensis curie faciendis de pecunia curie nostre officii tui assignandas eidem iudici Francisco et mag. Bansilino, ad predictum castrum Melfie sine mora transmittas; recepturus de hiis, que dederis et assignaveris, ad tui cautelam ydoneam apodixam. . . . Dat. apud Lacumpensilem die XIX. iulii VI. ind.

**1092.**

Lagopsole 1278 Iuli 21.

RA 1268 A n. 1 f. 125<sup>a</sup>. RA 1276 B n. 26 f. 210<sup>a</sup>.

Iusticiario Basilicate etc. Quia pridem tibi per litteras nostras mandavimus<sup>2)</sup> . . . ut ad requisicionem mag. Ade de Merli Gallici statuti in Melfia pro faciendis matuncellis pro opere palatii terre Melfie in Melfia vel Venusio, si in Melfia fieri non possent, 10000 matuncellorum coctorum, quorum quilibet esset longitudinis 1 pedis manualis amplitudinis medii pedis et grossitudis digitorum 3, fieri faceres assignanda eidem mag. Ade pro clausuris camerarum, que fiunt in eodem palacio, et mag. Martinus, mag. Laci<sup>a)</sup> et mag.

<sup>a)</sup> Vgl. n. 1094.

<sup>1)</sup> n. 1082 I.      <sup>2)</sup> n. 1088.

Matheus de Melfia in curia nostra presentes convenerunt cum<sup>1)</sup> curia nostra, facere in Melfia 12000 matuncellorum, qui sint bene cocti et studiose facti, quorum quilibet sit longitudinis 1 pedis manualis amplitudinis medii pedis manualis et grossitudinis 3 digitorum, secundum formam et modum, quam et quem designatos et factos de lignis assignavimus tibi in curia nostra presenti, ad illam rationem videlicet, ad quam facti fuerunt dudum matuncelli pro opere fortellicie Lucerie secundum convencionem dudum inde habitam inter curiam nostram et magistros illos, qui fecerunt matuncellos predictos, quam per Iohannem de Tilio iuniorem capitaneum eiusdem fortellicie inquiri et sciri mandamus<sup>1)</sup>, per mag. Petrum de Angicurt, mag. Riccardum de Fogia et mag. Bernardum, quos credimus interfuisse in convencione predicta et eam plene scire, vel alteros ipsorum, qui ad presens sunt in opere dicte fortellicie, et te exinde per eundem capitaneum per suas litteras informari: . . . precipimus, quatinus predicta 12000 matuncellorum, qui sint bene et studiose facti et cocti, fieri facias sine mora tam per predictos magistros quam alios magistros matuncellorum, qui sunt in Melfia, quos ipsi magistri tibi duxerint nominandos, quos ad tuam presentiam accersiri facias, adhibendis eisdem magistris in faciendis matuncellis ipsis, ut celerius fieri possint, quorum matuncellorum quilibet sit longitudinis amplitudinis et grossitudinis secundum predictam formam et modum tibi in nostra curia assignatum, assignanda predicto mag. Ade pro opere dicti palatii, ut superius est expressum; quibus magistris solvas et exhibeas precium matuncellorum ipsorum ad illam rationem, ad quam facti fuerunt dudum matuncelli pro predicto opere fortellicie Lucerie, qui fuerunt de predictis mensuris, per illos, qui fecerunt ipsos, secundum quod predictus capitaneus te exinde certificaverit et informaverit, ut est dictum, de quacumque fiscali pecunia et etiam de pecunia presentis generalis subventionis, que est vel erit per manus tuas; recepturus ab eisdem magistris de hiis, que pro precio ipsorum matuncellorum eis predicto modo solveris, et a predicto mag. Adam de assignacione predictorum matuncellorum ydoneam apodixam. et sic instes apud eosdem magistros oportune et, si expedit, inopportune, quod matuncelli ipsi bene et studiose et bene cocti fiant secundum mensuras predictas et celeriter compleantur; rescripturus in continenti nobis et magistris racionalibus etc. distincte per litteras tuas, ad quam rationem dudum facti fuerunt pro operibus dicte fortellicie Lucerie similis longitudinis amplitudinis et grossitudinis, secundum quod te inde dictus capitaneus fortellicie Lucerie certificaverit per litteras suas, ut superius est expressum, et totum processum, quem habendum duxeris in premissis. nomina vero predictorum aliorum magistrorum, quos per te eisdem extalleriis adhiberi mandamus, sunt hec: videlicet Gilius Ciminus, Nicolaus filius Nicolai Pignatarii et Petrucius filius Iohannis Pignatarii, quos eis adhibeas, ut est dictum, si non sunt ad alia nostra opera deputati. Dat. apud Lacumpensilem die XXI. iulii VI. ind.

<sup>b)</sup> in.

### 1093.

Lagopesele 1278 Iuli 21.

RA 1268 A n. 1 f. 165<sup>b</sup> bis 166<sup>a</sup>. RA 1278 D n. 32 f. 255<sup>a</sup>.

Iudici Bisancio de Vigiliis magistro salis curie in Apulia etc. Quia nuper intelleximus, quod quedam vassella onerata lignaminibus applicuerunt in portu Baroli, . . . precipimus, quatinus statim . . . si lignamina, que ad castrum Melfie pro opere ipsius de mandato nostro<sup>2)</sup> mittere habuisti, nondum misisti et aliquam partem de ipsis lignaminibus mittere habes, quam forte non habeas, lignamina omnia defficiencia pro opere ipsius castri Melfie, que sint illius longitudinis qualitatis altitudinis et mesure<sup>3)</sup>, quibus esse debent, de lignaminibus ipsis delatis ad presens ad dictum portum Baroli statim . . . de quacumque pecunia curie, que est vel erit per manus tuas, emas et ad predictum castrum transmittas iuxta priorum nostrarum continenciam litterarum tibi exinde directarum, ut<sup>b)</sup> omnia lignamina necessaria pro opere dicti castri in opere ipso sine mora et defectu quolibet habeantur et occasione lignaminum talium perfectio et complementum dicti operis contra beneplacitum nostrum nullatenus differatur; sciturus pro certo, quod, si de habendis lignaminibus ipsis omnibus pro eodem opere oportunis aliquis defectus affuerit, defectum ipsum totum statim de tuo proprio per te suppleri integre faciemus; significaturus nobis et magistris racionalibus magne curie nostre per litteras tuas lignamina omnia, que predicto modo emeris et miseris, cum longitudine altitudine qualitate et mensuris<sup>c)</sup> ipsorum, pro quanta quantitate empta fuerint, ad quam rationem et a quibus, et totum processum tuum, quem in hiis habueris, particulariter et distincte. et si lignamina ipsa non miseris et misisti ad castrum ipsum lignamina, que mittere habuisti, statim nobis et dictis magistris racionalibus debeas intimare. Dat. apud Lacumpensilem XXI. iulii VI. ind.

<sup>a)</sup> mansure. <sup>b)</sup> et. <sup>c)</sup> mansuris.

<sup>1)</sup> n. 1094. <sup>2)</sup> n. 1092 I und n. 1091.

## 1094.

RA 1278 D n. 32 f. 254<sup>b</sup>.

Lagopsole 1278 Julii 22.

Iohanni de Tilio iuniori capitaneo fortalicie Lucerie etc. Quia mag. Martinus, mag. Laci<sup>us</sup><sup>a)</sup> et mag. Matheus de Melfia magistri mantuncellorum in curia nostra presentes convenerunt cum curia nostra facere in Melfia 12000 mantuncellorum coctorum, *usw. gemäß n. 1092*. Dat. apud Lacumpensulem XXII. iulii VI. ind.

<sup>a)</sup> Im Reg. sehr undeutlich. Doch vgl. n. 1092.

## 1095.

RA 1268 A n. 1 f. 88<sup>b</sup>. RA 1276 B n. 26 f. 146<sup>a</sup>. — Schulz IV 67 n. 173. Auszug: Minieri, Regno 1278 p. 45

Lagopsole 1278 Julii 30.

Iusticiario Terre Laboris. . . precipimus, quatinus . . . mittas de terra Neapolis Capue et Averse 4 magistros, qui sciant facere terraciam seu astracos, . . . ad castrum nostrum Melfie presentandos ibi iudici Francisco de Melfia extallerio operis castri Melfie pro facienda terracia palatii ipsius castri; et cuilibet ipsorum magistrorum exhibeas pro expensis eorum in via tar. aur. 5. . . . Dat. apud Lacumpensilem die penultimo iulii.

## 1096.

RA 1276 B n. 26 f. 212<sup>b</sup>.

Lagopsole 1278 August 8.

Eidem (iusticiario Basilicate) etc. Quia, sicut iudex Franciscus de Melfia extallerius operis murorum palatii turrium et cortine, quod fit in castro nostro Melfie, . . . per suas nobis litteras intimavit, nuper nostra serenitas intellexit, quod subscripti magistri muratores de Potenza laborantes in eodem opere incipienti ab ipso opere recesserunt, . . . precipimus, quatinus statim. . . predictos magistros de personis capiens apud Melfiam ad predictum iudicem Franciscum ad laborandum in predicto opere sub fida et diligenti custodia debeas destinare. nomina vero ipsorum magistrorum sunt hec: videlicet mag. Thomasius de Emanuel et mag. Pandolfus. quos magistros sub bonis compedibus ferreis in eodem opere facias laborare. Dat. ibidem (apud Lacumpensulem) VIII. augusti.

## 1097.

RA 1278 D n. 31 f. 24<sup>a</sup>.

Lagopsole 1278 August 8.

Eidem (iusticiario Terre Bari). [1] Quia iudex Franciscus de Melfia. . . culmini nostro. . . intimavit, quod, cum ad presens in eodem opere magna sit necessaria quantitas scappatorum pro scindendis lapidibus pro eodem opere oportunis et, nisi providere super hoc nostra serenitas dignaretur, opus predictum non posset compleri iuxta nostrum beneplacitum. . . precipimus, quatinus. . . cuilibet subscriptorum scappatorum de subscriptis terris iurisdictionis tue . . . precipias, quod tertio post mandatum nostrum apud Melfiam, presentaturi si coram predicto iudice Francisco, debeant se conferre. . . ; quibus per eundem iudicem Franciscum de mercede laboris eorum de pecunia curie. . . provideri volumus, prout aliis scappatoribus. . . nomina vero. . . sunt hec: videlicet de Caurato Maroldus scappator, Bernaba, Matheus filius eius et Marcus frater eius; de Terlicio Filigrisius, Laurentius et Bartholomeus de Arricarro; de Vigiliis Angelus de magistro Luciano, Lucianus filius eius, Fassanus et Citus Loo de magistro Pasca et mag. Iohannes de Andria habitator Minambani<sup>a)</sup>. [2] preterea, quia, sicut per litteras dicti iudicis Francisci nuper nostrâ serenitas intellexit, quod mag. Marchisius de sire Pasca et mag. Iohannes de Vigiliis muratores, laborantes in predicto opere, incipienti ad eodem opere recesserunt. . . precipimus, quatinus eosdem captos. . . ad laborandum in predicto opere. . . debeas destinare. . . . Dat. apud Lacumpensilem die VIII. augusti.

<sup>a)</sup> So Reg. statt Minerbini.

## 1098.

RA 1276 B n. 26 f. 214<sup>b</sup>; inseriert ebendort f. 216<sup>a</sup> (unten n. 1104)

Lagopsole 1278 August 15.

Eidem (iusticiario Basilicate) etc. Quia in operibus, que fieri debent in palacio castri nostri Melfie, videlicet de operibus gipsi mattuncellorum ciminedarum et aliis operibus eiusdem palatii, que non fiunt per manus iudicis Francisci de Melfia extallerii eiusdem operis, procedi volumus iuxta provisionem et requisicionem mag. Petri de Angicuria familiaris et fidelis nostri, . . . mandamus, quatinus opera ipsa gipsi mattuncellorum ciminedarum et alia opera, que in eodem palacio fieri debent, illa videlicet, que fieri non debent nec fiunt per dictum extallerium, fieri facias iuxta provisionem et designationem predicti magistri per illos

magistros, quos ipse in operibus ipsis providerit deputandos. quibus magistris ad requisicionem ipsius mag. Petri mercedem eorum pro illis diebus, quibus continuo laboraverint, de quacumque pecunia nostra curie nostre, que est etc., solvere debeas. et pro operibus ipsis iuxta provisionem ipsius mag. Petri totaliter faciendis et complendis exhibeas de predicta pecunia pecuniam oportunam, ita quod in operibus ipsis occasione pecunie defectus aliquis non existat. immo sic complementum operum ipsorum acceleres, quod in adventu nostro illuc, qui erit in proximo dante Deo, inveniamus palacium ipsum cum cameris ciminedis et aliis necessariis operibus totaliter percompletum et in eo possimus comode et habiliter hospitari. cautum tamen te reddimus et attentum, quod curia nostra circa precium rerum et mercedem magistrorum non fraudetur. Dat. apud Lacumpensilem XV. augusti.

**1099.**

Lagopesele 1278 August 19.

RA 1268 A n. 1 f. 158<sup>b</sup>. RA 1278 D n. 32 f. 277<sup>a</sup>. — Schulz IV 68 n. 177. Auszug: Minieri, Regno 1278 p. 48.

Iudici Bisancio de Vigiliis magistro salis curie in Apulia etc. Cum pro cohoperimento terracie palacii castri nostri Melfie subscripta lignamina et clovi<sup>1)</sup> necessaria reputentur, videlicet trabes de abiete 50, que libet longitudinis cannarum 3<sup>1</sup>/<sub>2</sub>, lattoni de abiete 50 pro faciendis chabronibus<sup>2)</sup>, tabule de symia 40 pro faciendis profilibus, et clavorum de ferro 10000: . . . precipimus, quatinus. . . lignamina ipsa emas et clovos ipsos fieri facias iuxta provisionem et designacionem mag. Petri de Angicurt. . . meliori foro, quo pro curia nostra emi poterunt. . . ; et ipsa lignamina et clovos ad predictum castrum Melfie. . . facias deportari, assignanda ibidem predicto mag. Petro vel ordinato suo pro cohoperimento terracie supradicte; ita tamen quod dictus mag. Petrus exinde computum ponere nostre curie teneatur; . . . et quantitatem totam pecunie, quam proinde solveris, nobis et magistris racionalibus magne nostre curie per litteras tuas scribas. Dat. apud Lacumpensilem die XIX. augusti.

**1100.**

Lagopesele 1278 August 19.

Siehe n. 607.

**1101.**

Lagopesele 1278 August 19.

RA 1278 D n. 32 f. 276<sup>a</sup>.

Iudici Francisco de Melfia etc. Quia intelleximus, quod in opere turrim castri Melfie, que per te ad extalium pro parte curie nostre fiunt, tepide et remisse proceditur et quod in eo pauci immo quasi nulli magistri laborant contra beneplaciti nostri votum, mirantes inde non modicum et contra te moti quam plurimum nec indigne: . . . mandamus quatinus sic ordines et facias, quod exnunc inantea et usque ad festum Omnium Sanctorum primo venture VII. ind. quolibet die laboratorio deputentur et sint in opere 4 turrium ipsarum magistri fabricatores 24, incisores lapidum in numero sufficienti attento numero ipsorum magistrorum fabricatorum et manipuli 120, ita quod in qualibet ipsarum 4 turrim sint magistri fabricatores 6, manipuli 30 et incisores lapidum in numero oportuno; quod si forte omnes ipsi magistri fabricatores manipuli et incisores in ipsis 4 turribus comode laborare non possent, quod superflui essent et ex superfluitate ipsorum unus impediatur alium in laborando, omnes ipsi laborent in 6 turribus, ita quod sint in qualibet ipsarum 6 turrium magistri fabricatores 4 et manipuli et incisores in numero oportuno. in reliquis vero turribus fieri facias fundamenta bona et de bonis lapidibus iuxta pacta et convenciones habita inde inter curiam nostram et te, ita quod in opere ipsarum turrium iuxta votum nostrum bene et efficaciter procedatur et ex diligenti processu in opere ipso deinceps habendo culpam et negligenciam redimas hucusque commissam et ex celeri perfectione ipsius nostris inde beneplacitis satisfiat. . . Dat. apud Lacumpensilem XIX. augusti.

**1102.**

Lagopesele 1278 August 19.

RA 1278 D n. 32 f. 278<sup>a</sup>.

Mag. Petro de Angicuria preposito operum suorum etc. Licet iusticiarius Basilicate, per quem pecuniam pro nostris operibus mandavimus ministrari, asserens, se pecuniam nostre curie non habere, pecuniam ipsam pro ipsis operibus exhibere non possit, volumus tamen et districte precipimus, quatinus statim. . . opera ipsa tractes ac intendi et procedi continue in eisdem facias, prout tibi per nostram excellenciam est iniunctum. nos enim statim pecuniam sufficientem pro huiusmodi operibus faciemus ministrari per iusticiarium supradictum, qui pecuniam in magna quantitate est protinus habiturus. Dat. apud Lacumpensilem XVIII. augusti.

<sup>1)</sup> So statt clavi. Wir haben hier anscheinend bereits den Übergang zum italienischen chiodo.<sup>2)</sup> Vgl. n. 879 § 1 und n. 1111.

## 1103.

RA 1276 B n. 26 f. 215<sup>o</sup>.

Lagopesole 1278 August 24.

Eidem iusticiario (Basilicate) etc. Licet mandaverimus tibi pridem per alias nostras litteras<sup>1)</sup>, ut opera gipsi mattuncellorum cimenedarum et alia opera, que fiunt in castro Melfie, illa videlicet, que fieri non debent nec fiunt per iudicem Franciscum de Melfia extallerium operis, quod de mandato nostro fit in castro Melfie, fieri faceres iuxta provisionem et designationem mag. Petri de Angicuria familiaris et fidelis nostri de pecunia curie nostre, que esset vel futura esset per manus tuas, volumus tamen, ut statuas aliquem loco tui, de quo tanquam de te ipso confidas, qui pecuniam necessariam pro predictis operibus mattuncellorum cimenedarum et aliis operibus et illis videlicet, que fieri non debent nec fiunt per predictum iudicem Franciscum, exhibendam sibi per te expendat cum plena noticia et conscientia castellani Melfie et mag. Bançolini prepositi operis supradicti, quod nichil expendat vel solvat sine plena noticia et conscientia predictorum castellani et Bançolini, quia totum id, quod predictus statuendus expenderet sine plena noticia et conscientia predictorum, in tuo volumus racionio non admitti, forma nichilominus predictorum mandatorum nostrorum in omnibus observata. Dat. apud Lacumpensilem XXIII. augusti.

## 1104.

RA 1276 B n. 26 f. 216<sup>o</sup>.

Lagopesole 1278 August 24.

Eidem iusticiario (Basilicate) etc. Pridem tibi litteras maiestatis nostre direximus in hac forma: *es folgt n. 1098.* verum quia, sicut idem mag. Petrus, qui apud Melfiam pro predictis serviciis commoratur, nostre nuper celsitudini per suas litteras intimavit, tu nullam pro predictis operibus gipsi matuncellorum cimenedarum et aliis operibus eiusdem palatii necnon magistris in ipsis operibus deputandis per ipsum mag. Petrum pro mercede eorum exhibere pecuniam curavisti in operum ipsorum dilacionem et nostrum preiudicium et iacturam, quocirca . . . precipimus, quatinus incontinenti . . . pro celeri complemento ipsorum operum, quod multum residet cordi nostro, pecuniam oportunam iuxta provisionem ipsius mag. Petri necnon mercedem magistris deputandis per ipsum in operibus ipsis ad requisicionem ipsius de quacumque pecunia curie nostre et eiam de pecunia presentis generalis subvencionis iuxta tenorem prescripti mandati nostri exhibere et ministrare procures, ut ipsa opera in adventu nostro, qui erit in brevi apud Melfiam Deo duce, inveniamus decenter et comode percompleta; quod, si nunc, cum tempus ad laborandum est aptum, opera ipsa non fierent, non possent in hyeme, que iam instat, per<sup>a)</sup> tui negligentiam percompleri. volumus eciam et mandamus tibi . . . , ut pecuniam, qua mautoritate aliorum mandatorum<sup>2)</sup> nostrorum exhibere teneris iudici Francisco de Melfia pro extaleo operum, que in castro Melfie pro parte nostre curie fieri facit, eidem iudici Francisco exhibeas sine mora, ut in presenti estate opera ipsa fiant et occasione defectus pecunie nullatenus retardentur<sup>b)</sup>. Dat. apud Lacumpensilem XXIII. augusti.

<sup>a)</sup> in.<sup>b)</sup> retardetur.

## 1105.

I. RA 1276 B n. 26 f. 216<sup>o</sup>.

Lagopesole 1278 August 27.

Eidem iusticiario (Basilicate). Cum, sicut accepimus ex relatione iudicis Francisci de Melfia extallerii operis castri nostri Melfie. . . , mag. Boamundus scappator, filius eius Laurentius et Robbertus gener notarii Iohannis de s. Felice, Pandulfus et Thomas de Potentia, Philippus de Acherontia fabricatores, licet gagia eorum eis integraliter solverentur, ab ipso opere latenter recesserint, licentia non petita: . . . mandamus, quatinus . . . predictos magistris capere et sub bonis compedibus ad predictum castrum studeas destinare. . . . si vero super hoc se racionabiliter excusare voluerint, postquam in ipso castro fuerint, eos audiri faciemus libenter et mandabimus ibi exinde sciri clarius veritatem. Dat. apud Lacumpensilem XXVII. augusti.

II. Similes facte sunt iusticiario Terre Bari de capiendis mag. Madio et Iacobo de Trano et Silvestro Petrarolo et Marckisio de Vigiliis incisoribus lapidum. . . . Dat. ut supra.

## 1106.

RA 1268 A n. 1 f. 128<sup>o</sup>, RA 1276 B n. 26 f. 216<sup>o</sup>.

Lagopesole 1278 August 27.

Iusticiario Basilicate etc. Quia iudex Franciscus de Melfia extallerius operis castri Melfie super faciendo et complendo opere ipso secundum convenciones et pacta inter curiam nostram et eum habita et iuxta

<sup>1)</sup> n. 1098.<sup>2)</sup> n. 1097.

nostre beneplacitum voluntatis diligenter et sollicite, sicut debuit, non processit, immo potius in opere ipso faciendo et complendo negligenciam et defectum commisit, quem ob ipsius culpam et dolum in curia nostra mandavimus arrestari: . . . precipimus, quatinus statim . . . capias pro parte curie omnia bona sua mobilia et immobilia seseque movencia; capias nichilominus fideiussores suos et bona singula eorumdem, nostre nichilominus curie reservata exacione pene, in quam ex fraude et dolo per eum in hiis commissis<sup>a)</sup> incidisse<sup>b)</sup> manifeste videtur, et toto defectu et dampno, quod ob culpam et negligenciam suam in opere ipso existit, quod super dorso eorum et de propria ipsorum substantia volumus nostre curie inremissibiliter resarciri. tu tamen, ne in opere ipso aliquis defectus emergat, de quacunque pecunia curie nostre, que undecunque est vel erit per manus tuas, opus ipsum totaliter facias percompleri; in quo sic cum omni instantia et diligencia laborari facias et intendi et eam curam sollicitudinem et studium adhibeas et facias adhiberi, quod celeriter et in brevi opus ipsum bene et efficaciter compleatur iuxta beneplaciti nostri votum. Dat. apud Lacumpensilem die XXVII. augusti.

<sup>a)</sup> comisisse.

<sup>b)</sup> fehlt Reg.

### 1107.

Lagopesole 1278 August 28.

RA 1268 A n. 1 f. 129<sup>ab</sup>. RA 1276 B n. 26 f. 217<sup>a</sup>. — *Auszug: Minieri, Regno 1278 p. 52.*

Iusticiario Basilicate etc. Cum opera omnia castri nostri Melfie, que iudex Franciscus de terra ipsa ad extalium fieri facere debuit, velimus instanter cum omni studio et sollicitudine absque alicuius more dispendio seu negligentia vel defectu fieri et compleri iuxta provisionem et designacionem Iohannis Barbe valletti familiaris et fidelis nostri, qui est inde ad plenum per nostram excellentiam informatus, quem prepositum ipsorum operum duximus statuendum: . . . precipimus, quatinus in continenti . . . statuas aliquem sufficientem fidelem et ydoneum expensorem ipsorum operum loco tui, de quo tamquam de te ipso plene confidas, cum tibi et non ei de ipsis insufficiencia incumbamus, cui ad requisicionem suam et dicti Iohannis Barbe exhibeas de quacunque pecunia curie nostre, que est vel erit per manus tuas, sive de pecunia presentis generalis subvencionis sive de quibuscumque residuis vel undecunque, mense quolibet usque ad complementum et perfeccionem dictorum operum pro expensis ipsorum operum unc. aur. 50 . . . , quas sufficientes pro expensis huiusmodi arbitramur, et ultra, si plus et quantum sibi<sup>a)</sup> fuerit oportunum; ita quod occasione pecunie in celeri complemento et perfeccione dictorum operum non interveniat tarditas aliqua vel defectus; ad quorum similiter requisicionem exhibeas et deutes continue in operibus ipsis de terris iurisdictionis tue die quolibet magistros fabricatores 24 manipulos 120 scappatores lapidum 16 et incisores lapidum 12 sufficientes et ydoneos necnon et animalia cum ductoribus eorum sufficiencia pro deferendis calce arena lapidibus terra et aliis oportunis; qui omnes magistri et alii cum ipsis animalibus ab ipsis operibus non discedant, set diligenter et sollicite sine intermissione intendant iuxta provisionem et designacionem predicti Iohannis ad requisicionem suam et dicti expensoris in ipsis operibus percomplendis. quibus statuas et facias exhiberi per expensorem eundem de predicta pecunia mercedem eorum ad rationem subscriptam, ad quam solvuntur alii magistri manipuli et homines cum animalibus in aliis nostris operibus laborantes; videlicet cuilibet magistro fabricatori incisori lapidum et scappatori gr. aur. 15, cuilibet manipulo gr. aur. 7, cuilibet homini habenti 2 asinos gr. 15, et cuilibet homini habenti 1 asinum tantum gr. aur. 11 . . . per diem, pro illis videlicet diebus tantum, quibus continue in operibus ipsis erunt. expensas vero omnes faciendas per expensorem predictum, quas sub periculo tuo per eum fieri volumus, ita quod de hiis tenearis plenam et debitam ponere nostre curie rationem et de omni defectu, si quis in hiis affuerit, satisfacere et plenarie respondere, dictus expensor facere debet ad requisicionem et iuxta provisionem et cum plena noticia et consciencia predicti Iohannis; ita quod nichil de omnibus et singulis expensis ipsis et aliis negocium ipsum contingentibus conscienciam suam lateat, set plene sciat et videat ad oculum et intellectum omnia et singula, que expendantur pro operibus supradictis. et fiant de hiis omnibus duo quaterni consimiles continentes seriatim particulariter et distincte, quicquid pro ipsis operibus expendetur de die in diem, pro qua re vel servicio et quibus solvetur, et ad quam etiam rationem; unus videlicet per eundem expensorem, qui sigilletur sigillo ipsius Iohannis tue rationis tempore producendus et alius per eundem Iohannem, qui sigilletur sigillo expensoris ipsius producendus per eundem Iohannem eodem tempore rationis, ut debita collacio fieri valeat de utroque, cum, si dictus expensor preter plenam noticiam et conscienciam dicti Iohannis aliquid expenderet pro operibus ipsis, nolumus exnunc in tuo racionio computari. et nichilominus de omnibus et singulis expensis huiusmodi recipiantur per expensorem eundem pro parte tua ydonee apodixe et cautele alie oportune in forma

<sup>a)</sup> si.

puplica, in quibus apponatur sigillum dicti Iohannis, simul cum quaternis predictis in tuo raciocinio assignande. et ecce, quod predicto Iohanni per litteras<sup>1)</sup> nostras iniungimus, ut circa celere complementum dictorum operum cum omni festinancia sollicitudine et diligencia qualibet insistendo predicta omnia simul cum predicto expensore modo predicto diligenter et fideliter exequatur. tu vero, sicut unquam celsitudini nostre placere desideras et incurrere dubitas... iracundie nostre motus, sic celeriter efficaciter et prudenter acceleres complementum operum ipsorum, quod, ultra quam possimus scribere, residet cordi nostro, ut votis nostris exinde tuo studio laudabiliter satisfiat et tu exinde merito gratis effectibus<sup>2)</sup> operum commendandus occurras. . . . mandamus tibi preterea. . . . quod ad requisicionem et iuxta provisionem dicti prothomagistri operum lignaminum palacii nostri ipsius castri scandolas sufficientes pro cohoptura logie, que fieri debet ibi, fieri facias de arboribus castanearum silvestrium tantum non fructiferarum existentium in pertinentiis dicte terre Melfie et Rapolle et ad predictum castrum deferri, ponendas in cohoptura ipsa per aliquos bonos fideles et expertos magistros, per quos celeriter et diligenter negocium ipsum fiat, nulla in hiis fraude et negligencia committenda; faciens de predicta pecunia curie nostre tam pro incidendis dictis arboribus secandis et parandis ipsis scandalis quam deferendis calvandis et ponendis ipsis in dicta cohoptura expensas quaslibet oportunas; apodixas ydoneas de hiis, que dederis, recepturus et significaturus nobis et magistris racionalibus etc. per litteras tuas nomen et cognomen dicti expensoris per te statuendi et quantitatem pecunie, quam sibi assignaveris mense quolibet, necnon et sepe sepius, quam bene et sollicito in dictis operibus procedetur. volumus preterea et mandamus, ut cuilibet homini habenti 2 asinos exhiberi facias per diem gr. aur. 15 et, si hominem habentem 2 asinos non poteris invenire, homini habenti asinum 1 tantum gr. aur. 8 per diem facias exhiberi; multum enim dampnificaretur curia nostra, si homini habenti asinum 1 tantum gr. aur. 11 exhiberentur per diem. preterea mandamus tibi, ut pro opere fossati seu fundamenti eiusdem castri Melfie manipulos 40 facias invenire, quibus pro mercede eorum ad predictam rationem de gr. aur. 7 per diem de predicta pecunia similiter facias exhibere; quos manipulos 40 in predicto opere fossati seu fundamenti facias laborare. Dat. apud Lacumpensilem die XXVIII. augusti.

<sup>b)</sup> affectibus.

### 1108.

Lagopesole 1278 August 28.

RA 1278 D n. 31 f. 21<sup>a</sup>; Schluß auf f. 79<sup>a</sup>.

Iohanni Barbe vallecto. Cum celere complementum<sup>a)</sup> operis<sup>b)</sup> castri nostri Melfie, quod fiebat ad exaleum per iudicem Franciscum de terra ipsa, ultra quam possimus scribere, resideat cordi nostro, te... prepositum ipsorum operum duximus statuendum... mandantes, quatinus incontinenti ad castrum ipsum te personaliter conferas in arta persecucione omnimod(o) ipsorum operum cum omni studio... ferventer intendas et intendi facias, prout es inde per nostram excellentiam informatus; plene videns et sciens ad oculum et intellectum omnia et singula, que expendentur pro operibus ipsis per expensores ipsorum operum statuendos instanter per... iusticiarium Basilicate, cui exinde nostras litteras<sup>2)</sup> destinamus. ita quod nichil penitus de expensis ipsis et aliis omnibus et singulis negocium ipsum tangentibus conscienciam tuam lateat... expensori autem predicto... per dictum iusticiarium exhiberi mandamus mense quolibet pro expensis ipsorum operum unc. aur. 50... et ultra, si plus et quantum fuerit oportunum; et quod exhibeat etiam die quolibet pro operibus ipsis magistros fabricatores 24 et manipulos 120, scappatores lapidum 16 et incisores lapidum 12, necnon et animalia cum eorum ductoribus necessaria pro deferendis calce lapidibus arena terra et aliis oportunis, quibus mercedem eorum per eundem expensorem exhiberi mandamus ad rationem subscriptam *usw. mutatis mutandis wie n. 1107*. Dat. apud Lacumpensilem XXVIII. augusti.

<sup>a)</sup> complemento.

<sup>b)</sup> operum.

### 1109.

Lagopesole 1278 September 2.

I. RA 1277 F n. 28 f. 185<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 138<sup>a</sup>. — Auszug: Schulz IV 68 n. 178.

Iusticiario Basilicate. . . . precipimus, quatinus... tot manipulos... ad castrum nostrum Melfie mittere debeas, . . . quot... necessarij pro eodem opere fuerint... qui manipuli coram Iohanne Barba vallecto et familiare nostro preposito ipsius operis... se presentent... mandamus etiam tibi . . . . quod... fieri facias... pro predicto opere quinque calcarias bonas de calce, ubi eas iudex Franciscus de Melfia fieri facere incepit; et si calcarie ipse non sufficerent, facias fieri... calcarias alias sufficientes. ex quibus habeatur de calce in sufficienti et necessaria quantitate ad laborandum continue in predicto opere cum magistris

<sup>1)</sup> n. 1108.      <sup>2)</sup> n. 1107.

fabricatoribus 24 et manipulis oportunis. . . predictis enim manipulis. . . de mercede eorum per expensorem dicti operis, sicut aliis manipulis in opere ipso laborantibus, satisfiet. Dat. apud Lacumpensilem mense septembris, II. eiusdem, VII. ind.

II. RA 1278 /79 H n. 33 f. 74<sup>a</sup>.

Iusticiario Principatus. . . precipimus, quatinus. . . magistros muratores. . . 14. . . ad castrum nostrum Melfie mittere debeas, presentandos ibidem Iohanni Barbe. . . ad tardius usque ad proximo futurum festum nativitatis beate Marie presentis mensis septembris. . . predictis enim magistris. . . de mercede eorum per expensorem dicti operis sicut aliis magistris. . . satisfiet. . . Dat. apud Lacumpensilem. . . 1278, die II. septembris, VII. ind.

1110.

Lagopsole 1278 September 6.

RA 1277 F n. 28 f. 185<sup>a</sup>. RA1278/79 H n. 33 f. 138<sup>ab</sup>. — Auszug: Schulz IV 68 n. 179. Cerone, in Arch. stor. Nap., N. S. III 9 not. 3.

Iusticiario Basilicate. [1] Per litteras tuas. . . accepimus, te incepisse iam facere fieri calcarias calcis, quas per te pro opere castrum nostri Melfie fieri mandavimus<sup>1)</sup>, ita quod cito erunt complete, et cum tibi mandaverimus, ut totam calcem huiusmodi Iohanni Barbe preposito ipsius operis valletto familiari et fideli nostro faceres assignari, ipse Iohannes dicit, ut scripsisti, se nolle calcem ipsam recipere nec tibi inde nec commissariis tuis facere aliquam apodixam: super quo tibi duximus taliter respondendum, quod ecce eidem Iohanni. . . iniungimus, ut tam ipse quam expensor per te in eodem opere statuendus<sup>2)</sup> calcem ipsam. . . recipere debeant, in opere ipso, sicut expediens fuerit, convertendam. . . mandantes, quatinus calcem huiusmodi eis pro opere ipso assignes. . . tu vero super facienda fieri calce ipsa sic instes. . . , quod de calce huiusmodi in opere ipso ad sufficienciam habeatur et in opere ipso, circa cuius celere complementum ardentem et summopere intendas. . . — prout habes tam per litteras quam oretenus a nostra celsitudine expressius in mandatis, et prout illud scis nostro satis desiderio residere —, occasione calcis aut quorumque aliorum necessariorum defectus aliquis non existat. [2] super eo autem, quod scripsisti. . . , quod magistris fabricatoribus scappatoribus et incisoribus lapidum manipulis et someriis cum ductoribus eorum predicti operis satisfaciendum est de mercede eorum a die lune XXIX. mensis augusti proximo preteriti, quo die iudex Franciscus olim extallerius ipsius operis captus<sup>3)</sup> extitit, usque ad diem Veneris II. . . presentis. . . septembris, quo die Iohannes Barba predictus incepit in eodem opere nostro nomine facere laborare, et idem Iohannes mercedem ipsorum non vult in quaternis expensarum eiusdem operis facere annotare pro quatuor diebus, quibus in opere ipso non fuit: ecce quod mag. Bansolino prothomagistro ipsius operis. . . iniungimus, quod nomina et cognomina ipsorum magistrorum. . . manipulatorum et numerum someriorum cum eorum ductoribus, et si satisfaciendum est eis pro eisdem diebus, an non, et ad quam rationem satisfaciendum est cui-libet eorundem pro mercede ipsorum, nobis. . . scribat; quibus litteris suis habitis, iniungemus, quod fuerit iniungendum. Dat. apud Lacumpensilem die VI. septembris VII. ind.

<sup>a)</sup> faciendus.      <sup>b)</sup> capere.

1111.

Lagopsole 1278 September 19.

RA 1277 F n. 28 f. 200<sup>a</sup>.

Iudici Bisancio de Vigiliis magistro salis curie in Apulia etc. [1] . . . precipimus, quatinus emas in continenti pro opere castrum Melfie trabes de abiete 150 pro faciendis chabronibus<sup>2)</sup> in opere logie predicti castrum, quamlibet videlicet ipsarum longitudinis cannarum 3 et crossitudinis medii pedis, meliori foro, quo pro curia nostra emi poterunt et haberi, de pecunia curie nostre officii tui, que est vel erit per manus tuas, et trabes ipsas ad predictum castrum Melfie cum iustis et necessariis expensis curie de predicta pecunia faciendis facias deportari, assignandas ibidem mag. Riccardo de Verberia<sup>3)</sup> pro logia supradicta; recepturus de hiis, que pro precio et delatura ipsarum trabium solveris, ab hiis, quibus soluta fuerint, et de ipsorum assignatione ab eodem mag. Riccardo ydoneas apodixas. et quantitatem totam pecunie, quam proinde solveris, nobis et magistris racionalibus magne curie nostre per tuas litteras significare procures. [2] preterea, quia mandavimus tibi per alias litteras<sup>4)</sup> nostras, ut fieri faceres clovorum de ferro 10000 pro clavandis lignaminibus terracie castrum nostri Melfie et mitteres ad predictum castrum assignanda mag. Petro de Angicurt vel ordinato suo in castro predicto, . . . precipimus, quatinus predictos clovos iuxta predicti mandati nostri tenorem

<sup>1)</sup> n. 1102 I.

<sup>2)</sup> Vgl. n. 849 § I und n. 1099.

<sup>3)</sup> Sonst Barbara.

<sup>4)</sup> n. 1099.



ad predictum castrum mittere non postponas, assignandos ibidem mag. Petro predicto, si clovos ipsos non misisti. Dat. ibidem (apud Lacumpensilem) die XIX. septembris.

**1112.**

Lagopsole 1278 September 20.

I. RA 1277 F n. 28 f. 185<sup>b</sup>.

Iohanni Barbe et expensori operis castri Melfie. Scire vos volumus, quod... iusticiario Capitate... precipimus<sup>1)</sup>, ut incontinenti inveniat apud Luceriam et mittat apud Melfiam presentandos<sup>a)</sup> vobis ad tardius usque per totum... XXV. presentis mensis, quo die ibi esse proponimus... manipulos Saracenos 100... asinos 100... cum apparatus eorum et personis 50... non gargionibus neque senibus: quocirca... precipimus, quatinus in opere ipsius castri... sollicite intendatis... et huiusmodi manipulis mercedem eorum et loerium sumeriorum ipsorum ductoribus eorum... ad eandem rationem, ad quam exhibentur per iudicem Angelum de Vincencio de Fogia et socium expensores operum fortellicie castri nostri Lucerie, ... debeatis exhibere... Dat. apud Lacumpensilem die XX. septembris.

<sup>a)</sup> presentando.

II. RA 1278/79 H n. 33 f. 106<sup>b</sup>.

Eidem (iusticiario Capitate). Schreiben gemäß n. I. Dat. apud Lacumpensilem die XX. septembris.

**1113.**

Lagopsole 1278 September 22.

RA 1278 B n. 30 f. 16<sup>a</sup>.

Iohanni Barbe et expensori operis<sup>a)</sup> castri Melfie. [1] Quia intelleximus per litteras tuas, Iohanne Barbe, quod non habetis calcem, unde possitis in opere dicti castri plenarie laborare, mirantes inde et moti contra vos non modicum, ... mandamus, quatinus apud coscumque<sup>b)</sup> et ubicumque calcem invenire poteritis<sup>c)</sup> in terra Melfie, quod diligenter inquiratis, pro parte curie nostre capiatis et captam in opere predicto convertatis. nos enim precium pro calce, quam capi facietis<sup>d)</sup>, per iusticiarium [Basilicate]<sup>e)</sup> solvi integre faciemus. et significetis nobis et predicto iusticiario, quam quantitatem propterea ceperitis, particulariter et distincte. [2] et quia significastis etiam, quod calcarie facte in Melfia pro opere castri predicti non bene sufficiunt pro continuo labore ipsius castri, volumus et mandamus vobis, quod ultra ipsas, quas fieri facitis ad presens, tantas alias calcarias fieri faciatis, quod possitis in opere ipso continue facere laborari, ita quod occasione calcis in labore ipso defectus aliquis non emergat. et si precium eisdem solvi non feceris, faciemus eis restitui calcem pro calce. Dat. apud ibidem (Lacumpensilem) XXII. (septembris).

<sup>a)</sup> operi. <sup>b)</sup> so Reg. <sup>c)</sup> fehlt Reg. <sup>d)</sup> facatis. <sup>e)</sup> im Register sehr verstümmelt; anscheinend Casal.

**1114.**

Melfi 1278 September 26.

RA 1277 F n. 28 f. 201<sup>a</sup>.

Iudici Bisancio de Vigiliis magistro salis curie in Apulia. ... precipimus, quatinus... emas... trabes 136, quarum quelibet<sup>a)</sup> sit longitudinis cannarum 3 et grossitudinis dimidii pedis manualis. cuius mesure fuerunt alie trabes, quas... emisti et ad castrum nostrum Melfie destinasti, et trabes ipsas mittas ad predictum castrum Melfie assignandas mag. Riccardo preposito operum lignaminum eiusdem castri ad opus operum predictorum... ita tamen, quod longitudo cuiuslibet ipsarum trabium cannas 3 aliquatinus non excedat. Dat. Melfie die XXVI. septembris.

<sup>a)</sup> Im Reg. statt quarum quelibet nur quarumlibet. <sup>b)</sup> fehlt Reg.

**1115.**

Melfi 1278 September 30.

RA 1278/79 H n. 33 f. 43<sup>a</sup>.

Iusticiario Terre Laboris. Sciat fidelitas tua, quod Leonardus Biscontus, Iacobus de Constancia et Nicolaus Romanus magistri muratores de Aversa... presentaverunt se in opere castri nostri Melfie XXII. ... augusti VI. ind. ... et ab ipso die inantea laboraverunt in opere ipso et laborant. propter quod... precipimus, quatinus bona eorum, que... arrestari fecisse diceris occasione, quod tibi non constabat de representatione ipsorum, ... restituas... Dat. Melfie die ultimo septembris.

<sup>1)</sup> n. II. <sup>2)</sup> Der unleserliche Name wird doch wohl aus Basilicate verstümmelt sein, obgleich das Register der Mandate an den Justitiar dieser Provinz für jene Zeit vollständig erhalten ist und sich dort kein entsprechendes Schreiben findet.

**1116.**

Melfi 1278 Oktober 1.

I. RA 1278;79 H n. 33 f. 43<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Laboris). . . precipimus, quatinus. . . subscriptis magistris de iurisdictione tua, videlicet Iohanni de Amodeo, Martutio socio eius et sex aliis magistris muratoribus de Aversa, Sergio Felici et tribus sociis eius de Neapoli . . . mandantes. . . quod ad opus castri nostri Melfie ad laborandum ibidem se conferant. . . ita quod per totum diem X. . . octubris in opere ipso. . . sint presentes. . . ipsos. . . transmittas instanter. . . Dat. Melfie I. octubris VII. ind.

II. RA 1278;79 H n. 33 f. 43<sup>a</sup>.

Iusticiario Principatus. . . precipimus, quatinus. . . subscriptis magistris de iurisdictione tua, videlicet mag. Ricardo, mag. Bruno, mag. Iacobo de Carsilla, mag. Andree, mag. Thomasio de Iusualdo de Aquaputida, mag. Nicolao, mag. Synibaldo, mag. Benevenuto et mag. Rogerio de Bosso de Frequento. . . etc. ut supra, ita quod per totum VIII. . . octubris etc. . . ut supra. Dat. ut supra (Melfie I. octubris VII. ind.).

**1117.**

Melfi 1278 Oktober 1.

RA 1277 F n. 28 f. 201<sup>a</sup>. RA 1278 B n. 30 f. 16<sup>b</sup>.

Iudici Bisancio magistro salis curie in Apulia. . . precipimus, quatinus. . . emas tabulas de simia 500 et fieri facias et emas clovorum de terna, quorum quilibet sit longitudinis digitorum 3, 4000 . . . et tabulas et clovos ipsos mittas ad opus castri nostri Melfie. . . assignandos mag. Riccardo preposito marraminum ipsius operis. . . et si clovos ipsos factos inveneris, ipsos sic factos emas et mittas, ut brevius habeantur. Dat. Melfie die I. octubris.

**1118.**

Melfi 1278 Oktober 1.

Siche n. 612.

**1119.**

Melfi 1278 Oktober 7.

RA 1278 B n. 30 f. 18<sup>a</sup>.

Riccardo militi et Leoni<sup>a</sup>) Muto de Luceria Saracenorum etc. . . precipimus, quatinus. . . eligatis in Luceria manipulos 50. . . necnon asinos 50. . . cum conductoribus eorum 50. . . et ipsos. . . mittatis apud Melfiam, presentandos coram Iohanne Barba vallecto nostro et sociis expensoribus operum castri Melfie, per ipsos. . . in predictis operibus deputandos, ita quod per totum diem dominicum VIII. . . octubris coram predictis expensoribus. . . se presentent. et si aliqui<sup>b</sup>) de conductoribus ipsis vellent ducere duos asinos. . . , placent nobis, dummodo<sup>c</sup>) sint asini 50, ut superius est expressum. Dat. Melfie VII. octubris VII. ind.

<sup>a</sup>) Leo.    <sup>b</sup>) aliquis.    <sup>c</sup>) hierauf im Reg.: non.

**1120.**

Melfi 1278 Oktober 7.

RA 1278 B n. 30 f. 19<sup>a</sup>.

Iudici Bisancio de Vigiliis magistro salis curie in Apulia. . . precipimus, quatinus. . . emas. . . de ferro de Mallbacta<sup>a</sup>) decenas 60 et ferrum ipsum. . . mittas ad castrum nostrum Melfie assignandum mag. Riccardo preposito marraminum operis ipsius castri, per eum, sicut expediens fuerit, in dicto opere convertendum. . . Dat. Melfie die VII. octubris.

<sup>a</sup>) so Reg. mit großem Anfangsbuchstaben.

**1121.**

Melfi 1278 Oktober 15.

RA 1278 B n. 30 f. 20<sup>a</sup>.

Iohanni Barbe vallecto et familiari, mag. Riccardo de Berber(ia) prothomagistro operis lignaminum castri Melfie, et expensori operum eiusdem castri. . . Cum Antelmum de Montiliis militem. . . castellanum castri Melfie . . . duxerimus statuendum et velimus, ut de tota pecunia, que expendetur pro expensis singulis omnium operum, que fiunt in castro ipso. . . , plenam noticiam et conscienciam habeat, et sicut et quando pecunia ipsa solvetur singulis magistris muratoribus, scappatoribus et incisoribus lapidum, manipulis, ductoribus animalium, magistris lignaminum et quibuscumque aliis personis, pro quibuscumque rebus et serviciis necessariis pro operibus ipsis ad oculum et intellectum sciat et videat, et videat etiam et plene sciat, quot et qui magistri muratores, scappatores, incisores lapidum, manipuli, carpenterii, homines habentes animalia et queque alie persone die quolibet laboraverint et deputate fuerint in opere dicti

castri, et res singulas, que ementur pro operibus ipsis, a quibus, ad quam rationem, pro quanta pecunie quantitate, ita quod de hiis omnibus nichil conscienciam suam lateat: . . . mandamus, quatinus omnia, que necessaria et oportuna fuerint pro operibus ipsis, ipso castellano presente vidente et sciente facere debeatis. . . nichilominus volumus, quod dictus castellanus redigi faciat in quaterno suo totam quantitatem pecunie, quam iusticiarius Basilicate vobis exhibuit pro expensis faciendis in opere dicti castri. . . Dat. Melfie XV. octubris.

**1122.***Manfredonia 1278 Oktober 24.**RA 1277 F n. 28 f. 186<sup>a</sup>. RA 1278 79 H n. 33 f. 110<sup>a</sup>.*

Iusticiario Basilicate etc. Cum subscriptos vallectos familiares et fideles nostros in opere castri nostri Melfie ad subscripta servicia nostra deputaverit celsitudo, videlicet Iohannem Barbam prepositum et super videndis et sciendis omnibus et singulis expensis ipsius operis, sicut te alias nostre super opere ipsius castri tibi transmissae littere<sup>1)</sup> docuerunt, et Guilielmum de Limogia, Guilielmum de Leone et Iohannem de Bulione, Martinum Bulicannum, Guilielmum de Gocigres et Iohannem de Aprucio super sollicitandis et stimulandis magistris manipulis et personis singulis in eodem opere laborantibus, quod non vacent set continue bene et diligenter in opere ipso laborent, . . . mandamus, quatinus eisdem vallectis a XVI. presentis mensis octubris huius VII. ind. usque nunc et inantea, donec continue in serviciis ipsis erunt, mense quolibet de quacumque fiscali pecunia, que est vel erit per manus tuas, et in defectu alterius pecunie curie de pecunia presentis generalis subvencionis in tua iurisdictione impositae gagia eis per curiam nostram statuta ad rationem subscriptam debeas exhibere: videlicet predicto Iohanni Barbe pro se gacione uno et equis duobus, si ipsum gacionem et equos duos habeat, ad rationem de tar. 2 per diem, predictis Guilielmo de Leone et Guilielmo de Limogia pro personis eorum duobus gacionibus et tribus equis, si ipsos gaciones et tres equos habeant, ad rationem de tar. 1<sup>1/2</sup> pro quolibet eorum, Iohanni Buliano, qui cum Iacobo Lombardo vallecto nostro non existente in opere ipso debet habere gaciones duos et equos tres, si idem Iohannes Bulbonus habeat gacionem unum et equum unum, quia dictus Iacobus morans in serviciis debet habere equos duos et alium gacionem unum, necnon predictis Martino Bulicanno, Guilielmo Gocigres et Iohanni de Aprucio, si quilibet ipsorum habeat gacionem unum et equum unum, ad rationem de tar. 1 pro quolibet ipsorum Iohannis Bulioni, Martini Bulicani, Guilielmi de Gocigres et Iohannis de Aprucio per diem ponderis generalis; recepturus de hiis, que dederis, ad tui cautelam ydoneas apodixas. et si forte vallecti ipsi vel aliquis eorum in opere ipso continue non fuerit, quod caute et diligenter inquiras et scias, in solucione, quam eis feceris, deducas illis, qui in eo non continue fuerint, eorum gagia ad rationem predictam pro illis diebus, qui continue non fuerint in opere supradicto, et id pro curia nostra retineas; et huiusmodi defectum eorum, et quid et quantum cui-libet ipsorum deduxeris et pro curia nostra retinueris, pro quot et quibus diebus et quantitatem pecunie, quam cui-libet ipsorum pro huiusmodi gagiis ipsorum solveris, et pro quo tempore celsitudini nostre et magistris racionalibus etc. per litteras tuas vice qualibet studeas intimare. Dat. apud Manfredoniam die XXIII. octubris.

**1123.***Barletta 1278 Oktober 28.**RA 1278 B n. 30 f. 23<sup>a</sup>.*

Expensoribus operis<sup>a)</sup> castri Melfi. Cum mag. Banzolinus prepositus operis castri nostri Melfie sit de processu ipsius operis per nostram excellenciam plenius informatus. . . precipimus, quatinus iuxta ordinationem nostram, quam sibi in scriptis dari fecimus et prout est etiam per nostram excellenciam plene instructus, in ipso opere procedatis. . . Dat. Baroli XXVIII. octubris VII. ind.

<sup>a)</sup> fehlt Reg.**1124.***Trani 1278 November 20.**I. RA 1277 F n. 28 f. 187<sup>a</sup>.*

Iohanni Barbe preposito et superastanti et expensoribus operis castri Melfie. Ecce quod ad vos ad opus castri nostri Melfie mitti mandamus<sup>2)</sup> per iusticiarium Terre Bari de Trano Vigilii et Botonto magistros scappatores lapidum 12, quos retineatis in opere castri Melfie et faciatis eos in eodem opere continue laborare; exhibentes eis mercedem. . . usque per totum mensem februarii nuper venturum ad rationem de gr. aur. 12, eo quod dies laboris parvi sunt, et extunc inantea ad rationem de gr. aur. 15. . . per diem pro quolibet eorundem. . . Dat. Trani die XX. novembris.

<sup>1)</sup> n. 1108.<sup>2)</sup> n. 11.

II. RA 1278/79 H n. 33 f. 161<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Bari). *Schreiben gemäß n. I. Dat. Trani XX. (novembris) VII. ind.*

**1125.**

*Lucera 1278 Dezember 15.*

RA 1278/79 H n. 33 f. 141<sup>b</sup> bis 142<sup>a</sup>; inseriert in RA 1279 A n. 34 f. 187<sup>b</sup> bis 188<sup>a</sup>; RA 1279/80 A n. 36 f. 29<sup>ab</sup> (unten n. 1158).

Eidem iusticiario (Basilicate). Cum subscriptos quatuor vallectos Provinciales in comitiva Antelmi de Montiliis militis castellani castrum nostri Melfie duxerimus deputandos, quos secum in castrum ipso retineat, . . . eos superstantes ordinet in operibus nostris, que in eodem castrum Melfie construuntur; quibus eorum gagia ad subscriptam rationem et pro subscripto numero equorum providimus exhibenda: videlicet quod singuli eorum duo habeant equos tres, inter quos sit unus somerius, et garziones duos, et recipiant pro gagiis eorum mense quolibet unc. aur. 3 . . . nomina vero vallectorum ipsorum sunt hec: videlicet Frisolus de Gorda, Guilielmus Seniket<sup>1</sup>) et Guilielmus Alfantus et Guilielmus<sup>a</sup>) Curtus. Dat. Lucerie XV. decembris.

<sup>a</sup>) Die Worte Alfantus et Guilielmus fehlen im Reg. 33.

**1126.**

*Lucera 1278 Dezember 17.*

RA 1277 F n. 28 f. 188<sup>ab</sup>.

Expensoribus<sup>a</sup>) operis castrum Melfie. Cum mandemus . . . iusticiario Basilicate . . . , quod ad requisicionem Antelmi de Montellis militis castellani castrum Melfie, Iohannis Barbe vallecti credencerii et mag. Banzolini prothomagistri operis castrum predicti, inveniat et assignet eis in opere ipso . . . pro faciendo attractu pro eodem opere scappatores lapidum 20, incisores lapidum 20 et asinos . . . 30 cum ductoribus eorum . . . : precipimus, quatinus predictis scappatoribus et incisoribus lapidum . . . mercedem eorum ad rationem de gr. aur. 12 per diem pro quolibet ipsorum usque per totam primam medietatem mensis februarii proximo futuri, qui dies laboris parvi sunt, et extunc inantea, qui incipient crescere dies, ad rationem de gr. aur. 15 . . . , necnon loerium predictorum someriorum et ductorum eorum . . . exhibere curetis . . . inveniri etiam ad assignari mandamus in eodem opere per eundem iusticiarium manipulos 8, quibus mercedem eorum ad rationem de gr. aur. 5 pro quolibet ipsorum per diem usque per totam primam medietatem predicti mensis februarii et deinde inantea ad rationem de gr. aur. 7 . . . exolvere debeatis. Dat. Lucerie die XVII. decembris.

<sup>a</sup>) expensori.

**1127.**

*Neapel 1279 Januar 18.*

Siehe n. 283 IV.

**1128.**

*bei Capua 1279 Februar 19.*

RA 1278/79 H n. 33 f. 142<sup>b</sup>.

Eidem (iusticiario Basilicate) etc. Litteras et capitula tua maiestati nostre transmissa benigne recepimus et ea intelleximus diligenter. [1] quod autem significasti nobis, cantones et lapides pro opere castrum nostri Melfie diversis locis incisos sumeriis ad deferendos ipsos specialiter deputatis propter magnitudinem suam et asperitatem viarum ad predictum castrum deferre nullo modo valentibus, necessario providisti, ut quatuor currus fieri debeant et parari cum bubus necessariis ad trahendos eosdem pro ipsis lapidibus et cantonibus ad predictum castrum continue deferendis: . . . mandamus, quatinus currus ipsos fieri et parari facias, sicut decet, cum quibus lapides et cantones predicti per vias, unde habiliter currus transire valeant, ad predictum castrum Melfie cum commoditate portentur; per vias autem, unde transire currus ipsi non possunt, cum sumeriis ad hoc deputatis lapides et cantones huiusmodi facias sine mora deferri. [2] ad aliud capitulum continens, quod pro operibus dicti castrum est non modica calcis quantitas oportuna, pro qua facienda et coquenda in calcariis maximam quantitatem lignorum haberi oportet, in qua, si deferetur a nemore, maximas expensas curia nostra subiret, cum vix ad deferendum ligna ipsa ab eodem nemore semel tantum dicta via sufficeret, propter quod nostrum beneplacitum postulasti, quod de foresta Lavelli et aliis forestis prope sistentibus genestras et frascas pro coquenda calce in calcariis ipsis permittamus incidi: scire te volumus, quod beneplacitum nostri est, quod pro predictis calcariis coquendis genestras et fras-

<sup>1</sup>) Im Reg. 34 heißt er: Seniberus und unten n. 1173: Siniherius und Siniaberius (Sinib'erius). Augenscheinlich sind alle diese Namensformen verstümmelt aus Sinehabere (= Sansavoir). Vgl. Durrieu II 378.

cas sufficientes incidi facias in predictis nemore Lavelli et forestis prope sistentibus, abinde per homines ad hoc deputatos et inantea deputandos cum bubus et sumeriis eorum ad predictum castrum nostrum pro eisdem calcariis continue deferendas. et ecce custodibus dicti memoris Lavelli seu foreste et aliarum forestarum prope sistencium nostris damus litteris in mandatis, quod ad requisitionem tuam frascas et genestras predictas sufficientes pro calcariis ipsis coquendis de forestis ipsis, quociens opus erit, sine difficultate qualibet incidi permittant. tu quoque circa predicta opera ipsius castri sic sollicitus pervigil et studiosus existas, quod in eodem opere continue procedatur et apud excellenciam nostram possis merito commendari; cavens, ne pretextu incisionis genestrarum et frascarum huiusmodi alia ligna seu lignamina de forestis ipsis in dampnum ipsarum aliquatenus incidantur vel maior seu alia genestrarum et frascarum quantitas incidatur, quam que sit pro huiusmodi negotio oportuna. Dat. apud turrin die XIX. februarii.

## 1129.

bei Capua 1279 Februar 19.

RA 1277 F n. 28 f. 227<sup>b</sup>. — Schulz IV 74 n. 194.

Iusticiario Terre Bari etc. Cum subscripta lignamina pro opere castri nostri Melfie necessaria reputentur, . . . mandamus, quatinus statim . . . lignamina ipsa, que inferius subscribuntur, de quacumque pecunia curie nostre, que undecumque est vel erit per manus tuas, et in alterius pecunie curie defectu de pecunia presentis generalis subvencionis, quam per te nuper in iurisdictione tua imponi et recolligi mandavimus, emere debeas precio, quo pro curia nostra poteris, meliori et ea cum iustis necessariis et moderatis expensis curie de predicta pecunia faciendis ad predictum opus mittere studeas assignanda<sup>a</sup>) ibidem mag. Riccardo de Barbaria protomagistro lignaminum ipsius operis et in eodem opere convertenda, sicut fuerit opportunum. emas etiam de predicta pecunia subscriptam quantitatem clovorum, si eos factos inveneris, ad hoc ut brevius habeantur, vel si factos eos non inveneris, fieri facias ac factos eidem mag. Riccardo ad predictum opus modo predicto mittere studeas sine mora; a quo magistro de assignacione, a venditoribus de precio et a delatoribus de delatura ipsorum lignaminum et clovorum recipias vel recipi facias ad tui cautelam ydoneas apodixas; ita tamen, quod predictus mag. Riccardus de lignaminibus et clovis ipsis computum nostre curie ponere teneatur. predicta vero quantitas lignaminum et clovorum hec est: videlicet tabule serratie de abiete 600, quelibet ipsarum longitudinis cannarum 3 amplitudinis unius palmi et quarte, grossitudinis digitorum 2; tabule de simia 400; palagane de Veneciis 2000; clovorum de quaderna pro solaribus turrium 4000 et aliis serviciis faciendis ibidem; clovorum de terna pro tabella etiam tabulanda et pro clavandis ipsis palanganis 20000; planconi de abiete pro faciendis solariis turrium, quilibet ipsorum longitudinis cannarum 2 et grossitudinis in qualibet facie unius palmi et quarte, pro serrandis eis 30. volumus etiam et mandamus, quod certificatus per litteras Poncii de Blancoforte iusticiarii Basilicate fidelis nostri, cui exinde litteras nostras dirigimus, de quantitate ferri et aczari, que pro operibus predicti castri Melfie fuerit oportuna, quantitatem ipsam meliori, quo poteris, precio de predicta pecunia emere debeas ad illam rationem videlicet, ad quam ferrum et aczarium per curiam nostram et pro serviciis nostris emuntur; ita tamen, quod propterea per dohanerios seu cabellotos illarum terrarum, in quibus ferrum et aczarium ipsum emeris, ad quorum officium ius ferri et aczari pertinet, nulla penitus excomputacio nostre curie proponatur; et ferrum et aczarium ipsum emptum ad predictum opus castri Melfie cum iustis et necessariis expensis de predicta pecunia faciendis mittere studeas ibidem eidem iusticiario assignanda et in opere ipso convertenda, sicut fuerit opportunum; a quo de ipsius assignacione, a venditoribus de precio et a delatoribus de delatura recipias ad tui cautelam ydoneas apodixas. et quantitatem pecunie, quam pro predictis omnibus solveris, quibus et ad quam rationem, et quantitatem etiam omnium predictorum lignaminum et clovorum, quam predicto mag. Riccardo, et quantitatem ferri et aczari, quam predicto iusticiario iuxta sui requisitionem assignari feceris in opere ipso, et quando, celsitudini nostre et magistris racionalibus magne curie nostre distincte et particulariter per litteras tuas scribas. Dat. apud turrin s. Herasmi prope Capuam die XVIII. februarii.

<sup>a</sup>) fehlt Reg.

## 1130.

bei Capua 1279 Februar 19.

RA 1277 F n. 28 f. 189. RA 1278 79 II n. 33 f. 117. — Schulz IV 74 n. 193 (unter Februar 18).

Eidem (iusticiario Basilicate) etc. Intellecto nuper per Iohannem Barbam vallectum familiarem et fidelem nostrum, quod mag. Petrus de Angicuria familiaris et fidelis noster olim die Mercurii XVIII. proximo preteriti mensis ianuarii providit fieri in operibus castri nostri Melfie. quod torciora et securiora exi-

stant, opera infrascripta, quia beneplaciti nostri est, quod opera ipsa iuxta provisionem et ordinationem predicti mag. Petri exinde habitam, que inferius denotantur, in operibus ipsis fiant et compleantur: . . . mandamus, quatinus statim. . . huiusmodi opera per eundem mag. Petrum provisiva in operibus ipsius castri per expensores eiusdem operis de quacumque pecunia curie nostre, que undecumque est vel erit per manus tuas, fieri facias et compleri. opera vero ipsa, que idem mag. Petrus ibidem de novo fieri providit, sunt hec: videlicet [1] quod idem mag. Petrus providit fieri in turreta parvula existente prope palatium magnum novum macciam unam de lapidibus et calce amplitudinis canne 1 et altitudinis cannarum 3, et<sup>a)</sup> ex parte lateris septentrionis et flumarie eiusdem amplitudinis et altitudinis. [2] item providet fieri extra ipsum palatium ex parte orientis in fundamento muri operis eiusdem palatii macciam unam, longitudinis cannarum 5<sup>1</sup>/<sub>2</sub>, crossitudinis cannarum 2 et altitudinis cannarum 4<sup>1</sup>/<sub>2</sub>. [3] item in cantone ipsius macchie providit fieri pilierium unum, oriens ab ipsa macchia, ascendens per rectitudinem cantonis ipsius palatii ex parte septentrionis usque ad fenestram superioris camere nostre, longitudinis palmorum 6 et crossitudinis palmorum 4. [4] item providit fieri pilierium unum ex parte iardeni in ipso cantone, ex parte interioris muri veteris, longitudinis canne 1 et crossitudinis palmorum 6 et altitudinis<sup>b)</sup> a sacio<sup>c)</sup> usque ad summitatem alterius pilierii. [5] item providit fieri duo alia pilieria extra murum palatii predicti ex parte septentrionis, versus flomariam, longitudinis canne 1 et crossitudinis palmorum 6 et altitudinis usque ad archerias ipsius palatii. [6] item providit fieri pilierium unum ex parte occidentis in cantone ipsius palatii, ex parte turris magne nove, longitudinis palmorum 10 et crossitudinis palmorum 6 et altitudinis usque ad archerias ipsius palatii. [7] volumus etiam et mandamus, quod provideas et provideri facias te presente quantitatem ferri et aççari, que pro operibus ipsis fuerit oportuna, et quantitatem ipsam statim iusticiario Terre Bari fideli nostro per litteras tuas significes ac eum requirere debeas, quod eam emat et ad te ad opus ipsum mittat in eodem opere convertendam, sicut fuerit oportuna; cui exinde speciales nostras litteras<sup>1)</sup> destinamus. Dat. apud turrim die XVIII<sup>a</sup>)<sup>2)</sup> februarii.

<sup>a)</sup> fehlt Reg. 28.

<sup>b)</sup> im Reg. 28: amplitudinis.

<sup>c)</sup> so Reg.

<sup>d)</sup> im Reg. 28: XVIII.

### 1131.

bei Capua 1279 Februar 22.

I. RA 1277 F n. 28 f. 189<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 143<sup>a</sup>. — Schulz IV 75 n. 197.

(Iusticiario Basilicate). Ad litteras tuas, quas nuper super opere castri nostri Melfie celsitudini nostre misisti, tibi duximus taliter respondendum: [1] super eo videlicet, quod scripsisti, quod mag. Bansolinus prothomagister ipsius operis petit<sup>a)</sup> habere in opere ipso quolibet die certum numerum magistrorum manipulorum et aliorum operariorum ac someriorum, quos ibi deputandos providit: volumus et mandamus, quod statim. . . invenias de terris iurisdictionis tue et in eodem opere deputes magistros fabricatores 30, manipulos 150 pro aptanda et conficienda calce, aptanda et trahenda arena et ministrandis ipsis fabricatoribus singulis oportunitis, manipulos alios 50 pro fodendis et faciendis fundamentis turrium et cisterna, incisores lapidum et cantonum 20, scappatores lapidum 20 et somerios cum eorum ductoribus 200, die quolibet incessanter. [2] continebant etiam ipse littere tue, quod predictus prothomagister requirit et petit habere magistrum carpentarium unum pro aptandis sparverii bayardi et aliis hedificiis ligneis pro diversis serviciis oportunitis: ad quod placet nobis et volumus, quod ipsum carpenterium similiter invenias et deputes pro ipso servicio faciendo. [3] ad aliud vero capitulum, per quod scripsisti, quod idem prothomagister requirit similiter et petit habere in ipso opere forgiam unam pro aptandis et reparandis ferramentis eiusdem operis et ferrum etiam proinde necessarium: placet nobis, quod forgiam ipsam fieri facias et in ea deputes magistrum unum fabrum cum uno discipulo suo; ferrum tamen proinde oportuna non emas, set totam quantitatem ferri pro ipso opere oportuna requiras et recipias a iusticiario Terre Bari, cui de ipsa emenda ad requisicionem tuam et tibi mittenda et assignanda litteras<sup>3)</sup> nostras direximus speciales, sicut alie littere<sup>4)</sup> nostre tibi super hoc misse plenius docuerunt; et ipso habito pro huiusmodi ferramentis reparandis et aptandis ferrum necessarium largiaris. [4] ad aliud etiam ipsarum litterarum tuarum capitulum, per quod supplicasti, quod certum numerum scappatorum fabricatorum et incisorum lapidum mitti mandaremus ad ipsum opus de partibus Terre Laboris et Principatus, cum in iurisdictione tua ipsorum copia non sit, unde possis de ipsis pro ipso opere ad sufficientiam ministrare, ne occasione ipsa in ipsis defectus intersit, et quod predictus numerus magistrorum fabricatorum scappatorum et incisorum per nos provisus continue

<sup>a)</sup> poterit.

<sup>1)</sup> n. 1129. <sup>2)</sup> Im Reg. 33 folgt das Dokument auf andere vom 19. Februar (vgl. n. 1128); daher hat das Datum des 19. Februar eine größere Wahrscheinlichkeit, als das Datum des 18. Februar.

<sup>3)</sup> n. 1129.

<sup>4)</sup> n. 1130 § 7.

in opere ipso penitus habeatur: ecce quod iusticiariis nostris Principatus et Terre Laboris satis expresse damus per nostras litteras in mandatis, quod incontinenti inveniunt et mittant ad te ad opus ipsum, iusticiarius videlicet Principatus<sup>1)</sup> scappatores lapidum 10 et fabricatores 10, et iusticiarius Terre Laboris<sup>2)</sup> scappatores tuorum 2 et incisores tuorum totidem. tu vero non desistas querere et invenire de terris iurisdictionis tue et in ipso opere deputare predictum numerum omnium personarum ipsarum et someriorum provisum et ordinatum per nos, ut superius dictum est, ita quod semper et cotidie totus predictus numerus modo predicto integre habeatur. quibus personis omnibus mercedem eorum per expensores ipsius operis iuxta statutum nostre curie, de quo te et eos bene credimus informatos, quod ad maiorem cautelam infra distinguitur, pro diebus laboratorii, quibus continue laborabunt, facias exhiberi: videlicet cuilibet predictorum scappatorum fabricatorum incisorum et carpentiorum ad rationem de gr. aur. 12; et cuilibet ipsorum manipulorum ad rationem de gr. aur. 6... per diem, usque per totum XV. proximo futuri mensis marcii, eo quod dies laboratorii parvi sunt; et deinde inantea usque per totam instantem estatem ad rationem de gr. 15 pro quolibet predictorum scappatorum fabricatorum incisorum et carpentiorum et gr. 7 pro quolibet manipulorum ipsorum dicti ponderis per diem, pro eo quod dies laboratorii maiores erunt; et tam infra quam post ipsum XV. martii et inantea predicto fabro deputando in predicta forgia facienda ad rationem de gr. 12 et discipulo suo ad rationem de gr. 6 necnon et cuilibet homini ducenti duos somerios gr. 15 et ducenti unum somerium gr. aur. 10 per diem... pecuniam vero pro ipso opere oportunam, sicut successive expediens fuerit et in eodem opere procedetur, expensoribus ipsis exhibere debeas de quacumque pecunia curie nostre, que undecumque sive ex proventibus officii tui sive ex quibuscumque residuis est vel erit per manus tuas<sup>3)</sup>, et in alterius pecunie curie defectu de pecunia presentis generalis subventionis, quam nuper in iurisdictione tua imponi et recolligi mandavimus. [5] et quia per easdem tuas litteras nostram celsitudinem consultasti, qualiter et cum cuius presentia et noticia expensores predicti expensas ipsius operis facere debeant, cum Iohannes Barba olim credencierius ipsius operis ab opere ipso sit absens, quia eundem Iohannem scançonarium nostrum ordinavimus, ne ob ipsius absenciam in hiis aliquis defectus existat: placet nobis et volumus, quod expensores predicti expensas omnes faciant in presentia et cum plena notitia et consciencia Antelmi de Montiliis castellani predicti castri Melfie, donec inde aliud ordinemus. [6] et in opere ipso procedi facias in hunc modum: videlicet in opere turrim et palatii iuxta ordinationem<sup>3)</sup> nostram, quam habes, ita quod in faciendis pilariis dicti palatii et ad faciendas et complendas turres inceptas procedatur exnunc; et etiam ad complendam cisternam; et ab octavo die post festum resurrectionis dominice primo futurum incipiantur laborari et fieri turres, que nondum incepte sunt, ita quod turris, que debet fieri in angulo, incipiatur primo; et quando elevata erit aliquantum in altum, incipiatur alia turris simplex, que est iuxta ipsam turrim; et omnia alia opera dicti castri fiant iuxta ordinationem nostram. [7] et quia idem Iohannes Barba celsitudini nostre dixit, quod homines Venusii promiserunt sibi pro opere ipso certam quantitatem calcis, de qua te et predictos expensores asserit informatos: placet nobis et volumus, quod calcem ipsam totam ab eisdem hominibus Venusii requiras et exigas in dicto opere convertendam. Datum apud turrim s. Herasmi XXII. februarii.

<sup>a)</sup> fehlt Reg.

II. RA 1278/79 H n. 33 f. 56<sup>a</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Laboris). *Befehl gemäß n. I § 4. Dat. apud turrim die XXII. februarii VII. ind.*

III. Similes facte sunt iusticiario Principatus, *gemäß n. I § 4. Dat. ut supra.*

1132.

bei Capua 1279 Februar 24.

RA 1277 F n. 28 f. 189<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 147<sup>b</sup>.

Iusticiario Basillate. Cum confisi de fide et legalitate Goffridi de<sup>a)</sup> Avenerii<sup>b)</sup>... ipsum superstantem et credencierium operis castri nostri Melfie... duxerimus statuendum et beneplaciti nostri sit, quod expensas omnes pro dicto opere faciendas ipso presente fiant... precipimus, quatinus, ipsum in opere ipso admittens, expensoribus ipsius operis mandare debeas, quod expensas omnes... faciant eo presente et... presente etiam... castellano eiusdem castri... et quia eundem Goffridum in servicio ipso expen-

<sup>a)</sup> Im Reg. 33: dicti.

<sup>b)</sup> Im Reg. 28: Aveneri. Vgl. n. 1137 und n. 1176.

<sup>1)</sup> n. III.

<sup>2)</sup> n. II.

<sup>3)</sup> n. 1130.

sis propriis nolimus laborare, . . . volumus, quod ei expensas suas . . . ad rationem de tar. aur. i per diem . . . largiaris. . . Dat. apud turrim s. Herasmi die XXIII. februarii.

**1133.**

bei Capua 1279 Februar 28.

RA 1278/79 H n. 33 f. 145<sup>b</sup>.

Eidem iusticiario (Basilicate). Ex parte iudicis Francisci de Melfia dudum extallerii operis castri nostri Melfie et subscriptorum fideiussorum suorum fuit expositum coram nobis, quod, cum tempore capcionis<sup>1)</sup> ipsius iudicis Francisci et fideiussorum ipsorum per te bona eorum fuerint . . . capta et mandaverimus tam dictum iudicem Franciscum quam ipsius fideiussores a carcere liberari ac eis restitui bona ipsa, tu occasione, quod iidem iudex Franciscus et fideiussores ipsos non habuerunt de restitutione ipsorum bonorum a nobis litteras speciales, eos super bonis ipsis molestas. . . unde, cum ipsi nuper coram vicemagistro iusticiario . . . dederint de stando iuri et iusticia facienda fideiussoriam cautionem, . . . mandamus, quatinus dictum iudicem Franciscum seu fideiussores suos . . . super bonis ipsis aliquatenus non molestes. . . *Es folgen die Namen der fideiussores.* Dat. apud turrim s. Herasmi ultimo februarii.

**1134.**

bei Capua 1279 März 12.

I. RA 1277 F n. 28 f. 192<sup>b</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 145<sup>b</sup> bis 146<sup>a</sup>.

Iusticiario Basilicate. [1] Quia significasti culmini nostro . . . , quod, cum mandaverimus tibi inter alia per quasdam responsales litteras<sup>2)</sup> nostras . . . , ut quatuor currus, quos provideras esse necessarios pro deferendis continue lapidibus et cantonibus ad opera castri nostri Melfie, fieri faceres et parari cum bubus necessariis pro ducendis ipsis, non expresso in eisdem litteris, de qua pecunia id exequi deberes, et dicis, te aliunde, quam de pecunia presentis generalis subvencionis pecuniam nostre curie non habere, propter quod supplicasti, mandari tibi, ut boves ipsos de pecunia ipsius generalis subvencionis emere debeas, et quod currus ipsos fieri et ad te mitti mandemus per iusticiarium Terre Bari, pro eo quod in partibus iurisdictionis sue comodius et utilius pro curia nostra fieri poterunt et haberi: placet nobis et volumus, quod boves ipsos in partibus iurisdictionis tue . . . in defectu alterius fiscalis pecunie de pecunia ipsius generalis subvencionis . . . emere debeas . . . et ecce quod pro emendis et mittendis tibi predictis curribus predicto iusticiario Terre Bari nostras litteras<sup>3)</sup> destinamus. . . [2] continebant eciam ipse littere tue, quod, licet mandaverimus<sup>4)</sup> tibi, quod quasdam maccias et quedam pileria de lapidibus et calce in palacio, turreta parvula et aliis partibus operum predictorum similiter de quacumque pecunia, que esset per manus tuas, fieri facias, tamen quia non habes aliam pecuniam, sicut dicis, curie nostre, nisi tantum de pecunia subvencionis ipsius, opera ipsa non potes fieri facere, nisi de exhibenda pro expensis ipsorum operum quantitate necessaria de pecunia eiusdem generalis subvencionis mandatum nostrum habeas speciale: super quo tibi similiter rescribentes iniungimus, ut pro expensis ipsorum operum de eadem pecunia generalis subvencionis sufficientem et necessariam exhibeas quantitatem. . . Dat. apud turrim die XII. marcii.

II. RA 1277 F n. 28 f. 228<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 171<sup>b</sup>.

Iusticiario Terre Bari. *Schreiben gemäß n. I.* Dat. apud turrim die XII. marcii.

**1135.**

bei Capua 1279 März 20.

RA 1278/79 H n. 33 f. 147<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario (Basilicate). Quia mag. Petrus de Angicuria fidelis noster presencialiter nobis exposuit, quod pridem, quando se contulit ad castrum nostrum Melfie pro designanda mazia et pilieriis eiusdem castri, designavit mag. Banzolino<sup>a)</sup> locum, in quo cisternam in castro ipso fieri debeat, necnon modum et formam ipsius cisterne: . . . precipimus, quatinus opus ipsius cisterne iuxta provisionem et designacionem ipsius mag. Petri eidem mag. Banzolino datam sic diligenter studiose et celeriter fieri facias et in complendis aliis et singulis operibus dicti castri iuxta provisionem et ordinationem nostram, cum ibi olim presentes fuimus, de singulis habitam sic pervigil studiosus et obsequiosus existas, quod studio et diligencia tua nostris in hoc beneplacitis et desideriis laudabiliter satisfiat et obsequiorum gratitudine comendandus existas. Data apud turrim s. Herasmi prope Capuam XX. marcii VII. ind.

<sup>a)</sup> Manzolino.

<sup>1)</sup> Siehe n. 1106.

<sup>2)</sup> n. 1128 § I.

<sup>3)</sup> n. II.

<sup>4)</sup> n. 1130.



**1136.**

RA 1278/79 H n. 33 f. 147<sup>a</sup>.

bei Capua 1279 März 26.

Iusticiario Basillate. Quia Guiocum de mon(asterio) s. Iohannis superstantem operum, que in castro Melfie . . . fiunt, loco mag. Banzolini de Lonegio inde ammoti<sup>a</sup>) . . . duximus statuendum, ut in opere ipso procedat . . . diligenter, . . . precipimus, quatinus eidem Guioceto . . . expensas ad rationem de tar. aur. 1, si equum unum in eisdem serviciis retinuerit, et si sine equo ipsum ibidem morari contigerit, ad rationem de gr. aur. 15 . . . debeas exhibere. . . a quo quidem Guioceto iuramentum . . . recipias, quod in operibus ipsis studiose . . . procedi faciat iuxta informationem mag. Petri de Angicurt, qui de provisione et ordinatione nostra ad plenum est super hoc nostre conscius voluntatis. Dat. apud turrim s. Herasmi XXVI. martii.

<sup>a</sup>) ammoto.

**1137.**

Siehe n. 1048.

bei Capua 1279 März 27.

**1138.**

RA 1277 F n. 28 f. 193<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 147<sup>b</sup>.

bei Capua 1279 April 5.

Iusticiario Basillate. Licet pridem<sup>a</sup>) mag. Bansilinum de Lonegio ab opere castri nostri Melfie amoverimus, sibi in eo alio substituto, et de dandis expensis substituto ipso ad certam rationem nostras . . . tibi miserimus litteras<sup>1</sup>) speciales, quia tamen eundem mag. Bansilinum in predicto opere castri Melfie providimus et duximus remittendum, dato sibi per nostras litteras in mandatis, ut ad opus ipsum incontinenti redeat et in eo superstet et prothomagister existat, sicut prius erat, . . . mandamus, quatinus eidem . . . statuta ei gagia . . . , ad rationem videlicet de tar. aur. 1 . . . per diem, . . . ab eo tempore, quo prius in opere ipso fuerat et exinde<sup>b</sup>) per te ei satisfactum non est, et erit inantea, . . . debeas exhibere. . . . Dat. apud turrim s. Herasmi V. aprilis.

<sup>a</sup>) pridie.

<sup>b</sup>) in beiden Registern: sibi inde.

**1139.**

I. RA 1277 F n. 28 f. 193<sup>b</sup>. RA 1278 B n. 30 f. 28<sup>a</sup>.

bei Capua 1279 April 6.

Expensoribus castri Melfie. Cum . . . iusticiario Principatus . . . iniungamus<sup>2</sup>), ut magistros incisores lapidum 20 et scappatores lapidum 12 . . . ad predictum opus transmittat . . . : precipimus, quatinus ipsis . . . mercedem . . . ad rationem videlicet de gr. aur. 15 . . . per diem . . . pro diebus tantummodo laboratorii mensis cuiuslibet tocus presentis estatis . . . exhibere curetis. . . . Dat. apud turrim s. Herasmi etc. die VI. aprilis.

II. RA 1278/79 H n. 33 f. 92<sup>b</sup>.

Eidem (iusticiario Principatus). Schreiben gemäß n. I. Dat. ibidem (apud turrim s. Herasmi) VI. aprilis.

**1140.**

RA 1278/79 H n. 33 f. 117<sup>b</sup>.

bei Capua 1279 April 12.

Eidem (iusticiario Basillate). Ex parte nobilis viri Galerani de Yvriaco militis etc. fuit nostre expositum maiestati, quod tu pro opere castri nostri Melfie fieri facias duas calcarias in foresta sua de Lavello, ubi genestre nequeunt inveniri, in qua inciduntur pro eisdem arbores meliores ipsius foreste, ita quod omnia animalia fugiunt ab eadem, licet alie silve propinquiores sint ipsi castro, de quibus ligna possunt haberi comodius et celerius pro calcariis supradictis: . . . mandamus, quatinus, si sint silve aliquae propinquiores castro predicto, accipiantur inde ligna et fiant ibi calcarie ipse, et si non sint, cum minori incomodo, quod fieri poterit, ab eadem foresta ligna accipiantur pro calcariis supradictis. Dat. apud turrim s. Herasmi XII. aprilis VII. ind.

**1141.**

I. RA 1277 F n. 28 f. 194<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 148<sup>a</sup>.

bei Capua 1279 April 19.

Eidem (iusticiario Basillate). Benigne receptis et intellectis litteris tuis super processu operis castri nostri Melfie . . . , [I] quia significasti per eas, quod ultra numerum magistrorum in opere ipso existencium

<sup>1</sup>) n. 1136.

<sup>2</sup>) n. II.

sunt adhuc ibi alii 20 magistri scappatores lapidum oportuni: ecce quod . . . iusticiario Terre Laboris et comitatus Molisii et . . . iusticiario Principatus . . . iniungimus<sup>1)</sup>, ut quilibet eorum magistros scappatores 10 . . . ad opus ipsum transmittat *usw. gemäß n. II.* quare . . . precipimus, quatinus magistros ipsos . . . recipi facias et in eodem opere ad laborandum . . . deputari. [2] et scripsisti etiam inveniri posse in dicta terra Melfie alios scappatores lapidum . . . 10, quos ibidem etiam esse asseris oportunos . . . : placet nobis et volumus, quod . . . tam eis quam aliis predictis 20 mittendis per dictos iusticiarios mercedem statutam ad rationem videlicet de gr. aur. 15 . . . per diem . . . infra presentem extatem . . . per expensores . . . exhiberi facias . . . et sic diligenter et sollicitate facias in opere ipso procedi, quod in adventu nostro . . . ad partes ipsas, qui erit in proximo . . . , possis exinde in conspectu nostro merito commendari. [3] et quia de exhibendis expensis predictis expensoribus per te statutis, ut scripsisti, auctoritate mandati nostri tibi super negotio predicti operis destinati numero tribus, videlicet Laurencio, notario Iacobo Tarallo et iudici Clemento de Melfia, . . . et uni scriptori eorum deputato cum eis pro scribendis expensis predicti operis, mandatum nostrum tibi transmitti similiter supplicasti: . . . mandamus, ut expensoribus ipsis et scriptori . . . expensas ad rationem de gr. aur. 6 ½ . . . pro quolibet eorum per diem, pro eo quod in domibus eorum sunt et propterea expensis ipsis debent esse contenti, . . . exhibeas . . . Dat. apud turrin s. Herasmi prope Capuam die XIX. aprilis.

II. RA 1277 F n. 28 f. 140<sup>b</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 63<sup>a</sup>. — Schulz IV 78 n. 204.

Iusticiario Terre Laboris. . . precipimus, quatinus . . . magistros scappatores lapidum 10 . . . ad castrum nostrum Melfie debeas destinare . . . , quorum cuilibet nomine mutui<sup>2)</sup> debeas exhibere . . . pro apparatu et expensis eorum in eundo tar. aur. 3 et gr. 15. . . Dat. apud turrin s. Herasmi die XIX. aprilis.

<sup>a)</sup> fehlt Reg.

III. Similes littere facte sunt iusticiario Principatus. Dat. ut supra.

#### 1142.

bei Capua 1279 April 20.

RA 1277 F n. 28 f. 194<sup>b</sup> bis 195<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 148<sup>a</sup>.

Eidem (iusticiario Basilicate). Cum Iohannem de Aprucio, Raynaldum de Cornu, Iohannem Bullonum et Stephanum de s. Quintino vallectos familiares et fideles nostros superstantes operis castri nostri Melfie duxerimus statuendos ad instandum in continuo aput magistros, manipulos et personas alias ipsius operis et accelerandum, quantumcumque plus poterunt, eiusdem operis complementum . . . precipimus, quatinus predictis vallectis quatuor a I. proximo futuri mensis madii huius VII. ind., usque ad quod tempus eis est de gagiis eorum de nostra camera satisfactum, et inantea . . . gagia eorum . . . exhibere procures, ad rationem videlicet de tar. aur. 1 pro quolibet predictorum Iohannis de Aprucio et Raynaldi de Cornu silicet pro equo uno cuilibet, et de tar. 1 ½ pro quolibet predictorum Iohannis Bulloni et Stephani de s. Quintino silicet pro equo uno et medio cuilibet per diem . . . Dat. apud turrin s. Herasmi prope Capuam anno . . . 1279, mense aprilis, XX. eiusdem, VII. ind.

#### 1143.

Siehe n. 624 I § 3.

bei Capua 1279 April 20.

#### 1144.

Siehe n. 300.

bei Capua 1279 April 24.

#### 1145.

RA 1278 B n. 30 f. 43<sup>a</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1279 p. 13.

Neapel 1279 Juni 17.

Preposito et expensoribus operis castri Melfie etc. Cum hiis diebus in brevi recedere de Neapoli felici omine disponamus et versus Melfiam dirigere gressus nostros, ita quod octavo post festum beati Petri proximo futurum infallibiliter ibi<sup>3)</sup> erimus duce Deo, fidelitati vestre super diligenti et efficaci processu nostro operum dicti castri presentes<sup>4)</sup> nostras sollicitatorias litteras destinamus, firmiter iniungentes, quatinus statim receptis presentibus ipsorum operum celere complementum sic festinetis et acceleretis instanter, illam curam et studium apponatis, sic vos in hiis promptos et sollicitos impendatis, quod in ipso adventu nostro palacium inveniamus completum totaliter et in eo possimus commode et habiliter hospitari, ac in

<sup>a)</sup> fehlt Reg.      <sup>b)</sup> hierauf im Reg.: vobis.

<sup>1)</sup> n. II und III.

aliis operibus ipsius castrum inveniamus esse processum bene et laudabiliter iuxta votum, quia, si secus esset, vos acriter puniremus. Dat. Neapoli die XVII. iunii.

**1146.**

Melfi 1279 Juli 10.

RA 1277 F n. 28 f. 196<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 150<sup>a</sup>.

Iusticiario Basilicate. Cum mag. Iohannem <sup>1)</sup> superstantem operis castrum Melfie una cum mag. Bansilino... duxerimus statuendum, ... mandamus, quatinus eidem... expensas... ad rationem videlicet de tar. 1, si equum tenuerit, et si equum non tenuerit, gr. 15... per diem, ... exhibere procures... Dat. Melfie die X. iulii.

**1147.**

Melfi 1279 Juli 15.

RA 1277 F n. 28 f. 196<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 151<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario (Basilicate). Cum notarius Corradus de Melfia per te olim in scribendis quaternis et rationibus expensarum, que pro operibus castrum nostri Melfie fiunt, notarius credencius fuerit ordinatus ipsunque in servicio ipso expensis propriis laborare nolimus: ... mandamus, quatinus eidem... expensas... ad rationem de gr. aur. 6½ per diem... eo quod in domo sua est, ... exhibere procures... Dat. Melfie die XV. iulii<sup>2)</sup>.

**1148.**

Melfi 1279 Juli 15.

RA 1277 F n. 28 f. 197<sup>a</sup>.

Superastanti, prothomagistris et expensoribus operis castrum Melfie. Cum subscripti magistri convenerunt in curia nostra facere et laborare ad extaleum cantones, paracantones et plintos<sup>a)</sup> archeriarum pro eodem opere oportunos, ad rationem videlicet de tar. 12 pro quolibet centenario omnium ipsorum comunitur: ... mandamus, quatinus magistros ipsos, quorum nomina sunt hec, videlicet mag. Palmerius, mag. Thomas, mag. Iunius de Melfia, mag. Perrus de Fogia, mag. Leo Aless(andri), mag. Thomas de Ficu, mag. Nicolaus de Frequento et mag. Bartholomeus Carni-et-sal, in faciendo predicto extaleo laborare permittentes, eos ad alia servicia dicti operis non trahatis et vos, expensores, de pecunia, que eos pro extaleo ipso contigerit, ... satisfacere debeatis... Dat. Melfie XV. iulii VII. ind.

<sup>a)</sup> Die Lesung ist unsicher.**1149.**

Lagopesole 1279 Juli 17.

RA 1277 F n. 28 f. 197<sup>a</sup>. RA 1278/79 H n. 33 f. 151<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario Basilicate. [1] Cum nuper in opere castrum nostri Melfie presentes ultra magistros et manipulos laborantes ibidem scappatores lapidum 10 pro scappandis lapidibus, manipulos 30 pro cavanda cisterna et alios 30 manipulos in aliis operibus dicti castrum providerimus adiungendos, ... mandamus... quatinus... scappatores et manipulos ipsos invenire... studeas... quibus... per expensores ipsorum operum satisfieri... facias de mercede eorum... [2] super eo videlicet, quod dixisti, ligna esse pro calcariis eiusdem operis oportuna, scire te volumus, quod Iohanni Galard(o) militi familiari et fideli nostro, domino terrarum Montis Verdi, Rocce et Laquedonie, in quarum tenimentis ligna huiusmodi posse incidi et ad opus ipsum deferri melius et citius providisti, litteras nostras dirigimus, quod nuncios tuos... in tenimentis terrarum ipsarum genestras et ligna huiusmodi incidere incisaque abinde deferre... permittat. propter quod super incidendis genestris et lignis siccis huiusmodi in nemoribus terrarum ipsarum, in ea parte videlicet, in qua minus ledantur, ita quod non destruantur nec devastentur, et ad easdem calcarias deferendis aliquos statusas ydoneos et fideles, quos... ad servicium ipsum mittas. Dat. apud Lacumpensilem... 1279 die XVII. iulii.

**1150.**

Melfi 1279 September 13.

RA 1278 B n. 30 f. 150<sup>a</sup> (an der oberen äußeren Ecke beschädigt). RA 1279 A n. 34 f. 138<sup>a</sup>.

Iusticiario Principatus. Cum in opere castrum nostri Melfie ultra numerum magistrorum ibi existentium alii magistri incisores cantonum 6 et muratores 6 necessarii reputentur, ... precipimus, quatinus... ipsos magistros incisores et muratores... ad opus ipsum mittere debeas... Dat. Melfie die XIII. septembris.

<sup>1)</sup> In beiden Registern Lücke für den Namen.<sup>2)</sup> Zu diesem Mandat vgl. unten n. 1164.

**1151.**

Melfi 1279 September 22.

RA 1279 A n. 34 f. 176<sup>a</sup>.

Eidem (iusticiario Basilicate). . . precipimus, quatinus. . . cuilibet subscriptorum magistrorum incisorum lapidum et fabricatorum de subscriptis terris iurisdictionis tue. . . precipias. . . , ut incontinenti. . . ad opus castri nostri Melfie ad laborandum [ibidem] cum filiis eorum debeant personaliter se conferre, sub mercede ipsis exolvenda per Laurentium Vaccarum, iudicem Clementum et Iacobum Tarellum de Melfia expensores<sup>a)</sup> eiusdem operis. . . , presentaturi se coram Antelmo de Montiliis castellano dicti castri expensoribus supradictis. . . nomina vero ipsorum magistrorum et terre, unde sunt, hec sunt: videlicet mag. Alasius, mag. Anselmus, mag. Bonus Accursus incisores lapidum et fabricatores de Oppido; item mag. Thomas, mag. Bisancius de Montesilicol(a); item mag. Maccioctus de Acherontia; mag. Pascalis de Vaccarell(a) de Florentia; item mag. Guido de Potentia; item mag. Matheus, mag. Robertus, mag. Rogerius de Montopiloso; item mag. Iohannes, mag. Rogerius Cerrat(i) de Gaudio; item mag. Parisius de Marsico novo et mag. Angelus de Monticulo, incisores similiter lapidum et fabricatores. Dat. Melfie die XXII. septembris.

a) expensoribus.

**1152.**

Melfi 1279 September 23.

RA 1279 A n. 34 f. 117<sup>a</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Laboris). Satis expresse . . . pridem tibi. . . mandavimus<sup>1)</sup>, ut de iurisdictione tua 12 magistros scappatores tuorum. . . ad opus castri nostri Melfie. . . destinares, quos iam mittere potuisses, si ad executionem ipsius mandati nostri diligentia et<sup>a)</sup> sollicitudine debita vacavisses. set cum nondum ipsos transmiseris, mandatum ipsum auribus transiens semiclausis. . . , precipimus, quatinus statim. . . magistros ipsos. . . mittere debeas. . . Dat. Melfie die XXIII. septembris.

a) tua.

**1153.**

Neapel 1280 Januar 4.

I. RA 1279 A n. 34 f. 183<sup>a</sup>.

Eidem (iusticiario Basilicate). Cum confisi de fide prudencia et legalitate Iohannis de Bosco dilecti militis familiaris et fidelis nostri ipsum iusticiarium Basilicate. . . duxerimus statuendum, fidelitati tue etc. ut supra in simili forma directa iusticiario Principatus<sup>2)</sup>, quod desistat, usque: per commissionis sue nostras litteras in mandatis. informes etiam eum ad plenum de statu et processu operum, que in castro nostro Melfie fieri facimus, ordinatione et provisione nostra de hiis habita, de qua noticiam plenam habes, et nominibus et cognominibus expensorum et credenzeriorum statutorum in eis; mandata omnia nostra directa tibi super eisdem operibus, que nondum exequetus es, sibi inter alia mandata pendencia similiter assignabis, ut, mandatis ipsis et huiusmodi tua assignatione recepta, in operibus ipsis feliciter et continue procedi faciat iuxta beneplaciti nostri votum. . . quem etiam informes ad plenum de tota pecunia exhibita predictis expensoribus et credenzeriis operum castri Melfie predictorum, ut in exhibenda eis pecunia inantea magis caute procedat. Dat. Neapoli die IIII. ianuarii.

II. RA 1279 A n. 34 f. 184<sup>a</sup>.

Iohanni de Bosco militi dilecto familiari et fideli. *Entsprechendes Schreiben*<sup>3)</sup>. Dat. Neapoli die IIII. ianuarii VIII. ind.

**1154.**

Neapel 1280 Januar 18.

I. RA 1276 B n. 26 f. 286<sup>b</sup>. RA 1279/80 B n. 37 f. 24<sup>a</sup>.

Iacobo Tarallo et sociis expensoribus operis castri Melfie etc. Scire vos volumus, quod Elie de Turella militi iusticiario Principatus fideli nostro per litteras<sup>4)</sup> nostras sub certa pena districte precipimus, ut subscriptos magistros bonos ydoneos et expertos, videlicet 8 scientes bene facere terracias et 10 scappatores lapidum, de iurisdictione sua, unde melius et brevius haberi poterunt, cum litteris suis continentibus nomina et cognomina eorum et, de quibus terris fuerint, ad vos incontinenti mittere debeat apud Melfiam in opere

<sup>1)</sup> Wohl n. 1131 II, wo 10 scappatores lapidum und 2 scappatores tuorum verlangt werden.

<sup>2)</sup> Das zitierte Mandat (vom gleichen Tage) findet sich im selben Register auf f. 142<sup>b</sup>.

<sup>3)</sup> Das hier für das Formular zitierte Mandat vom gleichen Tage findet sich im selben Register auf f. 143<sup>a</sup>.

<sup>4)</sup> n. II.

castri nostri Melfie moraturos. qua propter . . . mandamus, quatinus predictos magistros statim, quod eos ad vos miserit, recipere debeatis in opere castri nostri Melfie deputandos. quibus magistris pro tempore, quo in opere ipso continue fuerint, de mercede eorum eis debita secundum curie nostre statutum, sicut aliis magistris ipsius operis, satisfacere debeatis; significaturi per litteras vestras magistris racionalibus magne curie nostre diem, quo ipsos receperitis, ut, si forte dictus iusticiarius in mittendis ipsis moram vel negligenciam commiserit, ab eo penam debitam exinde sibi inpositam exigi faciamus. Dat. Neapoli XVIII. ianuarii.

II. RA 1279 A n. 34 f. 143<sup>a</sup>.

Eidem (iusticiario Principatus). *Entsprechendes Schreiben*. Dat. Neapoli XVIII. die ianuarii.

### 1155.

Melfi 1280 Februar 3.

Inseriert in AP vol. VI n. 472 (unten n. 1156). — Auszug: SM I 192 n. 2. Schulz IV 90 n. 236.

Prudenti viro Dionisio de Foveis de Melfia etc. Iohannes de Busco miles regius iusticiarius Basilicate etc. Cum pro coquendis calcariis factis pro operibus, que fiunt in regio castro Melfie, quorum prosecutio satis residet cordi domini nostri regis, non modica lignorum quantitas necessaria reputetur et, sicut intelleximus per nobilem virum Poncium de Blancoforte<sup>a</sup>) meum<sup>b</sup>) in eodem officio precessorem, hactenus sit provisum, quod quelibet infrascriptarum terrarum et locorum iurisdictionis nostre subscriptam quantitatem lignorum ad easdem calcarias, que sunt in Melfia, die quolibet deferri facere debeat et assignari calcariis ibidem statutis sub certo precio per expensores predictorum operum solvendo eisdem, nolentes, quod occasione lignorum ipsorum in eisdem operibus aliquis possit intervenire defectus, vobis ex regia parte, qua fungimur, auctoritate sub pena unc. aur. 4 mandamus, tibi firmiter iniungendo, quatinus statim receptis presentibus ad subscriptas terras et loca vos personaliter conferentes singulis universitatibus ipsis sub pena 10 unc. aur. ex parte regia et nostra in testimonio publico iniungas, ut a die mandati nostri inantea qualibet videlicet die subscriptam quantitatem lignorum ad predictas calcarias deferri faciant et calcariis ibidem statutis integraliter assignari, predicentes eisdem, quod de precio lignorum ipsorum per expensores operum predictorum satisfiet integre, iuxta quod hactenus extitit consuetum, et quod, nisi quantitatem eandem ad predictas calcarias<sup>c</sup>) deferri fecerint die qualibet, ut est dictum, predictam penam per nos eis pro parte curie imponendam faciemus ab eis vice qualibet, sicut defecerint, pro parte curie inremissibiliter extorquere. de quorum lignorum assignacione, sicut ea deferri contigerit, recipient predictorum expensorum responsales litteras ad cautelam. de cuius mandati die, pene impositione, cum forma presencium, coram quibus, et quicquid inde feceritis, faciatis fieri in qualibet terrarum commissionis vestre ad cautelam curie publicum instrumentum, quod nobis personaliter deferatis. nomina vero terrarum et locorum ipsorum et quantitas lignorum ipsorum per earum quamlibet deferenda sunt hec: videlicet Venusius salme 10, Gaudianum salme 10, Florencia salme 8, Ripacandida salme 4, Rivus niger salme 4, Monticulum salme 4 et Rapolla salme 10. Dat. Melfie III. februarii 1) ind.

<sup>a</sup>) Blanco. <sup>b</sup>) tuum. Man sieht, daß der Schreiber des Justitiars hier sinnlos aus dem königlichen Befehle abgeschrieben hat, wo ja tuum gestanden haben muß. Vgl. n. 1157. <sup>c</sup>) fehlt.

Gaudio 1280 Februar 8.

### 1156.

AP vol. VI n. 472. Orig. membr. — Auszug: SM I 192 n. 2. Schulz IV 90 n. 236.

Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi 1280 regnante domino nostro Karolo Dei gratia excellentissimo Ierusalem et Sicilie rege ducatus Apulie principatus Capue principe Achaye Andegavie Provincie Tornodorii et Forcalquerii comite regnorum eius Ierusalem anno III., Sicilie vero anno XV., die Iovis VIII. mensis februarii, VIII. ind. apud Gaudianum. Nos Thomasius de Petro Gaudiani iudex, Lucas publicus eiusdem terre notarius et testes subscripti ad hoc specialiter convocati presenti publico scripto fatemur, quod predicto die Iovis prudens vir Dionisius de Foveis de Melfia nuncius et commissarius egregii viri domini Iohannis de Busco militis regii iusticiarii Basilicate apud eandem terram Gaudiani personaliter accedens ostendit nobis et publice legi fecit quasdam litteras eiusdem domini iusticiarii sibi missas sigillo cere rubee dicti domini iusticiarii sigillatas, quas vidimus legimus et inspeximus diligenter. quarum continencia per omnia talis erat: *es folgt n. 1153.* cuius mandati executionem idem Dionisius commissarius intendere cupiens reverenter predicto die Iovis inunxit universitati predictae terre Gaudiani sub pena 10

1) Lücke für die Zahl.

unc. aur. ex parte regia et dicti domini iusticiarii, ut a predicto die Iovis VIII. predicti februarii inantea quolibet videlicet die ad calcarias, que pro operibus regis castri Melfie fiunt, deferri faciat salmas lignorum ro et calcarariis ibidem statutis integraliter assignare debeat. predixit eidem universitati, quod de precio lignorum ipsorum per eorumdem expensores operum satisfiet integre, iuxta quod hactenus extitit consuetum, et si in delacione predictorum lignorum die quolibet, ut est dictum, in aliquo defecerit, predictam penam ab eadem universitate vice quolibet dictus dominus iusticiarius faciet pro parte curie inremissibiliter extorquere, et de assignacione ipsorum lignorum, sicut ea deferri contigerit, recipiat responsales litteras ad cautelam. unde ad futuram memoriam et tam regie curie quam dicti domini iusticiarii et ipsius commissarii cautelam presens publicum instrumentum exinde factum est per manus mei predicti Luce publici Gaudiani notarii signo meo solito, sigillo et subscriptione mei predicti iudicis et nostrum testium subscriptorum subscriptionibus roboratum.

Ego Thomasius de Petro Gaudiani iudex qui supra.

Ego Franciscus de Gervasio testis sum.

Ego Thomasius de [...] testis sum.

Ego Helias de Heustasio testis sum.

### 1157.

Belvedere 1280 Februar 26.

RA 1279 A n. 34 f. 186°. RA 1279/80 A n. 36 f. 22°.

Eidem (iusticiario Basilicate). Pro parte mag. Bançulini<sup>a</sup>) protomagistri fabricre, mag. Riccardi carpenterii, Goffridi Lavanerii<sup>2</sup>) credencerii, Guilielmi de Leone et Raynaldi de Trinorcio superastancium operis castri nostri Melfie... celsitudini nostre fuit expositum, quod, licet Poncius de Blancoforte precessor tuus in officio... assignaverit tibi in pendenti formam mandatorum nostrorum sibi dudum infra tempus sui officii directorum... de exhibendis ipsis prothomagistro carpenterio credencerio et superastantibus expensis eis statutis per curiam nostram, cum declaratione temporis, per quod ipsis... de expensis huiusmodi satisfecit, ut expensas ipsas predictis personis a tempore, quo per eum exinde satisfactum non extitit, et inantea... exhibere curares, inter alia videlicet mandata pendencia tibi... assignata, necnon de exhibendis iudici Clemento, Laurencio Vaccario et Iacobo Tarallo expensoribus dicti operis ferro et acçaro pro eodem opere oportuno, tamen... nichil inde facere vis absque speciali mandato nostro...: precipimus, quatinus... expensas ipsas predictis personis... necnon prefatis expensoribus... predictum ferrum et acçarum... largiaris... Dat. apud Bellumvidere XXVI. februarii.

\*) Mançulini.

### 1158.

bei Capua 1280 März 9.

RA 1279 A n. 34 f. 187° bis 188°. RA 1279/80 A n. 36 f. 29°.

Eidem (iusticiario Basilicate). Olim... tuo... precessori scripsimus in hac forma: *es folgt n. 1125.* verum quia, sicut pro parte dictorum quattuor vallictorum fuit expositum coram nobis, predictus Poncius satisfecit eis de gagiis eorum... usque per totum mensem februarii... VIII. ind. et deinde inantea sunt solvendi, ... mandamus, quatinus... gagia ipsa eisdem... a I...marcii... et inantea..., singulis videlicet tribus mensibus, ... debeas exhibere... Dat. apud turrin s. Herasmi prope Capuam die VIII. martii VIII. ind.

### 1159.

bei Capua 1280 April 5.

RA 1279 A n. 34 f. 203°. RA 1279/80 A n. 36 f. 57°.

Eidem (iusticiario Terre Bari). Quia... iusticiarius Basilicate... nobis... intimavit, quod expensores operum castri Melfie requirunt ab eo de ferro de calore degalatra 300 et de acçaro degalatra 30, necessaria pro operibus supradictis ultra quantitatem aliorum 300 degalatrorum ferri et acçari 50 per... precessorem suum eisdem expensoribus assignatam, ... mandamus, quatinus predictam quantitatem... emere... et... ad predictum castrum Melfie mittere debeas... Dat. apud turrin s. Herasmi die V. aprilis VIII. ind.

### 1160.

bei Capua 1280 April 5.

RA 1279/80 A n. 36 f. 25°. Stark beschädigt.

Iusticiario Basilicate. [1] [...] est calcis quantitas oportuna pro facienda et coquenda in [...] nisi de forestis terrarum Montis viridis, Laquedonie, Roccette [...] curie nostre magistris racionalibus et Gale-

<sup>1</sup>) Der Name ist unleserlich.

<sup>2</sup>) In n. 1132 heißt er de Averiani oder dicti Avenarii, in n. 1176: Avenarius.

rano [de] Vyriaco regni Sicilie senescalco... per nostram ex[cellentiam...] procuratori terrarum... iniungimus, ut ad requisicionem tuam nuncios seu ordinatos tuos [...] et ligna sicca in ea parte forestrarum in [...] ipse minus ledantur, incidere... permittant, tu ergo genestras frascas et ligna ipsa sicca incidi mandes [...] in ipsis forestis... [2] *Gemäß n. 1159.* [3] volumus preterea et... precipimus, quatinus ad requisicionem ipsorum expensorum et mag. Riccardi de Fogia prepositi ipsorum operum invenias in iurisdictione tua magistris carpenterios in eo numero, quem a te requirent... [4] tu igitur in operibus ipsis studiosse... procedi... facias, ut in adventu nostro... possimus processum tuum et studium super hiis habitum commendare. Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam die V. aprilis.

1161.

bei Capua 1280 April 8.

I. RA 1280 B n. 39 f. 12<sup>a</sup>.

Goffrido comestabulo Melfie et Rogerio de Ysaya de Cidoniola magistris massariis curie in Basilicata et Terra Bari. Significaverunt excellentie nostre expensores operis castri nostri Melfie... quod boves deputati dudum... in eodem opere non sunt amodo necessarii in opere ipso nec ibidem utiles reputantur. propter quod... precipimus, quatinus boves huiusmodi ab eisdem expensoribus... recipiatis... deputantes eos... in illis videlicet massariis, in quibus magis... utiles videbuntur... Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam die VIII. aprilis VIII. ind.

II. RA 1280 B n. 39 f. 29<sup>a</sup>.

Expensoribus operis castri Melfie. *Entsprechendes Schreiben.* Dat. apud turrim s. Herasmi VIII. aprilis VIII. ind.

1162.

bei Capua 1280 April 22.

RA 1280 B n. 39 f. 39<sup>a</sup>.

Petro de Hugot marestalle sue magistro... mandamus, quatinus de roncinis... minus ydoneis ad equitandum et utilibus ad ducendum carrettos et tumbarellos 14 Philippo de Tuolo superastanti operis monasterii s. Marie de Victoria et 4 Raynaldo de Trinorchio superastanti operis castri Melfie... debeas assignare... Dat. apud turrim s. Herasmi die XXII. aprilis VIII. ind.

1163.

bei Capua 1280 April 22.

I. RA 1270 B n. 8 f. 104<sup>b</sup>. RA 1279/80 A n. 36 f. 29<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario (Basilicate) etc. Cum ad intimacionem expensorum operis castri Melfie celsitudini nostre factam tumbarellos 4 fieri et eis in eodem castro assignari mandemus<sup>1)</sup> per Iohannem de Anchis iusticiarium Terre Bari, et pro trahendis ipsis equos 4 per Raynaldum de Trinorchio superastantem eiusdem operis de nostra curia transmittamus<sup>2)</sup> pro extrahenda terra de fossato eiusdem castri... precipimus, quatinus diligenter provideas, si pro apparatus dictorum tumbarellorum et equorum deputandorum ad ipsum servicium aliqua fuerint oportuna, et ea emenda per te de quacumque pecunia curie nostre, que sive de presenti generali subvencione vel aliunde est vel erit per manus tuas, dictis expensoribus absque defectu quolibet assignare procures. quibus etiam exhibeas ordeum sufficiens pro annona dictorum equorum de ordeo curie, que est vel erit per manus tuas, ad rationem de tertia parte thumini pro quolibet eorum per noctem, pro toto videlicet tempore, quo in servicio ipso erunt. et de omnibus, que dederis et assignaveris, recipias ad tui cautelam ydoneam apodixam. Dat. apud turrim s. Herasmi die XXII. aprilis VIII. ind.

II. RA 1270 B n. 8 f. 107<sup>a</sup>. RA 1279/80 A n. 36 f. 30<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario (Terre Bari) etc. ... precipimus, quatinus... fieri facias... tumbarellos 4 ferratos levibus ferris et factos ad expensores operis castri nostri Melfie pro eicienda terra de fossato dicti castri debeas destinare... quorum quilibet tumbarellorum duci debet per equum unum. Dat. apud turrim s. Herasmi die XXII. aprilis VIII. ind.

1164.

Neapel 1280 Mai 20.

RA 1279/80 A n. 36 f. 29<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario (Basilicate). Receipt excellentia nostra litteras tuas... quarum tenore nostre curie intimasti, te inter alia mandata... tibi a... tuo... precessore... assignata recepisse mandatum<sup>3)</sup> celsitu-

1) n. II. 2) n. 1162. 3) n. 1163.

dinis nostre datum Melfie XV. iulii... VII. ind., per quod eidem precessori tuo fuit iniuntum, ut notario Conrado de Melfia *usw. wie n. 1147* exhibere deberet. in quo quaterno post finem ipsius mandati expressius continetur, quod idem precessor tuus eidem notario Conrado de expensis ipsis per totum mensem ianuarii nuper preteritum huius VIII. ind. ... satisfecit. verum quia asseruisti, ... tibi... fuisse iniuntum, ut absque patentibus litteris nostris utroque sigillo nostro... munitis nichil... exibeas... et propterea expensas ipsas eidem notario Conrado dubitas exhibere, ... precipimus, quatinus ... expensas eidem notario... exhibere procures... Dat. Neapoli XX. madii VIII. ind.

**1165.**

Melfi 1280 Juli 10.

RA 1279/80 B n. 37 f. 74<sup>a</sup>.

Iudici Clemento, Laurencio Vaccario et sociis expensoribus operis castri Melfie. Cum exposueritis in presencia nostra, quod tumbarelli 4 cum equis ipsos trahentibus et currus 4 sine bubus ad servicia operis dicti castri hactenus deputati vacant ad presens et pro ipsis serviciis necessarii non videntur, ... mandamus, quatinus ... tumbarellos ipsos... aput Manfredoniam ad iudicem Felicium de Vestis expensore, Iohannem Brunum et Iohannem Bullonum credenceros operis castri nostri Manfredonie, deputandos per eos in opere dicti castri... vel in opere portus Manfredonie per statutos in eodem opere..., destinare... curetis. currus vero predictos Goffrido Vaccario comestabulo Melfie et Rogerio de Ysaya de Cidoniola magistris massariis Basilicate et Terre Bari... assignetis... Dat. Melfie X. iulii.

**1166.**

Lagopesole 1280 Juli 28.

RA 1279/80 B n. 37 f. 79<sup>b</sup>. RA 1280 B n. 39 f. 101<sup>b</sup>.

Iudici Clemento, Laurencio Vaccario et Iacobo Tarallo de Melfia expensoribus operis castri Melfie. Quia... iusticiario Basilicate... iniungimus, ut ... ruptores lapidum 5, asinos 30... pro extrahendis lapidibus et terra de fossato dicti castri, necnon manipulos 20... pro fodendo dicto fossato, onerandis, cum expedit, asinis ipsis, ultra illos, qui ad presens in opere ipso sunt, invenire debeat... : mandamus, quatinus ... eos ad dicta servicia deputetis... et nichilominus alios homines 15... pro ducendis et exonerandis predictis asinis... ad vos mittat, quos similiter recipiatis... Dat. aput Lacumpensilem die XXVIII. iulii.

**1167.**

Lagopesole 1280 August 3.

RA 1279/80 B n. 37 f. 87<sup>a</sup>. RA 1280 B n. 39 f. 105<sup>a</sup>.

Guilielmo Malemerendo expensori operis carpentarie castri Melfie. ... precipimus, quatinus magistris carpenterii 6 laborantibus in opere carpenterie ipsius castri... mercedem eorum... debeas exhibere... Dat. aput Lacumpensilem III. augusti.

**1168.**

Melfi 1280 September 9.

RA 1281 B n. 42 f. 63<sup>ab</sup>.

Eidem (iusticiario Basilicate). Iudex Clementius et Guilielmus Malamerendus et socii expensores operis castri nostri Melfie nostro nuper exposuerunt culmini, quod, cum per te fuerit ordinatum<sup>1)</sup> et subscriptis universitatibus ... mandatum de mittenda die quolibet ad opus ipsum pro calcariis subscripta quantitate lignorum, videlicet Venusii de salmis lignorum 10..., Gaudiani de salmis lignorum 8..., Florentie de salmis lignorum 8..., Rapolle de salmis lignorum 10... et Ripecandide de salmis lignorum 4..., universitates ipse mandatum tuum... contempnentes, iam est mensis unus, quantitatem lignorum aliquam ad opus ipsum mittere non curarunt, tuque in hiis nullum adhibuisti<sup>2)</sup> remedium, ac si tua minime interesset. de quo contra universitates ipsas moti admodum illasque exinde nullatenus impune transire nolentes, et de te plurimum ammirantes, pro eo precipue, quod, cum pluries et pluries tibi tam verbo quam litteris nostram satis expresserimus voluntatem, in quantum opus ipsum cordi nostro resideat, quantum eius celere complementum attentius affectemus, quantumque prorogatio eius nobis displiceat, ex quo te circa diligentem processum ipsius ferventiorum et magis sedulum exhibere debeas, totum inde<sup>b)</sup> per effectum operis contrarium invenimus: ... precipimus, quatinus statim... penas... universitatibus ipsis impositas ab eis... exigas... ordinans et procurans, quod tam ligna quam quolibet alia necessaria in opere ipso die quolibet... ministrentur. et de hiis more solito tepidam et remissam curam non habeas, quia, si de-

<sup>a)</sup> adhibuistis.<sup>b)</sup> in te.<sup>1)</sup> n. 1155.



sidiā et negligēciam tuā hucusque habitam continuare presumpseris, non minus in operis eiusdem dispendium quam mandatorum nostrorum contemptum et contra beneplaciti nostri votum, graviter contra te maiestatem nostram provocabis ad iram, sic quod in personam et bona tua procedi mandabimus et faciemus ad penam, per quam sentire poteris, quantum nobis displiceat, impedimentum vel defectum ipsi operi evenire, quodque sit, mandatum nostrum contempnere, que sit eorum exequucionibus et illorum precipue, quibus adeo nostra versatur intentio, cura diligens adhibenda. Dat. Melfie VIII. septembris VIII. ind.

1169.

Melfi 1280 September 12.

RA 1281 B n. 42 f. 25<sup>a</sup>.

Eidem (iusticiario Principatus). [1] Cum in opere castri nostri Melfie magistri battitores terraciarum 30 necessarii sint instanter, . . . precipimus, quatinus . . . magistros ipsos . . . studeas invenire et inventis mandes . . . , quod . . . ad predictum opus se conferant, presentandos . . . expensoribus . . . [2] volumus etiam et mandamus, quod simili modo mittas statim ad opus predictum magistros 4 scientes bene temperare calcem . . . pro temperanda calce necessaria terraciis faciendis, dictis expensoribus presentandos. Dat. Melfie XII. septembris VIII. ind.

1170.

Melfi 1280 September 24.

RA 1281 B n. 42 f. 64<sup>b</sup>.

Eidem (iusticiario Basilicate) etc. Quia nuper in opere castri nostri Melfie feliciter existentes, dum inveniremus in eo minus processum esse contra beneplaciti nostri votum, defectus in opere ipso habitos et commissos et per quos indagare curavimus diligenter, Antelmus de Montiliis castellanus eiusdem castri credenzerius et Iacobus Taraldus, iudex Clementus et socii expensores operis supradicti coram nostri presencia constituti exposuerunt nobis, defectus huiusmodi accidisse per culpam et contumaciam universitatum subscriptarum terrarum, quarum cuilibet de mittendo ad opus ipsum certo manipulorum et someriorum numero cum eorum ductoribus mandatum tuum pro parte curie nostre feceras et in missione ipsorum diversimode contumaciter defecerunt. ideoque nos diligenter compensari et extimari fecimus totum dampnum, quod de opere ipso curia nostra subiit defectu someriorum et manipulorum ipsorum ad opus ipsum infra menses martii aprilis maii iunii iulii et augusti nuper elapse VIII. ind., sicut mandaveras, non missorum, et inventum est curiam nostram dampnificatam esse tali modo de opere ipso in unc. aur. 405 tar. 6 et gr. 10 . . . , quod dampnum non in eandem curiam nostram set potius universitates predictas, ob quarum culpam id accidit, retorqueri volentes et merito preter penam eis per te pro parte curie nostre impositam et contemptus etiam mandati tui predicti pro parte curie nostre facti, quam rationabiliter incurserunt, et quam<sup>a)</sup> relaxamus ad presens contra ipsas universitates tamen nostro beneplacito reservatam, . . . precipimus, quatinus statim . . . predictas unc. aur. 405 tar. 6 et gr. 10 a predictis universitatibus a qualibet videlicet earum quantitatem pecunie infrascriptam, prout de singulis infra distinguitur, secundum quod quamlibet ipsarum<sup>b)</sup> pro defectu per eam commisso de dampno ipso contingit, pro parte curie nostre exigas, imponendas et recolligendas inter homines terrarum ipsarum iuxta ratam presentis generalis subventionis eis per curiam nostram imposite, et exactas assignare<sup>c)</sup> camere nostre Salvatoris ad mare de Neapoli nostris thesaurariis<sup>d)</sup> procures; cautus existens, quod in exactione dicte pecunie defectum aliquem non committas, quia totam illam quantitatem pecunie, in cuius exactione defeceris, de tuo proprio curie nostre solves. et nichilominus deinceps de magistris manipulis someriis et aliis necessariis pro opere ipso tali modo provideas, quod similis defectus in eo non eveniat quoquo modo, quando illum, cui super hoc innumerabiles litteras nostras<sup>e)</sup> direxisse recolimus, et qui iam bene scire debes, quantum opus ipsum cordi nostro resideat quantumque impedimentum ipsius nobis displiceat, proculdubio retires. nomina vero dictarum terrarum, a quibus dicta pecunia exigi debet, et quantitas etiam a qualibet exigenda hec sunt: videlicet Venusium unc. 33 et tar. 9, Mons Morconus tar. 17 et gr. 14, Rapolla unc. 11 tar. 22 gr. 10, Ripa candida unc. 5 tar. 20 et gr. 8, Rivus niger unc. 3 tar. 2 et gr. 8, Armateria unc. 2 tar. 29 et gr. 14, s. Felix unc. 15 tar. 12, Lavellum unc. 7 tar. 5 gr. 8, Gaudianum unc. 12 tar. 13 et gr. 2, Spinazola unc. 10 tar. 3 et gr. 12, Cervaricum unc. 4 tar. 12 et gr. 6, Bancia unc. 2 tar. 28 et gr. 4, Gencianum tar. 19 et gr. 16, casale s. Martini de pauperibus unc. 1 tar. 21 et gr. 6, Acheroncia unc. 1 tar. 12 et gr. 18, Florencia unc. 8 tar. 3 et gr. 6, Ansia unc. 5 tar. 25 gr. 10, Rotum tar. 25 gr. 16, Baraianum unc. 1 tar. 4 et gr. 4, Laurenzanum unc. 10 tar. 6 et gr. 2, Trifogium unc. 8 tar. 4 et gr.

a) eam.

b) ipsa.

c) fehlt Reg.

d) thesaurarie.

e) nostram.

4, Peticaria unc. 10 tar. 7 et gr. 10, Cornitum unc. 3 tar. 6 et gr. 16, Avenella unc. 5 tar. 17 et gr. 8, Cracum unc. 5 tar. 7 gr. 16, Mons Albanus unc. 10 tar. 15 gr. 12, Scansana unc. 5 tar. 7 et gr. 16, Andrachium unc. 5 tar. 26 gr. 14, Rotunda maris unc. 4 tar. 9 gr. 12, Nucaria cum casalibus unc. 8 tar. 14 gr. 8, Senisium unc. 12 tar. 27 gr. 6, Clarus mons unc. 12 tar. 26, s. Clericus de Valle Sinni unc. 4 tar. 3 gr. 14, Latronicum unc. 5 tar. 17 gr. 8, Acer mons unc. 3 tar. 29 gr. 8, Episcopia unc. 2 tar. 23 gr. 8, Faracum unc. 4 tar. 4 gr. 12, Casale Rubeum unc. 4 tar. 11 gr. 8, Rotunda Vallis Layni unc. 3 tar. 18 gr. 6, Pappasiderum unc. 2 tar. 18 gr. 12, Lavena unc. 2 tar. 18 gr. 12, Castrum Sarracenum unc. 2 tar. 18 gr. 12, Garagusium unc. 5 tar. 7 gr. 16, Olivetum unc. 5 tar. 10 gr. 8, Bellus mons unc. 7 tar. 2 gr. 14, Casale Asprum unc. 1 tar. 24, Gloriosa unc. 2 tar. 1 gr. 4, Castrum Belloci unc. 2 tar. 7 gr. 4, Accepturum unc. 1 tar. 22 gr. 16, Campus maior unc. 2 tar. 28 gr. 16, Corilianum unc. 2 tar. 17 gr. 14, Salandra unc. 8 tar. 15 gr. 12, Mons Pilosus unc. 17 tar. 21 gr. 12, Cornetum de Peticaria tar. 21 gr. 18, Camarda unc. 1 tar. 22 gr. 16, Tursium unc. 6 tar. 22 gr. 16, Trisagia unc. 1 tar. 7 gr. 16, Fabale tar. 29 gr. 8, Noha unc. 7 tar. 20 gr. 8, Tigana unc. 6 tar. 12, Calabria tar. 16 gr. 16, Bactibaranum tar. 16 gr. 16 [Criptole]<sup>1)</sup> tar. 26 gr. 8, Loriosellum unc. 1 tar. 4 gr. 16, Castrum Medianum tar. 18, Tricaricum cum Canciano unc. 11 tar. 25 gr. 4, Pomaricum unc. 8 tar. 16 gr. 16, Rocca imperialis unc. 7 tar. 1 gr. 4, Anglonum unc. 2 tar. 2 gr. 8, Petraperciata unc. 4 tar. 3 gr. 12, Alanum unc. 2 tar. 28 gr. 16, Castrum novum unc. 1 tar. 13 gr. 4, Marsicum vetus unc. 1 tar. 4 gr. 16, Tofaria tar. 18, Yrsium unc. 1 tar. 14 gr. 8, Mons Caveosus unc. 2 tar. 28 gr. 16, Ogianum unc. 2 tar. 28 gr. 16, Priscinachum unc. 1 tar. 4 gr. 16<sup>1)</sup>. Dat. Melfie die XXIII. septembris VIII. ind.

<sup>1)</sup> unleserlich. Der Name Criptola ist ergänzt aus Vergleichung mit der Liste in n. 1171. Alle dort genannten Orte kommen auch in der Liste von n. 1170 vor, ausgenommen allein Criptola.

## 1171.

Melfi 1280 September 29.

RA 1281 B n. 42 f. 65<sup>b</sup>.

Eidem iusticiario (Basilicate) etc. Quia ex defectu commisso per universitates subscriptarum terrarum in mittendis manipulis et someriis cum eorum ductoribus ad opus castri nostri Melfie pro toto presenti mense septembris huius VIII. ind., quibus exinde mandatum tuum pro parte curie nostre feceras, quod contumaciter contempserunt, curia nostra condepnata est de opere ipso secundum diligentem exstimacionem exinde de mandato culminis nostri factam in unc. aur. 72 tar. 12. . . , sicut de singulis inferius est distinctum, quod dampnum non in eandem curiam nostram set pocius in universitates predictas, ob quarum culpam id accidit, retorqueri volentes, . . . precipimus, quatinus *usw. ähnlich wie n. 1170*. nomina vero terrarum ipsarum et quantitas pecunie a qualibet exigenda hec sunt: videlicet Armatera tar. aur. 18; s. Felix unc. 2 tar. 20 et gr. 8, Venusium unc. 5 tar. 24, Lavellum unc. 1 tar. 6, Gaudianum unc. 1 tar. 2 gr. 8, Spinaciola unc. 2 tar. 12, casale s. Martini de pauperibus tar. 8 gr. 8, Acheroncia unc. 1 tar. 4 gr. 16, Ansia unc. 1 tar. 14 gr. 8, Gloriosa unc. 1 tar. 4 gr. 16, Laurenciana unc. 2 tar. 7 gr. 4, Garagusium tar. 25 gr. 8, Salandra unc. 1 tar. 22 gr. 16, Mons Pilosus unc. 3 tar. 25 gr. 4, Castrum Belloci tar. 14 et gr. 8, Peticaria unc. 1 tar. 14 et gr. 8, Petraperciata unc. 2 tar. 15 et gr. 12, Tricaricum unc. 2 tar. 25 et gr. 4, Yrsium unc. 2 tar. 7 et gr. 4, Pomaricum unc. 2 tar. 25 et gr. 4, Mons Caveosus unc. 2 tar. 25 gr. 4, Camarda tar. 25 gr. 8, Avenella tar. 25 et gr. 8, Cracum unc. 1 tar. 6, Ogianum unc. 2 tar. 25 gr. 4, Mons Albanus unc. 1 tar. 22 gr. 16, Rocca imperialis unc. 1 tar. 22 gr. 16, Trisagia tar. 16 gr. 16, Priscinachium unc. 1 tar. 4 gr. 16, Fabale tar. 16 gr. 16, Senesium unc. 2 tar. 7 gr. 4, Clarus mons unc. 2 tar. 7 et gr. 4, Latronicum tar. 25 gr. 8, Calabria tar. 16 gr. 16, Battibaranum tar. 16 gr. 16, Acer mons tar. 16 gr. 16, Episcopia tar. 16 gr. 16, Tiganum unc. 1 tar. 22 gr. 16, Faracum unc. 1 tar. 3 gr. 12, Avena tar. 25 gr. 8, Criptole unc. 1 tar. 22 et gr. 16, Scansana tar. 25 et gr. 8, Casale Rubeum tar. 25 gr. 8, sicut defectus huiusmodi Antelmus de Montiliis castellanus et credencierus operis ipsius castri in scriptis nostre curie assignavit<sup>2)</sup>. Dat. Melfie XXVIII. septembris VIII. a) ind.

a) VIII.

## 1172.

Manfredonia 1281 Februar 4.

I. RA 1280 C n. 40 f. 52<sup>a</sup>.

Goffrido de Parisius custodi defense Lacuspensulis. . . precipimus, quatinus ad requisitionem Guilielmi Malamarendi de Melfia expensoris operis lignaminum castri Melfie. . . pro auditu circuitus murorum

<sup>1)</sup> Die Summierung ergibt nur 404 unc. 9 tar. 16 gr. Es bleibt also eine Differenz von 26 tar. 14 gr., die nur durch Lückenhaftigkeit der Liste zu erklären ist.

<sup>2)</sup> Die Summierung ergibt nur 68 unc. 1 tar. 8 gr. Es besteht also gegen 70 unc. 12 tar. eine Differenz von 2 unc. 10 tar. 12 gr., die nur durch Auslassung bei der Registrierung erklärt werden kann.

ipsius castri lignamina necessaria in defenza [Lacuspensilis]<sup>a)</sup> . . . incidi . . . paciaris . . . Dat. Manfredonie III. februarii.

<sup>a)</sup> Zweifelhaft, da unleserlich; indessen ist die Ergänzung im Hinblick auf die Adresse wahrscheinlich.

II. RA 1281 B n. 42 f. 74<sup>a</sup>.

Eidem iusticiario (Basilicate). . . precipimus, quatinus Guilielmo Malamarend(e) expensori operis lignaminum castri Melfie et aliis expensoribus murorum et aliorum operum curie nostre, que fiunt in castro ipso, . . . pecuniam necessariam pro expensis ipsorum operum . . . debeas exhibere . . . Dat. Manfredonie III. februarii.

1173.

Manfredonia 1281 Februar 7.

RA 1281 B n. 42 f. 71<sup>b</sup>.

Iusticiario Basilicate. Exposuit excellencie nostre Antelmus de Montiliis miles castellanus castri nostri Melfie . . . , quod dudum tempore commisse sibi castellanie predictae concessimus<sup>1)</sup> ei, quod subscriptos quattuor vallectos Provinciales in comitiva sua retinere deberet, videlicet Frosolum de Gorda, Guilielmum Siniherium, Guilielmum Alfantum et Guilielmum Curtum, quos etiam staueret superstantes in opere dicti castri; et cum ipsi omnes usque ad ultimum diem . . . iulii VIII. ind. in serviciis ipsis . . . fuerint . . . , satisfacto eis usque ad ipsum tempus de statutis eorum gagiis per . . . tuum . . . precessorum, tres ex ipsis, videlicet Frisolus de Gorda, Guilielmus Alfantus et Guilielmus Curtus, exteterunt, reliquo remanente, videlicet Guilielmo Siniaberio<sup>a)</sup>, qui in serviciis ipsis continue fuit etc. et gagia sua usque per totum XXVI. mensis ianuarii . . . IX. ind. ab eodem precessore tuo recepit. et licet dictus castellanus loco dictorum trium mortuorum subscriptos alios tres vallectos a I. augusti . . . VIII. ind. usque nunc substituerit . . . , videlicet Petrum de Laufecta, Albertinum et Petrum Alardum, tamen idem precessor tuus vallectis ipsis substitutis gagia eorum solvere noluit, tum quia dicebat, se inde mandatum . . . non habere, tum etiam quia defectum fiscalis pecunie pretendebat: . . . precipimus, quatinus . . . predictis tribus vallectis substitutis a I. . . augusti usque per totum predictum XXVI. ianuarii, et deinde inantea tam ipsis quam predicto Guilielmo Siniaberio<sup>a)</sup> singulis tribus mensibus . . . (gagia) . . . solvere debeas . . . Dat. Manfredonie VII. februarii IX. ind.

<sup>a)</sup> Siniberio.

1174.

Neapel 1281 März 5.

RA 1280 A n. 38 f. 42<sup>b</sup>. RA 1281 A n. 41 f. 89<sup>a</sup>.

Iacobo Tarallo et sociis expensoribus operis castri Melfie. Ad capitula vestra, per que a nostra curia petiisti habere in opere ipso magistros 8 scientes facere tunicam cisterne et magistros alios battitores ipsius tonice 20, quos in opere ipso dicitis oportunos, et miliaria ferri duo, que pro diversis serviciis dicti operis necessaria reputantur: ecce . . . iusticiario Principatus<sup>2)</sup> de inveniendis in ducatu Amalfie Cava et Vico magistris ipsis et ad opus ipsum mittendis . . . , et . . . iusticiario Terre Bari<sup>3)</sup> de emenda dicta quantitate ferri et vobis facienda in eodem opere assignari, nostras . . . litteras destinamus . . . Dat. Neapoli V. martii.

1175.

Neapel 1281 März 6.

I. RA 1281 B n. 42 f. 32<sup>b</sup>.

Eidem (iusticiario Principatus). Schreiben gemäß n. 1174. Dat. Neapoli VI. martii VIII. ind.

II. RA 1281 B n. 42 f. 87<sup>b</sup>.

Eidem (iusticiario Terre Bari). Schreiben gemäß n. 1174. Dat. Neapoli VI. martii VIII. ind.

1176.

Neapel 1281 März 8.

RA 1281 B n. 42 f. 75<sup>a</sup>.

Eidem (iusticiario Basilicate). // Exposuerunt excellencie nostre mag. Banzolinus protomagister, Gofridus Avenarius, Guilielmus de Leone et Raynaldus de Trinorchio<sup>a)</sup> supstantes operis castri Melfie. quod per . . . tuum . . . precessorem de statutis eorum gagiis usque per totum mensem decembris . . . IX. ind. ipsis extitit satisfactum et extunc inantea gagia ipsa minime receperunt . . . precipimus, quatinus . . .

<sup>a)</sup> im Reg. ganz entstellt, etwa Triniu.

<sup>2)</sup> n. 1125. <sup>3)</sup> n. 1175 I. <sup>4)</sup> n. 1175 II.

gagia eorum solvas. . . [2] volumus etiam et mandamus, quod Laurentio Vaccario, iudici Clemento et Iacobo de Lando<sup>1)</sup> de Melfia expensoribus operis supradicti necnon et uni notario deputato cum eis pro scribendis rationibus eorum exnunc inantea . . . expensas eorum . . . exhibeas, ad rationem de gr. aur. 6½ pro quolibet eorum per diem. . . Dat. Neapoli VIII. martii VIII. ind.

1177.

Siehe n. 396.

Orvieto 1281 Juni 3.

1178.

Siehe n. 397 § 15.

Orvieto 1281 Juli 5.

1179.

RA 1280 C n. 40 f. 68<sup>a</sup>.

Orvieto 1281 Juli 25.

Castellano castris Melfie. Cum per nuncium mag. Petri de Angicuria<sup>a)</sup> operum nostrorum prepositi vellecti familiaris et fidelis nostri. . . nostra serenitas intellexit, quod tu in opere castris nostri Melfie ordine prepostero<sup>b)</sup> procedi faciens minus caute, que ad presens necessaria essent fieri, in posterum facienda reservas, dimittens opus muri nove porte eiusdem castris, de quo posset de facili preiudicium evenire, et intendens ad laborem aliorum operum, quorum prosecucio sic continuationem celerem non requirunt, quod grave ferentes non modicum, eo precipue quod eras de operibus ipsis a nostra consciencia informatus et scire deberes, que magis necessario fieri expedirent: quare. . . precipimus, quatinus. . . in dicto muro eiusdem nove porte ipsius castris cum instancia procedi facias. . . sic. . . quod in adventu nostro, qui ad partes ipsas erit in brevi, ipsum totaliter inveniamus completum. . . nichilominus. . . mandamus, quod tam in operibus dicte porte quam in aliis operibus, que fiunt intus et extra castrum predictum, sollicite et instanter procedi et laborari facias, ut ipsa opera in brevi facta sint totaliter et completa. . . Dat. apud Urbemveterem XXV. iulii.

<sup>a)</sup> Agicur(ia).<sup>b)</sup> so Reg.

1180.

I. RA 1282 B n. 44 f. 78<sup>a</sup>. — Schulz II 93 n. 251.

Orvieto 1281 September 16.

Eidem (Iohanni de Anchis iusticiario Terre Bari) etc. Quia, sicut per litteras Antelmi de Montiliis castellani castris nostri Melfie et Guilielmi Malamerende expensoris operis eiusdem castris fidelium nostrorum nostra nuper serenitas intellexit, certa tabularum serraticiarum quantitas pro opere ipso necessaria reputatur, . . . precipimus, quatinus statim. . . quantitatem totam tabularum serraticiarum vel aliarum, quam pro anditu faciendo in iardeno, solario turrium dicti castris cum ianuis et portis mergulorum ipsarum turrium et domorum garderobbe tam nostre quam regine karissime consortis nostre dictus castellanus et expensor a te duxerint requirendam, secundum illam longitudinem grossitudinem amplitudinem et mensuram, quam tibi per eorum litteras designabunt, in terris iurisdictionis tue, in quibus celerius melius et viliori foro haberi poterunt et cum minoribus expensis abinde ad dictum opus deferri, invenias et emas, precio quo poteris pro nostra curia meliori, et emptam cum iustis necessariis et moderatis expensis ad opus ipsum transmittas, dictis castellano et expensori pro parte nostre curie assignandam; quarum tabularum precium iustum ac delaturam competentem solvas de quacumque pecunia curie nostre, que sive de presenti generali subvencione vel undecumque est vel erit per manus tuas; et de hiis, que propterea solveris, recipias ab illis, quibus soluta fuerint, ac de assignacione tabularum ipsarum a predictis castellano et expensore recipi facias pro tui cautela ydoneas apodixas, significaturus nobis et magistris racionalibus etc. quantitatem et qualitatem dictarum tabularum, quam a te requisierint et ad opus ipsum transmiseris, et quando, et quicquid pro earum precio et delatura solveris, quibus, ad quam rationem, et de qua pecunia, particulariter et distincte. Dat. apud Urbemveterem XVI. septembris X. ind.

II. RA 1280 B n. 39 f. 191<sup>b</sup> bis 192<sup>a</sup>; fol. 192 ist sehr defekt.

Antelmo de Montiliis castellano castris Melfie et Guilielmo Malamerend(e) expensori operis eiusdem castris. *Entsprechendes Schreiben*. Dat. apud Ur[bemveterem. . .].

<sup>1)</sup> Sonst heißt er gewöhnlich Iacobus Tarallus. Vielleicht liegt hier nur ein Schreibfehler oder Diktatfehler vor.

## 1181.

RA 1282 B n. 44 f. 68<sup>b</sup> bis 69<sup>a</sup>.

Neapel 1282 Februar 7.

Iohanni de Alzurra. . . te iusticiarium in Basilicata. . . duximus<sup>a</sup>) statuendum, . . . mandantes, quatinus *usw.* . . volumus preteera et mandamus, ut a . . . precessore tuo mandata omnia nostra. . . super operibus nostris sibi commissis . . . recipias et. . . exequaris, et informeris etiam per eundem de predictis operibus. . . Dat. Neapoli VII. februarii.

<sup>a</sup>) duxerimus.

## 1182.

RA 1282 B n. 44 f. 69<sup>b</sup>.

Neapel 1282 März 2.

Eidem (iusticiario Basilicate). Non absque turbacione quadam nostra serenitas intellexit, quod, licet tibi expresse . . . dederimus in mandatis, ut in omnibus nostris negociis decreta tibi provincie et specialiter in opere castri Melfie et construcionem quarellorum exhiberes te curiosum sollicitum et attentum, referentibus tamen expensoribus dicti operis et prepositis<sup>a</sup>) quarellorum, qui . . . in iurisdictione tua fiunt, didicimus, quod tu per ipsos expensores et prepositos. . . pluries requisitus, pecuniam necessariam pro ipsis operibus et quarrellis eis tradere denegasti, utilitatem nostram minime advertendo, set dampnum potius evententissime procurando; asserebas siquidem, te pecuniam non habere, quam de tuo proprio vel alias recipiendam mutuo, si nostris vacares profectibus, pro ipsis operibus et quarrellis tradere debuisti. quocirca . . . mandamus, quatinus statim . . . pecuniam necessariam. . . dictis expensoribus et prepositis tribuas. . . ut predicti quarrelli facti in termino tibi inde posito et dicta opera iuxta nostrum beneplacitum completa habeantur. Dat. Neapoli II. marcii.

<sup>a</sup>) prepositum.

## 1183.

RA 1280 B n. 39 f. 236<sup>a</sup>.

Melfi 1282 Juni 17.

Laurencio Vaccario, Iacobo Tarallo et sociis expensoribus operum castri Melfie. Exposuit excellencie nostre<sup>a</sup>) notarius Corradus de Melfia statutus pro scribendis quaternis et rationibus expensarum operis dicti castri . . . , quod, cum per<sup>b</sup>) Poncium de Blancoforte militem olim iusticiarium Basilicate. . . de expensis suis. . . , ad rationem videlicet de gr. aur. 6<sup>1</sup>/<sub>2</sub>. . . per diem, eo quod in domo sua est. . . , per totum mensem ianuarii. . . VIII. ind. . . , et subsequenter per Iohannem de Bosco militem, ipsius Poncii. . . successorum, . . . per totum mensem decembris. . . IX. ind. sibi fuerit. . . satisfactum, sicut per quaternum. . . per eundem Iohannem de Bosco Petro de Braida successori suo. . . assignatum constare dicitur manifeste, idem tamen Petrus. . . nichil de predictis expensis sibi solvere procuravit; et sic a I. ianuarii dicte IX. ind. et inantea usque per totam primam medietatem . . . mensis februarii. . . X. ind. . . de expensis predictis a nostra curia est solvendus. . . (mandamus), quatinus. . . expensas predictas. . . eidem . . . tribuat. . . Dat. Melfie, mense iunii, XVII. eiusdem, X. ind.

<sup>a</sup>) excellencia nostra.

<sup>b</sup>) fehlt Reg.

## 1184.

Nuovi volumi di RA vol. I f. 72<sup>ab</sup>.

Nocera 1283 April 25.

Eidem (iusticiario Basilicate)<sup>1</sup>)<sup>2</sup>). Goffridus Avenarius credencierus operis castri Melfie, qui de pecunia recepta pro eodem opere ac expensis in illo plenam habet et habere debet noticiam, nuper in nostra presencia constitutus exposuit, quod Laurencius Vaccarius et Iacobus Tarallus ipsius operis expensores, licet de pecunia eis per curiam hactenus assignata residuas habeant penes eos unc. 148 et amplius, eas tamen in preiudicium curie retinent et in eodem opere non convertunt: . . . mandamus. . . , quatinus statim. . . expensoribus ipsis. . . precipias, quod pecuniam totam residuam penes eos in necessariis et utilibus operis ipsius serviciis absque retentione convertant, exhibituri ex ea predicto credenciero sua gagia consueta a tempore, quo solvendus est, usque nunc et inantea. . . Dat. Nucerie XXV. aprilis XI. ind.

<sup>1</sup>) Daß es sich um diesen handelt, ergibt sich daraus, daß in einem anderen Dokumente auf demselben Blatte (vom 19. April 1283) als Amtsvorgänger Iohannes de Alzurra miles genannt wird. Vgl. Durrieu II 206. <sup>2</sup>) Aussteller ist Kronprinz Karl als Generalvikar.

**1185.***RA 1284 C n. 49 f. 37<sup>a</sup>.**Nicotera 1283 September 12.*

Eidem (iusticiario Basilicate)<sup>1)</sup>. Quia mag. Bansalinus prothomagister operis castri Melfie in nostri presentia constitutus exposuit, quod penes Laurentium Vaccarium, Iacobum Tarallum et socios de Melfia expensores eiusdem operis quedam est residua pecunie quantitas de summa pecunie curie dudum eis pro expensis ipsius operis assignata, . . . precipimus, quatinus . . . predictis expensoribus . . . mandetis . . . , quod totam huiusmodi residuam pecunie quantitatem convertant in expensis operis supradicti, facientes in eo continue laborari, ibi videlicet, ubi magis utile fuerit iuxta provisionem prothomagistri predicti; cui etiam prothomagistro . . . gagia . . . solvere debeant de pecunia supradicta. Dat. Nicotere . . . die XII. septembris XII. ind.

**1186.***RA 1284 C n. 49 f. 37<sup>a</sup>.**Nicotera 1283 September 13.*

Eidem (iusticiario Basilicate)<sup>1)</sup>. Cum in opere castri Melfie laborari et procedi velimus de pecunia residua penes expensores eiusdem . . . , et Raynaldus vallectus, qui se dicit superastantem per dominum patrem nostrum in eodem opere ordinatum, asserat, se . . . gagia sua minime recepisse . . . : mandamus, quatinus eidem . . . gagia . . . per expensores predictos . . . faciatis . . . persolvi . . . Dat. Nicotere . . . die XIII. septembris XII. ind.

**1187.***RA 1284 C n. 49 f. 38<sup>b</sup>.**Neapel 1283 November 18.*

Eidem (iusticiario Basilicate)<sup>1)</sup>. Noverit devocio vestra, quod Laurencius Vaccarius, Iacobus Tarallus et Franciscus filius quondam iudicis Clementi de Melfia expensores operis castri Melfie, quibus . . . mandastis, ut<sup>a)</sup> in certo termino eis dato coram . . . Lodoyco de Montibus capitaneo a porta Roseti usque ad confinia terrarum sancte Romane ecclesie comparere deberent ad ponendum . . . coram auditoribus rationum Neapoli commorantibus . . . rationem, . . . comparuerunt . . . Dat. Neapoli . . . die XVIII. novembris XII. ind.

<sup>a)</sup> fehlt Reg.**1188.***RA 1284 B n. 48 f. 44<sup>a</sup>. RA 1284 C n. 49 f. 297<sup>b</sup>.**Neapel 1283 Dezember 11.*

Baiulis Melfie<sup>1)</sup>. Supplicavit nobis mag. Balzolinus de Linasio Gallicus olim protomagister operis regii castri Melfie . . . , quod, cum ipse anno uno perfecto continue servierit in opere supradicto nec adhuc sibi fuerit in aliquo satisfactum, exhiberi sibi gagia sua . . . mandaremus . . . mandamus, quatinus . . . mag. Balzolino gagia consueta . . . exhibere curetis . . . Data Neapoli . . . XI. decembris XII. ind.

**1189.***RA 1284 B n. 48 f. 103<sup>b</sup>.**Melfi 1284 März 8.*

Magistro iurato Melfie<sup>1)</sup> . . . mandamus, quatinus . . . de calce curie . . . ad requisicionem Balczonini machionarii in ea quantitate, quam a vobis duxerit requirendam, pro construendis et faciendis chiminedis<sup>a)</sup> in castro Melfie . . . exhibere curetis . . . Dat. Melfie die VIII. martii XII. ind.

<sup>a)</sup> chimineis.**1190.***RA 1284 B n. 48 f. 114<sup>b</sup>. RA 1284 C n. 49 f. 355<sup>b</sup>.**Melfi 1284 März 18.*

Baiulis Melfie<sup>1)</sup>. . . mandamus, quatinus ad requisicionem mag. Bansilini de Lignas calcem lapides et alia necessaria pro faciendis ciminedis, quas fieri mandavimus in castro Melfie per eundem, . . . eidem . . . exhibere curetis . . . Dat. Melfie die XVIII. marcii XII. ind.

**1191.***RA 1284 C n. 49 f. 162<sup>a</sup>.**Neapel 1284 April 20.*

Eidem (iusticiario Basilicate)<sup>1)</sup>. Noverit vestra devocio, quod Iacobus Musca et Thomasius Lanfridi de Melfia expensores olim quorundam operum castri Melfie citati *usw. wie n. 931* se . . . presentarunt . . . Dat. Neapoli . . . die XX. aprilis XII. ind.

<sup>1)</sup> Aussteller ist der Kronprinz Karl als Reichsverweser.

1192.

RA 1284 C n. 49 f. 162<sup>b</sup>.

Neapel 1284 April 24.

Iusticiario Basilicate<sup>1)</sup>. Noverit devocio vestra, quod mag. Balzolinus de Lenig(ia) civis Melfie statutus olim super opere castri Melfie... citatus *usc. wie 931*... comparuit<sup>a)</sup>... Dat. Neapoli... die XXIII. aprelis XII. ind.

<sup>a)</sup> comparuerit.

1193.

RA 1284 C n. 49 f. 162<sup>b</sup>.

Neapel 1284 April 28.

Eidem (iusticiario Basilicate<sup>1)</sup>). Noverit devocio vestra, quod Petrus filius et heres quondam Guilielmi Malemerende de Melfia citatus *usc. wie n. 931* de officio expensorie carpenterie operis castri Melfie, quod dictus Guilielmus pater eius olim exercuit... rationem... positurus... comparuit... Dat. Neapoli... die XXVIII. aprilis XII. ind.

1194.

RA 1284 C n. 49 f. 162<sup>b</sup>.

Neapel 1284 April 28.

Eidem (iusticiario Basilicate<sup>1)</sup>). Noverit devocio vestra, quod Goffridus Avenarius Gallicus habitator Melfie citatus... ad ponendum de officio credenzerie operis castri Melfie... *usc. wie n. 931* se... presentavit... Dat. Neapoli... die XXVIII. aprelis XII. ind.

1195.

RA 1284 C n. 49 f. 163<sup>a</sup>.

Neapel 1284 April 30.

Eidem (iusticiario Basilicate<sup>1)</sup>). Noverit devotio vestra, quod iudex Franciscus de Grusa de Melfia statutus olim super opere castri Melfie... citatus *usc. wie n. 931* comparuit... Dat. Neapoli... die ultimo aprelis XII. ind.

## Castrium Policorii.

(Policoro.)

1196.

RF f. 99<sup>b</sup> (olim 96<sup>b</sup>). — Carcani p. 392. Schulz IV 12 n. 29. Huillard-Bréholles V, 2 pag. 886. BF n. 2964.

Foggia 1240 April 8.

Apreli in Foggia<sup>2)</sup>.

Item<sup>3)</sup> eidem Alexandro filio Henrici. Riccardus de Mirom(agna)<sup>a)</sup><sup>4)</sup> castellanus castri nostri Policorii fidelis noster nobis exposuit, quod domus dicti castri minantur ruinam et, cum Thomasius de Brundusio predecessor tuus domos ipsas incepisset facere de pecunia nostre curie reparari, in ipso inicio ab officio fuit amotus; propter quod, cum in reedificatione ipsarum processum non fuerit, dampnum maximum ex earum ruina, nisi succurratur ad presens, nostre curie poterit provenire: quare fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus, si tibi constiterit de premissis, prefatas domos, sicut expedit, facias reparari; requirens prius iustitiarium regionis, ut inquiri faciat diligenter, si per homines loci vel proximos castrum ipsum consuevit et debeat reparari. quod si aliqui ad hoc teneri fuerint per inquisitionem inventi, compellantur ad reparationem eorum. et si collecta id differri requiratur, tu de pecunia curie nostre necessarias expensas in domibus facias; quas postmodum recepta collecta requiras ab hiis, qui tenentur reparare domos easdem, expensas, quas necessario feceris in eisdem. si vero non inveniuntur aliqui teneri ad reparationem ipsius castri, tu domos ipsas de pecunia curie nostre repares, ut est dictum, quod in eis reparandis ex mora negligentia vel ruina improvide non eveniat detrimentum.

<sup>a)</sup> Mirom̄.

<sup>1)</sup> Aussteller ist der Kronprinz Karl als Reichsverweser.

<sup>2)</sup> Seitenüberschrift im Register.

<sup>3)</sup> Das im Register vorhergehende Mandat ist vom 8. April.

<sup>4)</sup> So wohl mit Sicherheit zu ergänzen. Miromagna ist Mormanno in Calabria Citeriore unweit der Grenze der Basilicata. Giustiniani, *Dizionario geografico-ragionato del Regno di Napoli* VI 103. Sthamer, *Die Verwaltung der Kastelle* S. 122, 123.

## Castrum Spinaczirole.

(Spinazzola.)

1197.

*RA 1270 C n. 9 f. 130<sup>a</sup>. — Auszug: Minieri, Regno 1276 p. 8.*

*Neapel 1276 Februar 11.*

Eidem (iusticiario Basillate)<sup>1</sup>). Quia intelleximus, quod castrum Spinaczirole indiget reparari *usw.* *in forma de reparacione castrorum.* nomina vero terrarum, que ad reparacionem ipsius castri tenentur sunt hec: videlicet Spinacziola, Yrsium et Bellus Mons. Dat. Neapoli XI. februarii IIII. ind.

1198.

*RA 1270 C n. 9 f. 248<sup>b</sup>.*

*Neapel 1276 Juni 10.*

X. iunii ibidem (apud Neapolim). Iusticiario Basillate<sup>2</sup>). Pro parte Goffridi Bovet fuit nobis expositum, quod, cum dudum vobis per litteras<sup>3</sup>) . . . comitis Atrabatensis . . . datum fuerit in mandatis, ut castrum Spinaçiole, commissum custodie dicti Goffridi . . . faceretis reparari, vos mandatum huiusmodi exequi non curastis. quocirca devocioni vestre . . . mandamus, quatinus castrum ipsum . . . faciatis reparari . . .

1199.

*RA 1278 A n. 29 f. 206<sup>a</sup>.*

*Neapel 1276 November 25.*

XXV. novembris Neapoli. Iusticiario Basillate<sup>4</sup>). Noverit devotio vestra, quod magistri racionales . . . receperunt instrumentum unum publicum de extimacione reparacionis castri Spinaczirole, in quo continebantur nomina et cognomina extimatorum et expensorum, in quibus locis castrum ipsum indiget reparari, et quod extimatio reparacionis ipsius ascendit ad summam unc. aur. 16 tar. 6 et gr. 8. de cuius instrumenti receptione presentes vobis . . . mittuntur littere responsales . . . Dat. ut supra.

1200.

*RA 1279 A n. 34 f. 185<sup>a</sup>.*

*Neapel 1280 Februar 9.*

Eidem (iusticiario Basillate). Quia per . . . magistros marestarum nostrarum Apulie et Calabrie . . . nostra excellencia intellexit, quod castrum nostrum Spinayole in aliquibus partibus indiget reparari, . . . cum ad reparacionem ipsius castri homines ipsius terre Spinazole, homines Yrsei et Ballemontis consueverint hactenus per curiam deputari, . . . precipimus, quatinus *usw.* *in forma de reparacione castrorum.* Dat. Neapoli VIII. februarii.

<sup>1</sup>) *Aussteller ist Robert von Artois als Generalvikar.*

<sup>2</sup>) *Aussteller ist Karolus primogenitus als Generalvikar.*

<sup>3</sup>) *n. 1197.*

<sup>4</sup>) *Aussteller ist Kronprinz Karl als Generalvikar.*











NA  
1113  
S74  
Bd.2

Sthamer, Eduard Heinrich  
Dokumente zur Geschichte  
der Kastellbauten

PLEASE DO NOT REMOVE  
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

---

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

---

